This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

[redacted]m. ant. 4°
213.

Digitized by Google

<36608194800017

<36608194800017

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Geo. Zoëne.

Digitized by Google

# NUMI AEGYPTII
## IMPERATORII
### PROSTANTES
## IN MUSEO BORGIANO VELITRIS

*ADIECTIS PRAETEREA*

QUOTQUOT RELIQUA HUIUS CLASSIS NUMISMATA

EX VARIIS MUSEIS ATQUE LIBRIS

COLLIGERE OBTIGIT



*Chalced. in Mus. Borgiano.*

ROMAE

APUD ANTONIUM FULGONIUM

CIↃ. IↃCC. LXXXVII

PRAESIDUM ADPROBATIONE.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

GEORGIUS ZOËGA

# LECTORI

Perpauca ſane ſunt quae praefari opus eſt. Nam nemo ita eſt elegantiorum artium rudis, quin ſumma laude excipiat conſilium ampliſſimi Praeſulis Stephani Borgiae, ſeriem numorum in Aegypto ſub Caeſaribus percuſſorum luce donare, quae in ſuo muſeo Veliterno locupletior exiſtit, quam in quovis alio hactenus publici iuris facto., adiectiſque ad ea, quae ipſe poſſidet numiſmata, reliquis., quorum notitia comparari potuit, integram ſucceſſionem aeris Aegyptii imperatorii, commentariis praeſertim chronologicis illuſtratam, eruditorum oculis ſubiicere: una cum iconiſmis typorum, quotquot in muſeo ſuo conſpiciuntur novi quid prae ſe ferentes. Sed id minus probabitur, quod mihi hanc mandaverit provinciam, qui cum eam aggreſſus ſum, cum prima operis

 linea-

Digitized by Google

lineamenta duxi & libri partes digeſſi, huius militiae nondum abſolveram rudimenta; ſubſequenti tempore variis itineribus, morbis & aerumnis ſaepe diſtractus, denique poenitentia ſuſcepti operis depreſſus ſum, in quo exſequendo cum ipſe mihi ſatisfacere non potui, ut aliis ſatisfacerem penitus deſperavi. Difficultatem auxerunt quotidiani fere ad muſeum, quod explicandum mihi ſumpſeram, acceſſus, quibus evenit, ut plus duplo nunc ditius prodeat, quam fuit ubi anno MDCCLXXXIII primum elenchum ordinavi. Novi praeterea aliorum muſeorum catalogi mecum communicati, novi theſauri inſpecti, pluries coëgerunt ordinem immutare, & quae ſtatueram, viſis novis monumentis corrigere. Si ſaepe me deceptum deprehenderit lector, ſaepe mihi parum conſtantem, veniam dabit, ubi adverterit maximam operis partem iam ante hos tres annos prelo deſtinatam fuiſſe, totum librum manuſcriptum ſequenti anno abſolutum, multa poſthac currente rota mutata, addita, plura omiſſa. In nominandis ad ſingula numiſmata muſeis, poſt quae ipſe luſtraveram, praetuli ea quorum catalogis maior apud erudi-

Digitized by Google

eruditos fides eſſe ſolet: nunc quidem, ſed nimis tarde perſpicio, lectorum interfuiſſe ut cuncta inſimul indicarentur muſea in quibus idem proſtat numus, tum ad firmandam auctoritatem, tum ad raritatem perſpiciendam. In primis quoque mihi ſuccenſeo, quod Aegyptiarum rerum explicationem nonnunquam tentare auſus ſim, de quibus niſi praemiſſo diuturno & indefeſſo ſtudio nihil ſani in medium adferre datur. Nonnulla emendavi in Addendis; ſi omnia quae emendatione indigent, corrigere voluiſſem, verendum erat ne lectoris patientia denuo abuterer. Nam tantum non omnia quae tunc ſcripſi, nunc mihi diſplicent: neque nunc ſatis in hiſce rebus verſatus ſum, ut pro earum dignitate de iis diſſeram. Iſthaec dicta ſunto, quo eruditi, quae huic libro inſunt reprehendenda, meae tribuant inſcitiae; quam vero ex eo percipient non ſane parvam voluptatem, ſeriem numorum, quae omnium quas Graecae urbes procuderunt, copioſiſſima eſt, elegantiſſima, atque eruditiſſima, uno obtutu inſpiciendi, eam acceptam referant munificentiae doctiſſimi Praeſulis, omnium ſcientiarum fautoris promotoriſque, cuius ego



Digitized by Google

in me incredibilem benevolentiam & ingentia merita ; etſi ea mihi foret fluens eloquentia qua prorſus deſtituor, nulla unquam laude ſatis celebrarem.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX
## MUSEORUM ET SCRIPTORUM
### E QUIBUS HAUSTA SUNT
### QUAE PRAETER NUMOS BORGIANOS
#### EXHIBET CATALOGUS NUMISMATA.


ANGELONI.

L' iſtoria Auguſta da Giulio Ceſare a Coſtantino il Magno, illuſtrata con la verità delle antiche medaglie da Franc. Angeloni. Seconda impreſſione aumentata da Gio. Pietro Bellori. Roma 1685. fol.

BAND.

Numiſmata Imperatorum Romanorum a Traiano Decio ad Palaeologos Auguſtos. Opera & ſtudio D. Anſelmi Banduri. Lut. Pariſ. 1718. tomi II. fol.

BEGER.

Theſaurus Brandeburgicus ſelectus, ſive gemmarum & numiſmatum Graecorum in cimeliarchio electorali elegantiorum ſeries, commentario illuſtrata a Ludov. Begero. Colon. March. 1696. tomi III. fol.

BELL.

Obſervations géographiques & hiſtoriques ſur les médailles imperiales de pluſieurs villes ou nomes d' Egypte, dont M. Vaillant n' à publié aucune médaille, par M. l' Abbé Belley. *In* Memoires de l' Acad. des inſcript. & des belles lettres. Tom. 28. p. 526. à Paris 1761. 4.

BELLORI.

Ioan. Petri Bellorii adnotationes in XII priorum Caeſarum numiſmata ab Aenea Vico olim edita. Romae 1730. fol.

CAMEL.

Numi antiqui in theſauro Chriſtinae Reginae Suecorum Romae adſervati, a Franc. Camelo per ſeriem redacti. Romae 1690. 4.

DE BOZE.

Reflexions ſur une medaille de Galerius Antoninus fils de l' Empereur Antonin Pie, par M. de Boze. *In* Memoir. de l' academ. des inſcript. Tom. 15. p. 468. à Paris 1743.

ECKHEL.

Numi veteres anecdoti e variis muſeis. Collegit & animadverſionibus illuſtravit Ioſephus Eckhel. Viennae 1775. 4.

Sylloge prima numorum veterum anecdotorum theſauri Caeſarei cum commentariis Ioſephi Eckhel. Viennae 1786. 4.

ERIZZO.

Diſcorſo di M. Sebaſtiano Erizzo ſopra le medaglie degli antichi. In Vinegia 1571. 4.


FROE-

FROELICH.

Eraſmi Froelich de familia Vaballathi numis illuſtrata opuſculum poſtumum. Curante Ioſ. Khell. Vindobonae 1762. 4.

GESN.

Numiſmata antiqua Imperatorum Romanorum Latina & Graeca, omnia quotquot comparare licuit, tabulis aeneis repraeſentata. Digeſſit & edidit Ioh. Iac. Geſnerus. Tiguri (1738) fol.

GOLZ.

Huberti Golzii Caeſar Auguſtus, ſive hiſtoriae Imperatorum Caeſarumque Romanorum ex numiſmatibus reſtitutae, liber ſecundus. Brugis Flandr. 1564. fol.

HARD.

Numi antiqui populorum & urbium illuſtrati: *Et* Hiſtoria Auguſta ex numis antiquis Graecis Lat.niſque reſtituta: *In* Operibus ſelectis Ioan. Harduini. Amſtelod. 1709. fol.

HAYM.

Nic. Franc. Haym. Theſauri Britannici, ſeu muſeum numarium, interprete Aloyſ. comite Chriſtiani. Vindob. 1743.
*Et* Tomus ſecundus: interprete Ioſ. Khell. Vindob. 1763. 4.

HEYNE.

De numo Iuniae Fadillae Auguſtae, & de numo Othonis aereo Graeco e muſeo com. de Bentink, (*quod Hamburgi eſt*) commentatio Chriſt. G. Heyne: *In* Commentat. ſoc. reg. ſcient. Gotting. per annum 1781. Gottingae 1782. 4.

MAFFEI.

Verona illuſtrata, (*opera del March. Scip. Maffei*). Verona 1732. fol.

MOR.

Theſaurus numiſmatum Imperatorum Morellianus, ſive Chr. Schlegelii, Sig. Havercampi, Ant. Franc. Gorii commentaria in XII priorum Imperatorum Romanorum numiſmata conquiſita & delineata ab Andr. Morellio, cum praefatione Petr. Weſſelingii. Amſtelod. 1752. tomi III. fol.

M. AINSL.

*Binos Catalogos ditiſſimi muſei, quod Conſtantinopoli poſſidet eques Robertus Ainsley, Aulae Britannicae apud magnum Turcarum Sultanum orator, comiter mecum communicavit erud. Abb. Domin. Seſtinius, qui in itineribus per Orientem aeque ac Occidentem ſuſceptis maiori ex parte ipſe conquiſivit: alterum quidem Romae praeſens anno* 1783, *alterum uberiorem Conſtantinopoli tranſmiſſum anno* 1787.

M. ARIG.

Numiſmata quaedam muſei Honorii Arigoni Veneti ad uſum iuventutis rei numariae ſtudioſae. Tarviſii 1741. tom. ſecundus 1744., tom. tertius 1745. fol.

M. BODL.

Franc. Wiſe, numorum antiquorum ſcriniis Bodleianis reconditorum catalogus. Oxoniae 1750. fol.

M. BRACC.

*Locupletiſſimae ſupellectilis numariae Ducum Braccianeorum, olim Reginae Chriſtinae, quae facile reliquas quae in urbe ſunt ſuperat, copiam mihi fecit def. Abb. Vinc. Monti, huius muſei aliquando cuſtos.*

M. CAES.

Catalogus muſei Caeſarei Vindobonenſis numorum veterum. Diſpoſuit & deſcripſit Ioſephus Eckhel. partes duae. Vindobonae 1779. fol.

*In hoc muſeo excutiendo primum feci numiſmatices tirocinium anno 1782, duce & magiſtro ipſo Eckhelio, qui incredibili comitate & liberalitate artis principia me edocuit: proxenis duumviris ſumma obſervantia mihi proſequendis, Ove Hoegh Guldberg Regis Daniae ab intimis conſiliis & tunc a ſecretis ſtatus, & Chr. Gotl. Heynio, quem nemo elegantioribus artibus initiatus ignorat: auſpice doctiſſimo Ioſepho Garampio tunc ampl. Praeſule, nunc eminent. Cardinali.*

M. ENNERII.

*Vidi Pariſiis anno 1784, monſtrante poſſeſſore, quo defuncto muſeum regiis theſauris illatum ferunt.*

M. FARN.

I Ceſari in oro, argento, e metallo, raccolti nel Farneſe muſeo, e pubblicati colle loro ſpiegazioni dal P. Paolo Pedruſi. Parma 1694, 1721. tom. VIII fol.

Continuazione del P. Pietro Piovene, in due tomi. Parma 1724, 1727.

*Vidi equidem circa initium anni 1783 numos Farneſianos, & reliquos qui Neapoli adſervantur in regiis aedibus* Capo di Monte, *a R.P. d'Afflitto, tunc temporis ei muſei praefecto, ſumma humanitate mihi oſtenſos, ſed tunc Aegyptiorum numiſmatum parum ſtudioſo.*

M. M. D.

*Theſaurum numarium magni Ducis Etruriae, ut numero ita raritate eminentem, comiter mihi expoſuit cl. Pellius, univerſo illi muſeo praefectus, anno 1784.*

M. MUSELL.

Numiſmata antiqua a Iacobo Muſellio collecta & edita, cum aliis antiquitatis reliquiis. Veronae 1751, 1756. tomi IV fol.

M. PARM.

*Numorum antiquorum, quae in ſcriniis ducalibus Parmenſium adſervantur, catalogum ms., a muſei directore in itinere communicatum tranſmiſit anno 1786 reverendiſſ. nobiſque amiciſſimus P. Becchettius.*

M. PEMBR.

Numiſmata antiqua collegit olim & aeri incidi vivens curavit Thomas Pembrochiae & Montis Gomerii comes. Prelo demum mandabantur 1746. 4.

M. R. G.

*Muſeum numarium Regis Galliae, quod primum inter omnia locum obtinere nemo neſcit, luſtravi anno 1784, praeſide magni nominis viro Abb. Barthelemy.*

M. S. GENOV.

*Numos adſervatos Pariſiis in coenobio S. Genovefae eodem tempore inſpexi.*

M. TANINI.

*Eruditiſſimi & nobis amiciſſimi Abb. Hieronymi Taninii ſcrinia omnis generis numis imperatoriis referta, ſed eo genere quod provinciam ſibi ſumpſit olim Bandurius, nunc Taninius, facile principatum obtinentia, eruditis nullo non tempore patent.*

M. TAUR.

*Muſei Regii Taurinenſis numiſmata aliquot vidi anno 1784, reliquis nondum in ſeriem redactis.*

M. THEUP.

Digitized by Google

M. THEUP.

Muſei Theupoli antiqua numiſmata olim collecta a Ioan. Domin. Theupolo, aucta & edita a Laurentio & Federico fratribus Theupolis. Venetiis 1736. 4.

M. VATIC.

*Numos Muſei Vaticani vidi anno* 1783, *facultatem faciente cl. Ioſ. Ant. Reggio Vatic. bibl. praefecto*.

M. VER.

*Muſei ſui quod Veronae viſitur catalogum ms. excerpendum praebuit comes Verità Veronenſis, Romae praeſens anno* 1783.

NEUMANN.

Populorum & Regum numi veteres inediti, collecti ac illuſtrati a Franc. Neumanno. Vindob. 1779. 4.
Pars altera. Vindob. 1783.

OCCO.

Imperatorum Romanorum numiſmata a Pompeio M. ad Heraclium, collecta ab Adolpho Occone. Antuerp. 1579. 4.

OISELIUS.

Theſaurus ſelectorum numiſmatum antiquorum, auctore Iac. Oiſelio. 1677. 4.

PAT.

Impp. Romanorum numiſmata ex aere mediae & minimae formae deſcripta & enarrata per Carolum Patinum. Argentinae 1671. fol.

PAT. EX M. MOROS.

Theſaurus numiſmatum a Petro Mauroceno Senatore Veneto Sereniſſimae Reipublicae legatus anno 1683. Venetiis. 4.

PELL.

Recueil de médailles de Rois, qui n'ont point encore été publiees, ou qui ſont peu connues. à Paris 1762.
Recueil de médailles de peuples & de villes, qui &c. à Paris 1763. trois volumes.
Mélange de divers médailles pour ſervir de ſupplément aux recueils &c. à Paris 1765. deux vol.
Supplément aux ſix volumes. à Paris 1765.
Second ſupplément. 1766.
Lettres de l'auteur des recueils &c. à Francfort 1770.
Additions aux neuf volumes de recueils. à la Haye 1778. *tous en* 4.

POC.

Inſcriptionum antiquarum Graecarum & Latinarum libri duo, accedit numiſmatum e ſcriniis Britannicis catalogus, a Richardo Pococke typis mandati. 1752. fol. *Rarus liber, cuius uſum mihi praeſtitit cl. Abb. Enn. Quir. Viſconti*.

RASCH.

Lexicon univerſae rei numariae veterum & praecipue Graecorum ac Romanorum. Edidit Ioan. Chriſtoph. Raſche, praefatus eſt Chr. Gotl. Heyne. Tomus primus A—C. Lipſiae 1785. 8.

SCHLAEGER.

Iul. Caroli Schlaegeri commentatio de numo Hadriani plumbeo & gemma Iliaca in funere Aegyptio medicato repertis. Helmſtad. 1742. 4.

SPANH.

Ezechielis Spanhemii diſſertationes de praeſtantia & uſu numiſmatum antiquorum. Londini 1706. tomi II. fol.

TRI-

TRISTAN.

Commentaires hiſtoriques contenans l'iſtoire génerale des Empereurs Romains, par Jean Triſtan. à Paris 1644. tomi III. fol.

VAILL.

Numiſmata Imperatorum, Auguſtarum, & Caeſarum a populis graece loquentibus percuſſa, per Ioan. Vaillant. Amſtel. 1700. fol.

Aegyptus numiſmatica, *in calce* hiſtoriae Ptolemaeorum Aegypti Regum ad fidem numiſmatum accommodatae per Ioan. Vaillant. Amſtelod. 1701. fol.

VIGNOL.

Iohannis Vignolii diſſertationes duae de anno primo imperii Severi Alexandri, quem praeſert cathedra marmorea S. Hippolyti. *In* opp. S. Hippolyti vol. I. p. 143. Hamburgi 1716. fol.

## NOTA.

*In Catalogo Romano numero notati ſunt numi qui in ipſo muſeo Borgiano adſervantur, cui cum adiectus eſt aſteriſcus, ſignificat, numi typum aeri inciſum exhiberi.*

*IMPRI-*

Digitized by Google

*IMPRIMATUR,*

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro S. P. Apoſtolici.

*F. Xaverius Paſſari Archiep. Laris. Vicesgerens.*

---

*IMPRIMATUR.*

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Praedicat. Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

NUMI

Digitized by Google

# NUMI AEGYPTII IMPERIALES.

## M. ANTONIUS.

I. ABſque epigraphe. Caput nudum M. Antonii cum leoninis exuviis ad collum, & clava ſuper humero.

LA ΡΩΜΗΣ, Prora : omnia intra coronam. (III.) M. Reg. Gall. *not.*



*M. Antonius.*

I. Anteſignanus monetae Alexandrinae M. Antonium exhibet Triumvirum, Herculis ut fama ferebat ex Anteone filio ἐκγόνον, vultuque, ſi fides eſt Plutarcho, Herculem referentem, & corporis habitu imitantem; ab altera parte Romae nomen, atque in numis ſymbolum, addito anno primo, quo indicaret Romae nomen atque imperium a vetere ad novam, quae ipſi Alexandria, translata. Patinus, eumque ſecutus Havercampus credidere numum percuſſum quo anno Antonius conſul Alexandriae de Artavaſde Armeniae Rege triumphavit, qui fuit U. C. 720. Quibus ne adſentiar obſtat tum quod nulla huius generis numiſmata ſequentibus annis ſignata offendantur, quae exſtare maxima foret expectatio, ſi poſt annum quo iſte cuſus eſt, tres adhuc annos ſtetiſſet Antonii imperium; tum huius literae binis inde annis, nimirum U. C. 722. Romam ad Senatum perlatae, quibus res a ſe geſtas exponit, acta ſua rata haberi petit, ſeque in S. P. Q. R. poteſtate eſſe profitetur. Nam Romae nomen ad aliam urbem transferre, & facti epocham publicae monetae inſcribere crimen videtur nimis atrox, quam ut de homine Romanum imperium venerante poſſit cogitari. Conſulatus quidem poſt veteres leges a Mario infractas ubivis terrarum & obtineri potuit, & iniri. Scimus Auguſtum IV conſulatum in Aſia, V in inſula Samo, VIII & VIIII Tarracone auſpicatum eſſe. (Svet. 26.) Antonius vero qui Romae praeſens conſulis officia obire nequibat, ipſis kalendis ianuariis ſe abdicaverat, & L. Sempronium Atratinum in ſuum locum ſuffecerat. Triumphus autem, quem Alexandriae egit, cum neque a Senatu Rom., neque a populo Alexandrino eſſet decretus, nihil fuit praeter pompam in Cleopatrae honorem inſtitutam, & narrat Dio Auguſtum Antonii literas, de quibus iam dixi, hoc facto duobus annis poſteriores, in Senatu recitari impediiſſe, ne triumphus ei decerneretur, quo evincitur ipſum

2. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΡΩΜΗΣ. Capita iugata, virile laureatum & muliebre.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΒΛΑΤ . . . ΑΙΓΥΠ. Caput Caeſaris nudum, ſupra quod aſtrum, infra prora. (III.) Golzius. *not.*

AUGU-

Antonium pompam illam non pro triumpho habuiſſe. Neque ei ulla uſque ad pugnam Actiacam cum Pop. Rom. fuit inimicitia, ſed cum ſolo Auguſto ſimultas, qui Antonio bellum indicere velut cauſſa deſtitutus auſus non eſt, Cleopatrae indixit ſciens Antonium eam non eſſe deſerturum. Quam igitur ſtatuemus aptiorem huic numo aetatem? Praebet anſam Dio, e quo fere haec collegi, narrans A. U.C. 722. Cn. Domitium, & C. Soſſium coſſ. ſtudentes Antonianis partibus, & Caeſaris in curia ſicarios extimeſcentes, una cum magno Senatorum numero clam Roma Alexandriam aufugiſſe, atque ibi ſub Antonii auſpiciis Senatum conſtituiſſe. Quod prius Magno evenerat Pompeio nunc Antonio evenit, neque omnino male videtur dixiſſe qui primus dixit: Roma eſt ubi Senatus eſt. Non enim Reſpublica eſt in parietibus, ſed in aris & focis: verba ſunt Pompeii apud Cic. *ad Attic.* l.7. epiſt.10. Sane Antonius occaſionem magis exoptatam nanciſci non potuit, ut Cleopatrae ſuae gratularetur Alexandriam factam eſſe Romam & orbis terrarum dominam, quod factum etiam numis celebrari iuſſit Romae nomen & avitum inſigne proram cum novi cycli primo anno exhibentibus, addens vultum ſuum velut novi Herculis ex Omphales ſinu armati progredientis, ut rebellem plebem in ordinem redigeret, & feſſo orbi redderet quietem. Etenim contemptim de Caeſare eiuſque exercitu locutum eſſe conſtat. Eodem anno in Graeciam cum claſſe profectus non reverſus eſt niſi poſt Actiacam cladem, qua perpeſſa de nova Roma conſtituenda vix amplius cogitavit. Ceterum de prorae in pecunia Romana origine & ſignificatione adeas, ſi placet, eruditiſſimi Becchettii Diſſertationem de Circenſibus reſtitutis in numo Nervae Imp., ubi novam explicationem vetere illa, atque trita iucundiorem, foecundioremque argumentis minime infirmis ſuffultam expendiſſe haud poenitebit. Minus quidem ingenioſa, at facilior foret opinio, Romanos haereditario quodam iure prorae ſymbolum a Latinis maritimae orae accolis accepiſſe: ſed hoc pro levi coniectura. Advertere praeterea iuvat Aegyptum, & Alexandriam a primo ſtatim tempore, quo probe Romanis innotuere, tali eos cepiſſe amore, ut ipſum Caeſarem de imperio illuc transferendo conſilium iniviſſe fama fuerit, qui olim Cleopatra comite thalamego navi vectus Aegyptum uſque ad ſuperiora loca luſtraverat. (Sveton. *Caeſ.* 52.)

2. Numum licet Golzianum omittendum non cenſui, cum potius male lectus videatur, quam fictus, & forte adhuc in Muſeo quopiam latens aliquando potuerit reſtitui. Si genuinus, procul dubio Caeſaris cum Cleopatra connubium reſpicit, quem legitimum ipſius maritum, & Caeſarionis fuiſſe patrem pro virili parte contendit Antonius, immo in teſtamento ultro eſt teſtatus. Quid ſi numus eſſet: ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΡΩΜΗΣ LA. Caput Antonii iugatum cum capite Cleopatrae, velut quae novae Romae dea tutelaris: )( ΚΑΙΣΑΡΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΙΓΥΠΤΟΥ. Caput Divi Caeſaris, cuius a Roma genus indicaret prora, a Venere aſtrum, ut

Digitized by Google

# AUGUSTUS.

1. Caput Auguſti laureatum anepigraphon.
   ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ LB. Aquila fulmini inſiſtens: in area cornupiae. (Æ) Vaill. ex M. Ioberti. *not.*
2. DIVI IVLI. Caput Iulii Caeſaris laureatum: pone lituus.
   SC LΓ. Auguſtus ſtans in quadrigis elephantorum d. ramum, s. ſceptrum. (I.) Golz. *not.*
3. Similis LE. (AR) Muſ. Vatic. *not.*
4. Similis LS, omiſſo SC. (II.) Hard. ex M. Baudelot. *not.*

A 2 L ENA

ut nobiliſſimam a diis hominibuſque celebraret originem pueri Caeſarionis, quem prae propriis liberis dilexiſſe videtur Antonius, & Aegypti, Africaeque regem, & Caeſaris haeredem decreverat. Reliquos Antonii & Cleopatrae numos hoc loci non moror, qui vel certo extra Aegyptum ſunt ſignati, vel ſaltem commatis incerti.

*Auguſtus.*

1. Cum huius anni atque ſubſequentium ſaltem uſque ad nonum numi certi Alexandrini nondum inventi ſint, illi vero, qui capiti Caeſaris Auguſti aquilae typum iungentes paſſim reperiuntur, annos inſcribere non conſueverint, ſed inſigniri per aream ſolitariis literis, de quarum ſignificatione hactenus nihil compertum eſt, liceat ſuſpicari in numo, quem limo, & materia tartarea peritus obductum teſtatur ipſe Vaillantius, nec omnino diligenter deſcriptum arguit lunatum Cιγμα ante Claudium imperatorem in Aegyptia moneta non uſitatum, & omiſſus numi modulus, etiam το L intruſum eſſe ab editore hancce literam in Alexandrina pecunia oſtendere ſolito.

2. 3. 4. Crucem mihi fixerunt iſti numi. Ineſt eis peregrinum aliquid & minus congruum, quod primo aſpectu ſuſpicionem movet. Quem pictum vidi apud Golzium, figmentum huius reputavi; cum vero legiſſem in Ericii libro, ſe eius generis numos vidiſſe a falſario Parmenſi percuſſos, qui vetere uſus aere ſuperincuderat recentem typum, & ipſius incuria Graecas literas LΓ remanſiſſe conſpiciendas, Golzium bonum virum credulitate lapſum cenſui, atque Harduini numum eiuſdem eſſe farraginis. At demum ipſe numiſma vidi in ſplendidiſſima, quae eſt in Vaticano metallionum ſerie, argenteum, modulo aequans vicenarium, nitidum, fabricae quam diceres urbanam, quod cum oſtenderem viro cl. Taninio locupletiſſimi Muſei poſſeſſori, neque alteri in diiudicandis antiquis monumentis ſecundo, negavit ullum ſibi apparere argumentum quin numum pro genuino haberet. Si igitur legitimi, patria eis vindicanda. Annorum inſcribendorum formula Aegyptum, vel Syriam reclamat, fabrica & SC Romam. Mittamus Syriam, in qua provincia imperan-

5. L ENA. Accipiter ſtans. (III) M. Arig.
I. * 6. KAI . . . . Caput laureatum Auguſti.
LI. Rana. (IV.) *not.*

Caput

perante Auguſto nihil actum memini, quod pro horum numorum faceret explicatione. Si vel Romae percuſſi ſunt vel Alexandriae, factum puto ad redarguendam Antonii iactantiam, qui numos Alexandriae ſignatos Romae nomine nobilitaverat. Inde eo oppreſſo Auguſtus pecuniam iuſſit procudi, quae Aegypti domitores Caeſarem ſeque ob oculos ſiſteret, additoque SC in reliquo argento haud uſitato totius populi Rom. poteſtatem, & ius in Pſeudoromam illam innueret, annos autem numeraret a capta Alexandria, eodem pacto quo Antonius annos imperii ſive novae Romae ſignari iuſſerat. Rerum ordinem hic conſpicere mihi videor & nativitatem monetae Alexandrinae. Primos numos procudit Antonius, annos novae Romae, qualem ſuis auſpiciis factam gloriabatur Alexandriam, memoriae commendaturus. Unum ſignavit annum, imperium perdidit atque vitam. Victor victis irridens ſuae victoriae annos monumentis inſcripſit. Placatis inde animis, poſt ſextum victoriae annum hoc numiſmatum genus evanuit, nono vero ipſi qui ſub iugum acti fuerant, ut domini animum ſibi conciliarent, imaginem eius & annos monetae ſibi permiſſae intulere. Etenim ab initio iratum ſe praebuit Auguſtus Aegyptiis praeſertim Alexandrinis, tum ob veteres turbas, in quibus fere periiſſet Divus Iulius, tum ob praeſens bellum, quod non ſine Auguſti ignominia coeptum erat, repudiata Octavia & barbarae foeminae poſthabita. Tamen victor a plebis caede abſtinuit, atque militibus ne urbem deriperent donarium dedit e regio theſauro. Sed publica oratione profeſſus eſt ſe iis tantum propter Serapidem Deum ignoſcere, & propter Magnum Alexandrum conditorem, & Arrium philoſophum Alexandrinum ſibi familiarem: urbem praeterea honoribus privatam, non eodem modo quo reliquae civitates Romanis ſubditae conſtitutae erant, ordinavit, ſed velut ſui ipſius peculium adminiſtravit, dum neque iis proprium habere Senatum permitteret, neque Alexandrino cuipiam in Romanum Senatum adlegi, neque ut Romanus Senator vel eques illuſtris Aegyptum velut rem Caeſaris domeſticam ac praecluſam adiret. (Tacit. A. 2, 59. Dio 51, 16. 17.)

6. Frequenter recurrunt ranae in Aegyptiis ſecundariae aetatis monumentis, praeſertim in tabula Bembina & inter minutas icunculas, quas creta fingere, & variis coloribus obducere ſolebant Aegyptii. Aenea quoque cernitur in muſeo noſtro, alia vero adſervatur in antiquaria ſuppellectile viri inclyti Dn. a Guldberg Regi Daniae a ſecretis conſiliis, cuius dorſo inequitans altera capite erecto pedibuſque anterioribus decuſſim pectori adplicatis exprimere videtur actum adorantis. In numis praeter noſtrum bini alii quod memini offerunt, Claudii nimirum cum anno decimo, & Hadriani cum anno decimonono. Invenio apud Horapollinem hieroglyphicorum magiſtros ranae imagine ſignificaſſe ἀπλαστον ἀνθρωπον, informem hominem, ſive phyſico ſenſu accipias pro embryone vel larva, ſive morali pro rudi ſaevoque homine. At vix puto hanc eſſe conſtantem ranae ſignificationem in monumentis, minime in numis, affinem tamen quodammodo. Fertur nimirum recipiente ſe poſt inundationes fluvio, dum recentem limum pervadit ſolis

II. * 7. Caput Auguſti laureatum anepigraphon. LIΔ. Ibis ſtans. (IV.) *not.*

ATTO-

ſolis radius, ex humectata atque calefacta terra provenire innumera multitudine animantia tunc primum trahentia ſpiritum, alia quidem iam perfecta, alia vero ad embryonum inſtar nondum probe efficta inque glebam deſinentia. Hoc praeſertim creditum fuiſſe de ranis aliiſque animalculis in paludum caeno habitare ſolitis, dubium non eſt. Inde rana, iam ſua natura humidi elementi ſymbolis adnumeranda, ad indicandum Aegypti fluvium adhibita eſt, & peculiari ſignificatu illam foecunditatem, quam Niliacae aquae adſcribere ſolent veteres, quaeque talis fuit, ut bibentes Nilum mulieres ſaepiſſime gemellos, non raro & tergeminos quadrigeminoſve parerent, nec nunquam, ſi fidem habemus Trogo apud Plinium, ſeptenos ſimul ederent. Ex his autem colligo ranarum icunculas, quae obviae exſtant ex creta Aegyptia fictae & tali modo perforatae ut filo de collo ſuſpendi poſſint, geſtas fuiſſe a mulieribus ad conciliandam ſibi foecunditatem, vel foetus conſervationem procurandam: in tabula Bembina dum rana flori inſidet ea ſubintelligi foetuum genium Harpocratem, & ſic in aliis hieroglyphicis ex Hori indicio απλαϛον ανθρωπον: in numis autem, quorum argumentum quin ſpectet ad publica commoda fieri vix poteſt, reſpici provinciae fertilitatem, atque foecunditatem, beneficia Nilo fluvio accepta referenda. ( Horus Apollo 1, 25., Diodor. l. 1. init., Mela 1, 9., Strabo l. 15., Ariſtot. *Hiſt. anim.* 7, 4., Seneca *Nat. Quaeſt.* 3, 25., Plin. *H. N.* 7, 3., Paulus ICtus leg. 3. Dig. )

7. Numi in Aegypto cuſi & Auguſti annum triceſimo anteriorem exhibentes eximiae ſunt raritatis, neque magno numero percuſſi neque maioris moduli & conſervationi aptioris. Depauperata enim civitas tum Cleopatrae exactionibus tum Romana captivitate, qua theſauri Romam tranſvecti ſunt, quos fere immenſos paraverat regina, nondum inſtituerat ſingulis annis numorum copiam ex utroque metallo procudere, ſed, ut ſub primis imperatoribus fecere reliquae fere Romani orbis civitates, pro urbici commercii neceſſitate minuta moneta contenta, ceterum vel Ptolemaeorum pecunia utebatur, vel peregrina. Unicus eſt hic quem ſiſtimus, nedum editus, certo Auguſti capiti iungens annum infra XXX, nam in altero n. 6. non ea eſt perfecta vultus ſimilitudo quin & Claudio tribui poſſit, quamvis Auguſto ſimilior, de tertio vero quem e muſeo Arigonio mutuo accepi, dubitaveram foret ne Hadriano reſtituendus. Ab anno XIV ad XXX nullus viſus eſt hactenus, forſan urbe ob ſeditionem ſub Petronio nova calamitate afflicta, & vix dum conceſſo monetandi privilegio privata. Renovandi deinde occaſionem accepiſſe videntur a Patris Patriae titulo, qui circa annum provinciae XXVIII Auguſto delatus, omiſſo quidem anno frequenter inſcribitur Alexandrinae monetae. Ex hoc enim colligo aetatem eorum numorum qui anni indicio carent, & quos aliquando reliquis omnibus anteriores ſuſpicatus eram. Ab inde anno XXX denuo imperii, ſeu rectius provinciae epocham ſignarunt: nam Alexandrini annos Auguſti non a morte Caeſaris, neque a pugna Actiaca, neque ab indito Auguſti cognomine numeravere, ſed a capta Aegypto, atque in provinciae formam redacta; id eſt ab eo anno Alexandrino, cuius initium incidit in diem XXX menſis Auguſti Iuliani anni ab U. C. 724., & quo vix coepto mortem ſibi conſciſſe videtur Cleopatra.

8. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ LΑ. Capricornus cum globo & cornucopiae. (II.) Morell.

9. LΑ. Vaſa pontificalia. (III.) M. Arig.

10. LΑΕ intra coronam quernam. (IV.) M. Arig.

11. Caput Auguſti laureatum anepigraphon.
ΣΕΒΑΣΤΟΥ LΑΗ. Harduin.

12. LΑΗ. Victoria gradiens. (II.) Morell.

13. ΣΕΒΑΣΤΟΥ LΑΗ. Capricornus. (II.) M. R. G.

III. * 14. Caput Auguſti laureatum anepigraphon.
LΜ intra coronam civicam. (IV.)

15. Eadem adverſa.
LΜ intra coronam. (II.) M. Theup.

16. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput laureatum.
LΜ. Victoria gradiens d. coronam, s. palmae ramum. (II.) M. M. D.

17. LΜ ΕΥΘΗΝΙΑ. Ubertatis caput ſpicis coronatum cum ſpicis ad pectus. (II.) M. R. G.

18. LΜΑ ΕΥΘΗΝΙΑ. Caput muliebre ſpicis coronatum cum ſpicis ad pectus. (II.) Morell. *not.*

LΜΑ

tra. Nam de mortis die non conſtat, urbem Auguſto menſe captam eſſe conſtat ex SC apud Macrobium *Sat.* 1, 12. Sic neque numi, neque ſcriptores Alexandrini, Philo, Ptolemaeus, Clemens plus annis XLIII Auguſto tribuunt, quos demptis diebus X integros ſuperſtes fuit poſt diem XXIX Auguſti U. C. 724., quem Actiaca victoria annuo ſpatio praeceſſit. Accidit enim die 2. Septemb. an. U. C. 723. (Adeas Diſſert. noſtr. *de anno Aeg.*)

18. Merito imperatoris capiti caput ubertatis iunxere Alexandrini, nam teſtantibus Svetonio, atque Dione, Auguſtus poſt Aegyptum in provinciae formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonae urbicae redderet, foſſas omnes in quas Nilus exaeſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſit, & novas praeterea fodere iuſſit. (Sveton. *Aug.* 18., Dio 51, 18.) Si vero Straboni credimus ea fuit Praefectorum Aegypti ſub Auguſto, maxime Petronii qui ſecundus fuit, de augenda Aegypti fertilitate ſollicitudo, ut novarum foſſarum effoſſione aggerumque extructione, & prudenti aquae adminiſtratione efficerent, ut Nilo XII cubitos creſcente tunc eadem eſſet rerum abundantia, quae antea XIV cubitorum indigebat incremento. Apprime igitur Auguſti capiti adſcriptum legitur Pater Patriae in numis, quorum averſa ſpicarum faſciculum exhibet, & Liviae numi frugibus atque facibus, quae ſunt Cereris attributa decorantur. Svetonius Auguſtum Aegyptum peragraſſe ait, ſed e pleniori Dionis narratione hoc de ſolo eo tractu intelligo, qui eſt a Peluſio Alexandriam, ubi Memphin invitatus a ſacerdotibus

Digitized by Google

19. LMA. Victoria gradiens, ut ſupra. (II.) M. Arig.
20. Caput Auguſti nudum anepigraphon.
LMB. Victoria gradiens. (II.) M. Bracc. *not.*
21. Caput Auguſti laureatum anepigraphon.
LMΓ. Victoria gradiens. (II.) M. R. G. *not.*
IIII. * 22. CEBACT. Caput Auguſti nudum.
KAICAP. Templum rotundum, in quo erectum conſpicitur ſignum militare. (II.) *not.*
V. * 23. Incerta epigraphe. Caput Auguſti nudum.
ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Aquila fulmini inſiſtens: in area cornucopiae & Π. (II.) *not.*

AY-

dotibus ad viſendum Apidem reſpondit, ſe deos adorare, non boves. Iter vero ab Alexandria Memphin merito parvum deflexum vocat Svetonius in ingentibus illis profectionibus, quibus ultimam Hiſpaniam, & Parthorum confines luſtravit imperator. ( Svetonius *Aug.* 93., Dio 51, 16. )

20. In Cameli catalogo male LMK.

21. Pellerinio hunc numum una cum reliquis huius generis Syriae tribuenti quin adſentiar obſtat fabrica, quam cum in hoc ipſo numo, tum in haud paucis ei ſimilibus eandem offendi ac in permultis aeneis Claudii, & ſucceſſorum, imprimis Flaviorum, certo in Aegypto percuſſis, a Syriaca vero moneta longe diſtantem. Sane ſi epocham interpretamur annum XLVI, Aegyptia eſſe nequit: at mihi numum, nunc muſeo Regio, quod Lutetiae eſt inlatum inſpicienti viſus eſt ipſe annum praeſeferre XLIII, ultra quem nullus Auguſti annus in hoc numorum genere exſtat, neque iſte niſi in hocce unico numiſmate. Ait quidem Pellerinius ſe alios adſervare cum LMΓ, ſed luce non donavit, neque mihi inter numos Pellerinianos in muſeo Regio invenire obtigit, neque Aegyptios numos Auguſti, vel Liviae cum MΔ, vel ME in aliorum antiquariorum libris offendes.

22. Templum eſt Martis Ultoris, de quo a ſe exſtructo ſanxerat Auguſtus, ut qui victores rediiſſent, huc inſignia triumphorum inferrent: praeterea ut de bellis triumphiſque hic conſuleretur Senatus, & provincias cum imperio petituri huc deducerentur. (Svet. 29.)

23. Aquilam hanc non eſſe Romanam, ſed Aegyptiam ex veterum Regum moneta deſumptam ſatis indicat cornucopiae ipſi adpoſitum, quod quidem in ſubſequentium impp. numis omittitur nonnumquam fulmine bifido nonnunquam tranſverſo palmae ramo aquilae tributo. Romana enim aquila invictarum legionum inſigne, in reipublicae numis nunquam typum facit, nec facile in priorum Auguſtorum moneta niſi haſtili ſuo inſidens conſpicitur, neque cum ea permutanda, quae divinitatem indicat, vel bonum augurium. Rationem cur Lagidarum monetam ſola fere occupet aquila adfert Vaillantius, quod eorum primus cum infans fuiſſet expoſitus, ab aquila coturnicibus laceratis harum ſanguine ſit nutritus: qua meliorem aliam offendere nondum obtigit. Ceterum aquila ſacra avis plurimis cum Orientis tum Siciliae & Italiae populis argumentum monetae praebuit, a Ptolemaeis forte pro accipitre priſcis Aegyptiis in primis colendo

Digitized by Google

24. ΑΥΓΟΥΣΤ. Caput nudum.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Aquila fulmini inſiſtens: in area cornucopiae & M. (II.) M. Theup.

25. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Aquila fulmini inſiſtens, in area cornucopiae & Π. (II.) M. Arig.

VI.* 26. ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. Caput Auguſti laureatum.
ΣΕΒΑΣΤ. Faſciculus ſpicarum ſex. (II.)

VII. 27. Alius parum diverſus, ſed rudioris fabricae. (II.)

28. ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. Caput laureatum.
ΣΕΒΑΣΤ. Faſciculus ſpicarum ſeptem. (II.) M. Theup.

29. Alius. Capricornus. (II.) M. Theup. *not.*

30. ϹΕΒΑϹΤ. Caput Auguſti nudum.
ΚΑΙϹΑΡ. Vas anſatum, cuius marginem ambit corolla reticulata. (II.) M. R. G. *not.*

31. Caput Auguſti nudum anepigraphon.
ΚΑΙΣΑΡ. Vas ſacrum corolla, & imaginum caelatura inſigne. (II.) Beger.

VIII.* 32. ϹΕΒΑϹΤΟϹ. Caput Auguſti nudum.
ΚΑΙϹΑΡ. Simpulum, praefericulum, lituus, & ſecuris. (II.)

33. ΑΛΕΞ ΑΙΓ. Palmae arbor. (III.) Vaillant. ex M. Cameli. (AR). Spanh.

ΚΑΙΣΑ-

lendo ſubſtituta. Etiam τo Π, quod Auguſti numo inſcriptum eſt una cum typo ex regia Aegypti moneta in imperatoriam tranſiit, nam in ultimae Cleopatrae numis itidem conſpicitur, a Vaillantio, & Havercampo pro urbis vel Peluſii, vel Ptolemaidis indicio habitum. At neque de hac, neque de reliquis ſiglis in Ptolemaeorum numis obviis certi aliquid ſtatui poteſt. Eodem refero τo M ſequentis numi, nam annum Alexandrini nonniſi addita ſigla L indicare ſolent.

29. Auguſtum thema horoſcopii ſui monetae intuliſſe ex Svetonio pervulgatum eſt: ne de numis dicam omnis metalli & moduli fere innumeris hunçce typum exhibentibus. (Svet. 94.)

30. Hydrion ſive vas quo in ſacris ad myſticam Niliacae aquae effuſionem utebantur ſacerdotes Aegyptii, & quod in ſacris pompis praeferre conſueverant. Obvium autem eſt in Aegyptiis monumentis omnis aetatis, nec rara eſt memoria eius apud ſcriptores. Forma nonnihil variat, ei quod praeſens numus exhibet maxime ſimile eſt aliud in muſeo comitis Caylus nigro lapidi inſculptum. (Cayl. rec. vol. 2. tab. 2. n. 3.). In obeliſcis & aliis purae Aegyptiae artis reliquiis ſimplicioris ſtructurae offendi ſolet, elegantius vero & proxime accedens ad deſcriptionem myſticae urnulae apud Apuleium (*Metam.* l. 11.) cernitur in numo noſtro Antonini N. 17.

34. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Faſciculus ſpicarum ſeptem.
ΑΛΕΞ ΑΙΓΥΠ. Palmae arbor. (II.) Triſtan. ex Golz.

35. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Faſciculus ſpicarum.
ΑΛ AEG. Palmae arbor. (I.) Erizzo.

36. ΚΑΙCΑΡΟC. Spica.
LA. Palmae arbor. Patin. *not.*

37. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Auguſti.
ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ LΙΔ. Caput Tiberii. (Æ.) Vaill. *not.*

38. Aquila duobus inſiſtens ſerpentibus: ſupra eam caput Serapidis. (II.) Morell. *not.*

39. Vacca recubans: deſuper Diana venatrix. (II.) Morell.

40. Caput Serapidis. (II.) Morell. *not.*

## LIVIA.

I.* 1. Caput Liviae nudum cum ſtola ad collum, quae in Auguſtarum numis conſtanter adpingitur.



36. Perperam Palaeſtinum numiſma tribuitur Alexandriae, quae pecuniam nonniſi cum imperatoris imagine procudit: neque primum annum in huius generis numis prodidere diligentiores antiquarii, ſed trigeſimum. At iucundum eſt inveſtigare originem trium numorum praecedentium, quos perſuaſum habeo nunquam exſtitiſſe genuinos. Supplevit quidam in numiſmate quod credebat corroſum AL ALEG pro LA, & commutans ſpicam cum ſpicarum faſciculo, qui magis obvius in aere imperatorio, produxit numum n. 35. Antiquarii deinde peritiores reſpuentes numiſma bilingue, & ſuſpicantes erraſſe qui id vulgaverat, crearunt illa quae attulimus ex Triſtano, & muſeo Cameli. Plane firmatur haec ſententia numo muſei Braccianei: ΚΑΙCΑΡΟC. Spica )( LAΘ. Palmae arbor: qui idem ipſe in catalogo Cameli, & in Havercampi muſ. Chriſt. exhibetur: ΚΑΙCΑΡΟC. Spica )( AL AE. Palmae arbor. Nec non idem eſſe videtur quem citat Vaill. ex muſ. Cameli; nam quae in hoc fuerant numiſmata, poſtea in theſaurum Chriſtinae nunc Braccianeum migravere.

37. Cum neque ſub Auguſto, quo vivente Tiberius *σεβαστος* dictus non fuit, neque ſub Tiberio, quo imperante Auguſtus *θεος* erat, percuſſus eſſe poſſit, adſcribo numum proſapiae eorum, quos ſiſtimus in Tiberio n. 9. 10. 11. coniiciens editoris incuria pro *θεος* irrepſiſſe *καισαρ*.

38. Hunc cum ſequente, ſi genuini ſunt, & commatis Alexandrini, potius ſub Hadriano, vel Antonino ſignatos crederem quam ſub Auguſto. Qui ultimus eſt Lunam planetam reſpicit, & domicilium eius Taurum Zodiaci, de qua re dicendum erit in Antonino: prior forte Iovem & Piſces.

40. Etiam hic numus incertus. Ceterum Golzianos pro lubitu confictos, quos theſauro ſuo intulit Morellius, huc tranſcribere ſuperſedeo.

Digitized by Google

LAΘ. Caniſtrum cum quinque ſpicis & quatuor papaveribus, inter duas faces luculentas ſpiris circumligatas. (II.)

2. LAΘ intra coronam quernam. (II.) M. Muſell. *not.*

3. LM. Pallas ſtans d. victoriolam, s. clypeum ad terram. (II.) M. Caeſ. *not.*

4. LMA. Pallas ſtans ut ſupra. (II.) M. Theup.

5. LMA ΕΥΘΗΝΙΑ. Caput muliebre ſpicis coronatum, cum ſpicis ad pectus. (II.) M. R. G.

6. LMA intra coronam quernam. (II) M. Caeſ.

7. Alius LMB. (II.) Froelich. *not.*

II.* 8. Adverſa ut n. 1.

LMB. Pallas ſtolata & galeata ſtans d. victoriolam tenet, s. clypeum ad terram. (II.)

9. ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput.

ΠΑΤΡΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. Duplex cornucopiae. (II.) M. R. G.

10. Similis ſed ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. (II.) Mor. ex M. Dronii.

11. ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput.

Aquila. (II.) Mor. ex M. Colberti.

## CAIUS.

1. ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Caput Caii nudum.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput nudum Auguſti. (II.) M. Caeſ.

## TIBERIUS.

1. Caput Tiberii nudum anepigraphon.

ΤΙΒΕΡΙΟΥ LΓ. Hippopotamus. (III.) M. Arig.

Caput

*Livia.*

1. In hoc, & ſequentibus uſque ad n. 8. antica exhibet caput Liviae nudum anepigraphon.

3. Liviam hoc numiſmate Palladem colunt, ut reliquis fere Cererem. Redit typus in Flaviis.

7. In Eckhelii catalogo M. Caeſarei non invenio.

Digitized by Google

2. Caput Tiberii nudum anepigraphon.
ΤΙΒΕΡΙΟΥ LΔ. Crocodilus. (IV.) M. R. G.

3. Similis, ſed typus Hippopotami. (IV.) M. S. Genovefae.

I.* 4. ΤΙΒΕΡ. Caput huius nudum.
LΔ. Aquila ſtans. (IV.)

II. 5. Alius fere ſimilis. (IV.)

6. Caput nudum anepigraphon.
ΤΙ LΔ intra coronam. (III.) Geſn. ex M. Pfau.

III.* 7. Caput nudum anepigraphon.
ΤΙΒΕΡΙΟΥ LΕ. Hippopotamus gradiens. (III.)

IV.* 8. Eadem adverſa.
ΤΙΒΕΡ LΙ. Crocodilus. (IV.) *not.*

9. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ LΙΔ. Caput laureatum.
ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput radiatum. (AR) M.R.G.

10. Alius LΙΗ. (II.) Mor. ex M. Schwarzb.



*Tiberius.*

8. Crocodilo, atque Hippopotamo, belluis, hac univerſae Aegypto, illa maiori Aegyptiorum parti, exoſis, in numis nihil aliud quam Nili flumen indicari, inde potiſſimum arguo, quod cum in priorum impp. moneta frequens eorum ſit uſus, deinde poſtquam Traiano imperante integra Nili figura pecuniae ſignandae adhibita fuerit, nonniſi hanc comitantes conſpiciantur. Excipias tantum annos Hadriani XI & XIX, hoc enim crocodilus, illo vero una cum variis aliis animalium ſpeciebus hippopotamus in numis picti offenduntur. De crocodilo atque hippopotamo agere hoc loco longum foret; at monendum videtur crocodilos, qui hodie vix unquam delta attingunt, priſco tempore in eius rivis abundaſſe, & ingenti vi uſque ad fluvii oſtia, & mare perveniſſe. Auctor eſt Seneca *Nat. Quaeſt.* 4, 11. Babillum retuliſſe, cum praefectus obtineret Aegyptum Heraclitio oſtio Nili, quod eſt maximum, ſpectaculo ſibi fuiſſe delphinorum a mari concurrentium, & crocodilorum a flumine adverſus agmen agentium velut pro partibus praelium. Argumentum inter alia hoc mihi viſum eſt adprobandas Nili inundationes olim largiores, impetuoſioreſque quam hodie. Nam ſi eadem eſſet aquae vis quae antea, non perſpicio cur non easdem ſecum ferret belluas; incolas enim, qui nunc numero multo ſunt inferiores, ad illas minuendas valere nullo pacto credibile eſt. Verum atque Aegyptium crocodili nomen prodit Herodotus *Champſa*, quo eodem hodie Copti elevata gutturali, quae forte mera erat adſpiratio, ⲈⲘⲤⲀϨ, *emſah*, vel *amſah*, appellant crocodilum. Graecum enim verbum propria vi lucertarum genus ſignificat, ut idem teſtis eſt Herodotus, ob formae ſimilitudinem Nili belluae inditum.

Digitized by Google

11. Alius LK. (AR) M. R. G., & M. Ainsley. (II.) Hard. ex M. Ioberti.

12. Caput & epigraphe Tiberii.
Caput, & epigraphe Iuliae Auguſtae. Maffei ex M. ſuo.

13. ΤΙΒΕΡΙ ΚΑΙΣΑΡ. Caput nudum cum paludamento ad humeros.
ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput huius. (II.) Maffei ex M. Giuſti. *not.*

14. ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. Caput Tiberii.
ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Sex ſpicae. (II.) Patin. *not.*

## DRUSUS IUNIOR.

1. Caput iuvenile quod laureatum videtur.
LΛΘ intra coronam quernam. (III.) M. Caeſ. *not.*

## GERMANICUS.

1. ΑΥΤΟΚΡΑ Γ. Caput laureatum.
Epigraphe detrita. Aquila fulmini inſiſtens in corona quercea. (II.) Pocock. *not.*

ANTO-

13. Procul dubio eſt Claudii Imp., atque legendum ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ cet: ſin minus, cuius rei ingentem ſuſpicionem facit ectypon, ſit pro adulterino habendus, nam neque Tiberius, neque Claudius, neque ullus Imp. ante Traianum in pecunia Alexandrina cum paludamento fingi conſuevit.' Binos praeterea Tiberio tributos, quos ſiſtit Pocockius in Inſcript. catalogo, non intuli, cum alter oppido ſit Claudii, alter Neronis.

14. Auguſto reſtituendus: Tiberium in monumentis abſolute σεβαστον appellari hactenus nullum offendi exemplum.

*Druſus Iunior.*

1. Vereor ne videri poſſit alicui numus Liviae, maxime cum adeo ſit corroſus, ut neque de laurea capitis conſtet. Nobis quidem ſufficit a magno artis magiſtro cl. Eckhelio agnoſci vultum Druſi.

*Germanicus.*

1. Neſcio quae fides habenda ſit numo, ut videtur male deſcripto, ut ſane plurimi ſunt apud Pocockium. Germanicus Caeſar eodem quo mortuus eſt anno, qui fuit urbis 772., Aegyptum inviſit, & luſtrata Memphi, ubi infauſto omine Apis bos conſulentis manum averſatus eſt, nec cibum ſibi porre-

Digitized by Google

## ANTONIA MATER CLAUDII.

1. Ut ſequens, ſed LA. (II.) M. Theup.

I.* 2. ΑΝΤΩΝΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput huius margaritarum linea redimitum.

ΤΙ ΚΛΑΥΔΙ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΓΕΡΜΑΝΙ ΑΥΤΟΚΡ LB. Caput laureatum. (AR). *not.*

CLAU-

porrectum attrectavit, Thebas perrexit, & uſque Syenen, & Elephantinen regni clauſtra penetravit, quod ante eum principum Romanorum nemo; non ſine invidia Tiberii, cum iter in Aegyptum ſenatoribus, & equitibus Romanis a Divo Auguſto eſſet interdictum. (Tacit. *Ann.* 2, 60. 62. Plin. *H. N.* 8, 46.)

*Antonia mater Claudii.*

2. Eſt numus valde elegans, & purioris argenti quam in moneta Alexandrina adhiberi conſuetum fuit. Maiori enim ex parte huius commatis argentum vilioribus metallis eo eſt commixtum, ut ne hoc quidem vocabulo ab antiquariis honoretur, ſed plerumque Gallica voce *potin* appelletur. Nobis huic novationi ſuperſedere commodius viſum eſt, & communi omnibus populis more a nobiliori metallo, etiam dum parum eis inſit, numorum appellationem derivare. Suadet hoc praeterea difficultas diſtinguendi numiſmata, quae metalliones argenteos vocarunt eruditi ab iis, quae numos *potineos* vocitare. Eſt enim plane idem pecuniae genus, eo tantum diſcrimine, quod monetariorum fraude, conniventibus, forte iubentibus impp., factis paucis quibuſdam ex argento puro, opinor ut in principum theſauris adſervarentur, reliquis eiuſdem marculi numis pro lubitu vel pro temporum conditione plus minuſve cupri admiſcebatur. Docet cum Alexandrina moneta familiaritas ſaepe numum penitus eumdem exſtare ex argento puro, ex depravato, ex metallo demum, quod cuprum diceres, niſi eſſet mollius atque gravius. Adſervat muſeum noſtrum numos Alexandrinos ex argento puro a Claudio uſque ad Titum Antoninum, a cuius inde temporibus uſque ad Diocletianum nullos niſi ex metallo mixto in MM. quotquot oculis luſtravi offendiſſe memini. De Claudii erga parentes pietate, qua maxime nobilitavit primum imperii annum, adeantur Dio, & Svetonius. Matri inferias decrevit publicas, & carpentum, quod per circum duceretur: unde pro ſolita ſagacitate fecere Alexandrini, qui monetae denuo ſibi a Claudio conceſſae matris Caligula imperante defunctae velut tutelaris numinis caput intulere. Praeterea ſignando in numis vultum Antoniae inſtaurabatur memoria patris triumviri, cara ut Alexandrinis ita & imperatori, qui aiebat, ſe eo impenſius celebrare natalem diem patris ſui Druſi, quod idem eſſet avi Antonii cui forte quia mortuus erat hoſtis Divi Auguſti & natalis eius nefaſtus iudicatus a Senatu, ſuipſius nomine honores decernere abſtinuit. Ceterum Svetonius binis locis mentionem habens Antoniae, non omnino videtur ſibi conſtare. De Caligula enim ait: Antoniae aviae quidquid unquam Livia Auguſta honorum cepiſſet, uno Senatus conſulto congeſſit. Quibuſcum conſentiens Dio haec habet: Anto-

# CLAUDIUS.

1. Epigraphe, & caput Claudii, addito LA. ΑΥΤΟΚΡΑ. Protome Nili. (II.) Geſn. ex M. Pfau. *not.*

ΑΥΤΟ-

Antoniam ſtatim Auguſtam fecit & ſacerdotem D. Auguſti, omneſque Veſtalium honores ei ſimul tribuit. Mox uterque narrat eam a nepote ad mortem fuiſſe compulſam. At Svetonius in Claudio refert, imperatorem praeter honores, quos ſuperius indicavimus, matri decreviſſe cognomen Auguſtae ab avia (Livia) recuſatum. Cur quaeſo, ſi iam a Caio ei tributa fuerat Auguſtae compellatio, nunc denuo ipſi, & quod mirum mortuae, decernenda?

*Claudius.*

1. Incipit in Claudio dives & elegans Alexandrinorum numiſmatum ſeries, quae licet circa Severi Imp. tempora egentior, uſque ad IVviratum Diocletiani & collegarum perducta, praeter haud pauca imperatoria capita ex reliqua Rom. pecunia vel prorſus vel fere exulantia ingentem vim ſiſtit typorum eruditorum, atque elegantium, quos extra eam vix deprehendere datur. De prima Alexandrinae monetae origine iam dictum eſt. Vidimus eam ultimis Auguſti annis numorum copiam non exiguam procudiſſe. Tiberio deinde ferreo ſceptro Romanum orbem paſcente parcior fuit ut ceterarum rerum, quae principis indigent favore, ita & huius monetae proventus. Caligulae effigiem in nullo vidimus Aegyptio numiſmate: cauſam non reperi. Torpent tyrannide ſaeviente artes, at numorum opificium dum inter res ad vitam ut nunc conſtituta eſt & eo temporis erat, neceſſarias locum occupet, non aliter quam expreſſa imperantis lege ceſſaſſe puto. Nihil de hac re ſcriptoribus proditum, ſed qui plerumque monetae viciſſitudines memoriae quae traderentur, minus reputavere dignas. At ſupplementum praebet ipſa moneta, quae dum populorum & imperiorum narrat hiſtoriam, ſuam ut taceat fieri nequit. Ex variarum provinciarum pecuniae ſub Auguſtis percuſſae inter ſe collatione manifeſto evincitur, Auguſtum, & proximos poſt eum impp. conſilium iniiſſe de abrogando per totum orbem Romanum, ſibique ſolis vindicando aeris feriundi iure: quod conſilium poſtea deſertum tribus fere elapſis ſaeculis effecere Aurelianus, atque Diocletianus. Ipſe Auguſtus poſtquam aurum & argentum Senatui ademerat, toti Italiae, Siciliae, & Galliae aes ademit, & Senatui velut pro damno reſarciendo contribuit: nam in provinciis, quas nominavi, ſi unum alterumve Auguſti & Liviae numum primis forte imperii annis ſignatum excipias, imperatorius vultus in pecunia non ſiſtitur. Facies quidem Tiberii, quam viri docti in Paeſtanis numis conſpicere ſibi viſi ſunt, ut res plane incerta nihil facit adverſus. Eadem lege Hiſpaniam quoque monetandi iure eſſe privatam inde coniicio, quod complures huius provinciae urbes numis inſcripſere EX PERMISSV CAES, velut quae eos quadam peculiari conceſſione ſignaverunt; quae permiſſio quamquam in aliarum pecunia non ſit expreſſa, tamen quin ſubintelligatur nihil vetat. Tiberius poſt imperii annum decimum etiam Alexandrinam monetam otium agere iuſſit, dum quod ſequioribus annis

1. ATTOKPA LA. Victoria gradiens. (II.) Mor. *not.*

ATTO-

nis ſolum habetur numiſmatum genus neque id obvium, peculiari ratione, atque conceſſione ad celebrandam ipſius a Divo Auguſto adoptionem ſignatum videtur, non pro communis pecuniae inſtituto, quam ante Claudium ex argento non procuderunt Alexandrini. Etenim argenteos reputo omnes illius generis numos, qualis eſt quem vidi in muſeo Regis Galliae, & alter, quem ex Ainsleiano muſeo amice mecum communicavit eruditus Aſiae, Europaeque peragrator Seſtinius: nec obſtat binos alios aeris nota eſſe indicatos, nam antiquarii argentum Alexandrinum plerumque ignobiliori metallo permixtum & aerugine obductum non ſatis ab aere diſtinxerunt. Caligula humano generi infenſus, quae dura cogitaverant in imperio praedeceſſores intendit, quae mitia reſtrinxit. Ceſſavit eo imperante pecunia Hiſpanica, atque Africana, neque amplius recuperarunt iſti populi numorum cudendorum poteſtatem. Non quidem ut coniecere nonnulli quod urbs quaedam in Hiſpania Agrippae vultum numis intuliſſet, nam ratio a ſola immanitate petita nulla eſt ratio, ſed quod imperantium avaritia iam dudum problema ſtabiliverat, ut aes pro uſu provinciarum quantum fieri poterat omne Romae ſignaretur. Eius numi peregrini commatis omnes rari ſunt, quid mirum nullos exſtare Alexandrinos, quae urbs ab inde x Tiberii anno pecuniam non procuderat? Claudius princeps indole mitis, vel ſi mavis mollis atque iactator, precibus reſiſtere ignarus, & vultus ſui in variorum populorum monumentis conſpiciendi cupidus, Alexandrinis ius monetae reddidit, quod ſtatim primis imperii menſibus factum ſuadet numus M. Theup. cum Antoniae facie annum primum exhibens, & auctoritatem faciens duobus aliis a Geſnero, & Morellio divulgatis, in quibus LIA praetuliſſem legendum, cum ceteri catalogi accuratiores primi anni numum non habeant. Hic igitur initium capit ſecunda Alexandrinae monetae epocha. Prima ab inde Antonio atque Auguſto languido progreditur paſſu. Altera uſque ad Traianum, quo temporis ſpatio, dives quidem & elegans, nondum ea gaudet mole typorumque varietate & eruditione, qua a Traiano uſque ad Commodum, quo imperante denuo langueſcens, ſub Severo fere exſtincta, maxime Alexandro imperante reſurgit, fabricae elegantia urbanam aemulatur monetam, nec raro ſuperat, & ſola eruditione Hadrianeo ſaeculo conſiſtit inferior, inde uſque ad Conſtantium & Galerium eiſdem fere quibus urbana viciſſitudinibus ſubiecta. Ceterum imperatorem literas elegantiores impenſe colentem plane conſentaneum eſt adamaſſe Alexandriam a primis inde Ptolemaeis Graecarum Muſarum ſedem, & artium liberaliorum velut emporium: nec dubium poetas atque ſophiſtas Alexandrinos benevolentiam eius omni adhibita arte demereri ſtuduiſſe. Notabilis eſt Svetonii locus in Claudio (c.42.): veteri, ait, Alexandriae muſeo alterum additum eſt ex ipſius nomine, inſtitutumque ut quotannis in altero *τυρρηνικων* libri, quos XX Graeca lingua ſcripſerat Claudius, altero *καρχηδονιακων*, quorum compoſuit VIII, diebus ſtatutis, velut in auditorio, recitarentur toti a ſingulis per vices. Sic Aegyptus melioribus conditionibus haberi coepta, poſtea in Flavios imperium tranſtulit, & poſt Italiam princeps exſtitit Romani orbis provincia.

2. Inter multa, quae vane atque imbecilliter fecit Claudius, narrant auctores eum primo imperii anno de Mauris Caio adhuc imperante devictis, cum ipſe in palatio lateret, triumphaſſe; unde

3. ΑΥΤΟΚΡΑ LB. Victoria gradiens. (II.) M.M.D.

I.* 4. ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙ CEBAC ΓΕΡΜ. Caput laureatum; ante quoe aſtrum.
ΑΥΤΟΚΡΑ LB. Hippopotamus gradiens. (II.)

II. 5. Eadem adverſa.
ΑΥΤΟΚΡΑ LB. Bos cornupeta. (II.) *not.*

III. 6. Alius parum diverſus. (II.)

IV. 7. Alius fere ſimilis, ſed abeſt aſtrum. (III.)

8. LB. Bos cornupeta. (II.) Mor. ex M. R. G.

9. LB. Crocodilus. (III.) M. Verità.

10. LB. Faſciculus ſpicarum ſex. (II.) M. Arig.

11. ΑΥΤΟΚΡΑ LB. Faſciculus ſeptem ſpicarum. (II.) M. Arig.

12. ΑΥΤΟΚΡΑ LB. Manus cum faſciculo ſpicarum, & papaverum. (III.) M. Arig.

V.* 13. ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙ CEB ΓΕΡ ΑΥΤΟ. Caput laureatum.
LΓ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. Mulier ſtans, d. bilancem. (AR) *not.*

14. ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥΤΟΚΡ. Caput laureatum.
LΓ ΙΡΗΝΗ. Mulier ſtans d. caduceum, s. galeam. (AR) M. Caeſ.

LΓ Vi-

unde reor hanc, quam in numo gradientem contemplamur victoriam ad iſtud factum adludere: quamquam circa Victoriarum, Pacis, Concordiae, & eiuſmodi typorum explicationem anxium eſſe non oportet. Singulis enim adaptantur annis, omnibuſque temporum conditionibus, vel ad ea quae erant celebranda, vel quae deſiderabantur imploranda.

5. Typum in Caeſare, & Auguſto ludos indicare, in quibus primus Caeſar tauros produxit, adverſus quos Theſſalo more equeſtri certamine pugnaretur, adnotavit ad Morellii Caeſares Schlegelius, quae coniectura hoc aliiſque huius generis numis in Claudio firmatur. Nam poſtquam typus Tiberio & Caligula imperantibus ex omni moneta imperatoria exulaſſet, redit ſub Claudio, quem ſcimus amantiſſimum fuiſſe ludorum omnis generis, maxime ferocium, & prae ceteris eorum, quibus adverſus tauros pugnabant homines: & proditum eſt ipſum his ludis ad ſanguinis adſpectum adſuefactum poſtea eunuchorum & libertorum cruentis conſiliis facilius obtemperaſſe. In Romana Claudii pecunia typum non inveni, ſub Veſpaſiano, & Domitiano exſtat. In Alexandrina poſt Claudium in ſolo anno XI Hadriani conſpicere datur, de quo anno omnibus animantium generibus ferace ſuo loco dicendum.

13. Claudium iuſtitiae amantem praedicant ſcriptores, & qui ex peritia iuris & legum obſervantia gloriam captaret. Typus ſemel monetae inſertus manſit poſtea ſub Nerone, & uſque ad Diocletianum.

15. LΓ. Victoria gradiens. (II.) Morell.
16. ΑΥΤΟΚΡΑ LΓ. Hippopotamus. (II). al. (III.) M. Caeſ.
17. ΑΥΤΟΚΡΑ LΓ. Bos cornupeta. (II.) M. Caeſ.
18. Adverſa ut n. 4., ſed addito LΓ.
ΑΥΤΟΚΡΑ. Duo cornua copiae, quibus ſingula capita impoſita, in quorum medio tertium caput. (AR) M. R. G. *not.*
19. LΔ. Aquila fulmini inſiſtens. (II.) M. Bracc.
20. LΔ. Victoria gradiens. (III.) M. Arig. *not.*
21. ΑΥΤΟΚΡΑ LΔ. Victoria gradiens. (II.) Morell.
VI. 22. Adverſa ut n. 4., addito in area aſtro.
ΑΥΤΟΚΡΑ LΕ. Faſciculus ſpicarum ſex. (II.)
23. LΕ. Roma galeata ſedens, d. Victoriolam. (AR) M. Ver. *not.*
24. LΕ ΕΙΡΗΝΗ. Pax ſtans. Pat. ex M. Moroſ.
25. LΕ. Bos cornupeta. (II.) Morell.
26. ΑΥΤΟΚΡΑΤ LΗ. Vir galeatus ſtans, d. pateram, s. clypeum & haſtam. (IV.) M. Theup. *not.*
VII. 27. ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙ CΕΒΑC ΓΕΡΜ. Caput laureatum: in area aſtrum.
ΑΥΤΟΚΡΑ LΙ. Dexterae iunctae. (III.) *not.*



18. Capita, etſi conſervationis haud integrae, videntur eſſe iuvenum effigies, quod autem in medio eſt, habet imperatricis indolem. Inde colligo iſtud eſſe Meſſalinae, reliqua autem duo Britannici atque Octaviae ſororis. Eſt autem idem numus, quem Morellius ad annum in antica parte expreſſum mentem non adhibens, Britannici, Neronis & Octaviae vultus ſiſtere autumavit.

20. Hoc anno triumphatum eſt de Britannis.

23. Primo comparet in Alexandrina pecunia Romae effigies, ab hoc inde tempore uſque ad Diocletianum adeo frequens. Sublata enim memoria aemulationis Alexandriam inter atque Romam urbs illa dominam hanc atque deam, ut reliquae fere Aſiae urbes publice eſt venerata. Nam cave autumes, quod fecere nonnulli, in quibus Vaillantius & de Boze, in hoc numo, aliiſque eiuſdem argumenti Alexandriam denuo ſibi arrogare Romae nomen, licet, ad quod non adverterunt, Claudii erga Antonium pietas aliquam veri ſpeciem adferre poſſit. Huc pertinet etiam numus n. 49., ſed cuius typus male eſt deſcriptus: nam urbes foeminae finguntur, populi viri. Confer infra ſimilem Neronis numum.

26. Forte imperator, cui Alexandrini adulatores pateram in manum tradidere divinitatis ſymbolum, niſi eſt globus imperatori magis aptus.

27. Qui modo Romae figuram monetae intulerant Alexandrini, hoc numo concordiam ſuam cum orbis domatrice celebrant.

Digitized by Google

VIII. 28. TI ΚΛΑΥ ΚΑΙ CEBAC ΓΕΡΜ. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑ LI. Aquila reflexo roſtro fulmini inſiſtens. (II.)

IX.* 29. TI ΚΛΑΥ ΚΑΙ CEBAC ΓΕΡΜ LI. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑ. Protome Nili barbata, arundine coronata impoſita duobus copiae cornubus, quorum ex anteriore emergit puerulus. (II.)

X.* 30. TI ΚΛΑΥ ΚΑΙ. Caput laureatum.
LI. Crocodilus cum capite ſurſum elato, & cauda flexa deorſum. (IV.)

31. LI. Rana. (III.) M. R. G.

XI.* 32. TI ΚΛΑΥ ΚΑΙ CEBAC ΓΕΡΜ LI. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑ. Faſciculus quatuor ſpicarum intermedio caduceo. (II.) *not.*

33. Similis, ſed ſeptem ſpicae abſque caduceo. (II.) M. Theup.

34. ΑΥΤΟΚΡΑ LI. Manus tenens quatuor ſpicas, & duo papavera. (III.) M. Theup.

XII.* 35. Adverſa ut n. 28.
ΑΥΤΟΚΡΑ LIA. Dextera tenens faſciculum ex duabus ſpicis, & tribus papaveribus compactum. (III.)

36. Similis, ſed epigraphe averſae ΕΥΤΟΚΙΑ. (III.) Beger. *not.*

XIII. 37. Adverſa, ut n. 28., addito LIA.
ΑΥΤΟΚΡΑ. Faſciculus ſpicarum quatuor intermedio caduceo. (II.)

38. ΑΥΤΟΚΡΑ. Protome Nili. In adverſa LIA. (II.) M. Theup.

39. ΑΥΤΟΚΡΑ LIA. Aquila reflexo roſtro fulmini inſiſtens. (II.) Mor.

40. ΑΥΤΟΚΡΑ LIA. Bos cornupeta. (II.) M. Ainsley.

41. ΑΥΤΟΚΡΑ LIA. Dexterae iunctae. (II.) M. Arig.

ΑΥΤΟ-

32. Pax, commercium, abundantia, publica felicitas. Huiuſmodi typis immorari taedet, cum ſenſum habeant vagum.

36. Vir eruditus numum haud perfectae conſervationis male legiſſe videtur.

Digitized by Google

42. ΑΥΤΟΚΡΑ. Dexterae iunctae. In adverſa LIB. (II.) M. Verità.

43. ΑΥΤΟΚΡΑ LIB. Manus tenens caduceum. (II.) M. Arig.

44. ΑΥΤΟΚΡΑ. Faſciculus quatuor ſpicarum intermedio caduceo. In adverſa LIB. (II.) M. Verità.

45. LIB ΕΥΘΗΝΙΑ. Pat. ex M. Moroſ.

XIV. 46. Adverſa ut n. 28.
ΑΥΤΟΚΡΑ LIB. Aquila roſtro reflexo fulmini inſiſtit. (II.)

XV. 47. ΑΥΤΟΚΡΑ LIΓ. Reliqua ſimilis. (II.)

XVI. 48. Alius parum diverſus. (II.)

49. LIΓ ΔΗΜΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. Mulier ſtans. (II.) Vaill. ex M. Polazzi.

50. ΤΙ ΚΛΑΥΔ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑ LIΔ. Victoria gradiens. (II.) Hard. ex M. Fouc.

51. LIΔ. Serpens erectus cum loto in capite inter duas ſpicas, & duo papavera. (II.) M. Theup. *not.*

52. ΑΥΤΟΚΡΑ LIΔ. Manus tenens caduceum. (II.) M. Farn.

XVII. 53. Adverſa ut n. 28. addito LIΔ.
ΑΥΤΟΚΡΑ. Faſciculus quatuor ſpicarum intermedio caduceo. (II.)

XVIII. 54. Adverſa, ut n. 28.
ΑΥΤΟΚΡΑ (abſque indicio anni). Manus tenens faſciculum ex duabus ſpicis, & tribus papaveribus compactum. (III.) *not.*

55. ΑΥΤΟΚΡΑ. Leo gradiens: infra ſpica. (II.) Morel. *not.*



51. Augetur ſub Claudio typorum varietas. Vidimus ſuperius Nili protomen, hic ſerpentem bonum genium, typos ab hoc inde tempore ſolemnes. Ceterum tranſcripſi numum, nec vadem me ſiſto lotum eſſe quod capite gerit ſerpens: quod de hoc, aliiſque ſemel monuiſſe ſat eſt.

54. Annus monetarii ſphalmate omiſſus eſt: nam Alexandrini poſt Auguſtum vix numos ſine anno procudere. Quod vero in ſimili numo catalogi Caeſarei legitur KIA a typotheta erratum eſt pro LIA.

55. Solem celebrant fertilitatis auctorem. Excidit annus temporis iniuria.

56. TI ΚΛΑΥ ΚΑ... Caput laureatum.
....T.C.B. Dexterae iunctae. (III.) M. Theup. *not.*

## MESSALINA.

1. Ut n. 3., ſed LA. (II.) Begerus.
2. Similis LB. (II.) Harduinus.

I.* 3. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣ. Mulier ſtolata velata ſtans, d. ſuſtinet duas icunculas, s. gerit duas ſpicas, & ſimul columellae innititur.
ΤΙ ΚΛΑΥΔΙ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΓΕΡΜΑΝΙ ΑΥΤΟΚΡ LΓ. Caput laureatum. (AR)

II. 4. Alius parum diverſus. (AR)
5. Similis, addito in area adverſae lituo. (II.) Mor.

III. 6. Alius ſine lituo LΔ. (II.)
7. Similis. (AR) M. R. G.
8. Alius LE. (III.) M. Theup.

IV. 9. Alius LS. (AR)
10. Similis, ſed in area lituus. (AR) M. R. G.

## AGRIPPINA MINOR.

1. Caput Agrippinae anepigraphon.
LΔ. Duae ſpicae inter totidem papavera. (III.) Mor. *not.*
2. Alius LH. (III.) Mor. *not.*
3. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput huius ſpicis coronatum.

LIA

56. Inter numos Alexandrinos recenſet muſei editor, fabricam puto ſecutus: nos catalogo inſeruimus, ut ſi quis integriorem poſſideat, attentus factus cum orbe erudito communicet.

*Agrippina minor.*

1. 2. Numuli hi ex eorum genere eſſe videntur, quos ob vultus ſimilitudinem Domitillae tribuimus. Agrippinae certe non conveniunt, nam anni neque Claudii eſſe poſſunt, neque Neronis. Nupſit Agrippina Claudio tribuniciae poteſtatis ipſius anno VIII, atque interfecta eſt a Nerone cum iſte auſpicatus eſſet annum imperii ſextum. Interpretandum foret LH de Claudio, LΔ vero de Nerone: quod vix credo probatum iri eruditis.

Digitized by Google

LIA ΕΥΘΗΝΙΑ. Caput muliebre ſpicis coronatum, cum ſpicis ad pectus. (II.) Patin.

4. Alius LIB ΕΥΘΗΝΙΑ. (II.) M. M. D.

5. Alius LIB ΕΙΡΗΝΗ. (II.) Triſt.

6. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ .... Caput huius laureatum.
LIB. Caniſtrum inter faces. (II.) Beger. *not.*

I. 7. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput huius ſpicis coronatum.
LIΓ ΕΥΘΗΝΙΑ. Caput muliebre ſpicis coronatum, cum ſpicis ad pectus. (II.)

II.* 8. Similis, ſed monetarii ſphalmate perſcriptum eſt ΕΥΔΗΝΙΑ.

III.* 9. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ LIΓ. Caput huius nudum.
ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΓΕΡ. Caput laureatum. (II.)

10. ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ ΓΕΡ. Caput huius.
ΝΕΡΩΝ ... ΣΕΒ. Caput laureatum. (II.) Haym. *not.*

11. CΕΒΑCΤΗ. Caput Agrippinae diadematum.
Caniſtrum inter duas faces. (III.) M. Arig. *not.*

12. CΕΒΑCΤΗ. Agrippina ſtans d. ſpicas, s. taedam oblongam.
Caput & epigraphe Neronis. (II.) Mor. *not.*

13. ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ ΣΕΒΑΣΤΗ. Agrippina ſedens d. ramum, s. cornucopiae.
Caput & epigraphe Neronis. (II.) Patin. *not.*

NE-

6. Capita imperatricum laureata in numis parum ſunt obvia, nec praeter Sabinam, & Theodoram Auguſtas hoc modo ornatas conſpexiſſe memini. Praeterea averſae typus caput potius deſiderat ſpicis coronatum: dum Aegyptii ſoli fertilitate prae ceteris populis beati deorum potiſſimum honorarent eos, qui ſegeti & ubertati praeſunt, & Auguſtorum foeminas velut Cereres ob oculos ſiſtere amarent.

10. Vitiatus videtur, ſed quo modo reſtituendus ſit neſcio.

11. Oppido eſt mutilatus, abeſt nomen atque annus. Sola literarum forma Claudii imperio vindicat.

12. 13. Numi incerti, ſed vulgo Aegyptiis adſcripti: nec multum intereſt cui provinciae tribuantur, nulla epocha, nulla typi novitate aut ſignificatione inſignes. Circa alios nonnullos ab Aegyptio more plane diſcrepantes, quos Alexandrinis imperatorum numis adnumerare ſolent, eam obſervavi legem, ut ſi in muſeorum catalogis offenderem, addita nota meo quoque inferrem, ſi in compilationibus tantum, omitterem. Sic omiſi ΝΕΡΩΝΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ, ΝΕΡΩΝΙ ΚΤΙΣΤΗ cet.

Digitized by Google

# NERO.

1. ΑΥΤΟΚΡ LA. (AR) Hard. ex M. Fouc.
2. ΑΥΤΟΚΡΑ LA. Aquila ſtans cum tranſverſo palmae ramo. (1L) M. Verità.
3. LA ΡΩΜΗ. Caput muliebre galeatum, cum ſpicis & haſta ad pectus. (1L.) Raſche ex Guſseme.
4. ΑΥΤΟΚΡΑ LB. Caput Genii Alexandriae vultu muliebri, pectore ſtolato, in capite gerens ſpolia elephantina. (1L.) M. Bracc.

I.* 5. ΝΕΡ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥΤΟ. Caput laureatum.
LΓ ΡΩΜΗ. Roma galeata ſedens d. tenet victoriolam, s. parazonium, alteroque pede proram premit, altero ſaxum, ſive monticulum. (AR) *not.*

II. 6. Eadem adverſa.
LΓ ΔΗΜΗΤΕΡ (sic). Mulier velata ſpicis coronata ſtans, d. ſpicas, s. haſtam. (AR) *not.*

III. 7. Eadem adverſa.
LΓ ΟΜΟΝΟΙΑ. Mulier ſedens d. pateram, s. ſellae innixa. (AR) *not.*

LΓ

*Nero.*

5. Elegans ſane Romae ſimulacrum, quae comite victoria terram mareque armis ſuis ſubiecerat. Eſt autem ſolemne in omnis generis antiquis ornamentis, Romae ſignum dextera ſuſtinere Victoriae imaginem, ſimilem puto illi quam in Curia collocatam Romanae Victoriae appellatione celebrat Lampridius in Severo; fuitque ea deae apud Romanos obſervantia, ut ſaltem ſequiore aevo, cum quidem maxime ea indigerent, ipſam in conſortio Iovis O. M. & Iunonis Reginae invocarent. (Vopiſc. in *Probo* c. 12.)

6. Forte ſcribendi modus tunc temporis Alexandrinis uſitatus, nam eadem res pluries repetita pro ſphalmate haberi nequit. Expleri quidem poteſt δημητερος, ſed neque ſolitus eſt genitivus in numis Alexandrinis cum integram ſiſtunt figuram, nec rationem video cur in hoc numo vox foret abripienda. Δημητερας in iconiſmo apud Morellium, etiam in deſcriptione, non moror: nam librarii error.

7. Concordia hic celebratur, non inter urbes populoſve, ut in numis urbium Aſiaticarum, neque uti in Claudii numis dexterarum iunctarum typo indicari vidimus pacem & mutuum amorem inrer Romanos atque Alexandrinos; ſed quo ſenſu paſſim obvia eſt vox in pecunia commatis Romani, ut intelligatur concordia, qua coniuncta florebat Auguſtorum domus. Rarius au-

Digitized by Google

8. LΓ ΕΙΡΗΝΗ. Mulier ſtans d. caduceum, s. galeam. (AR) M. Taurinenſe.

9. LΓ ΠΡΟΝ ΝΕΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Imperator ſedens capite radiato, s. haſtam. (AR) M.R.G. *not.*

10. LΓ ΝΕΟ ΑΓΑΘ ΔΑΙΜ. Serpens arrectus. (AR) M. Pembr. *not.*

11. LΔ ΝΕΟ ΑΓΑΘ ΔΑΙΜ. Serpens erectus inter ſpicas, & papavera. (AR) M. Caeſ.

IV. 12. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ. Caput radiatum cum aegide ad pectus.

ΑΥΤΟΚΡΑ LΔ. Aquila ſtans cum palmae ramo inter alas. (AR) *not.*

V. 13. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΓΕΡ ΑΥΤΟ. Caput laureatum.

LΔ

autem eſt in Alexandrina moneta vocabulum niſi cum plures una imperium obtinuere. Poſt interemptam Agrippinam, quae ſimul cum filio rerum ſummam adminiſtravit, ſaltem affectavit, non occurrit niſi in Tito, qui una cum fratre imperium habere videbatur, poſtea in Aelio Caeſare Hadriani imperatoris collega, demum in T. Antonino, Marco filio & L. Vero.

9. Alexandrini Neronem, etſi iuvenem, egregia ſagacitate deorum providentiam aequantem praedicant, & ipſum velut iam vivum diis adſcriptum radiata corona, qua ante eum imperatorum nemo uſus erat, decoratum numis ſiſtunt.

10. Iidem principem iuvenem velut novum bonum Genium venerantur. Firmatur hoc numo quod refert Sanchoniaton apud Euſebium *de P.E.*l.1,10. Aegyptios & Phoenicios ſerpentem pro boni Genii habuiſſe ſymbolo; quod vero refert eum ab ipſis accipitrino capite pingi numi ignorant, qui continuo vel cum ſerpentino, vel cum humano capite exhibent. At ſerpentum cultus, in primis apud Aegyptios, argumentum eſt altioris indaginis, de quo atque de univerſa Zoolatria, ſi otium dabitur, peculiari tractatu diſputare propoſui.

12. Spoliantur dii, ut decoretur effigies Neronis; radios mutuatur princeps ab Apolline, aegidem a Minerva. De radiis vix eſt dubium, quin innuant Neronem Solis aemulum, qualem in Apocolocynthoſi cecinit Seneca, & qualem praeter tot ſcriptorum teſtimonia demonſtrat numus aureus Romani commatis, ſtatuam imperatoris ſiſtens capite radiato d. ramum tenentem, s. victoriolam. Mirum tamen, cum hoc ita ſit, moderatiores principes, Veſpaſianum, & reliquos fere omnes eodem in numis uti capitis ornamento. Sed in iis eidem rei alia iungenda videtur explicatio, puto ut divinum illud, quod principatui ineſt, ſive imperii maieſtatem exprimerent, ut iam olim in Seleucidarum moneta obtinuerat. Aegidem alii ſerpentinas dixerunt exuvias, propter fabulam, quam narrant Dio & Svetonius, Neroni puero dormienti adrepſiſſe ſerpentem, & veteres exuvias ad eius collum reliquiſſe, unde longaevitatem ei praedixerit vates. Parum ſane intereſt quae praeferatur ſententia, neque altera alteri obſtat.

Digitized by Google

LΔ̄ (sic) ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. Mulier velata ſtans, d. bilancem. (AR).

14. LΔ ΔΗΜΗΤΕΡ. Mulier ſtans ut ſupra. (AR) M.R.G.

15. ΔΙΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΥ, Caput Iovis laureatum, ante quod aſtrum. In antica LΔ. (II.) M. Theup.

16. ΑΚΤΙΟΣ ..., Caput Apollinis cum pharetra ad humeros, ante caput aſtrum. In adverſa LΔ. (II.) M. Theup.

17. ΑΥΤΟΚΡΑ LE. Caput Serapidis. (II.) M. Arig.

18. LE ΠΡΟΝ ΝΕΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Auguſtus ſedens capite radiato, s. haſtam. (II.) M. Ennerii.

VI.* 19. Adverſa ut n. 13.

LE ΝΕΟ ΑΓΑΘ ΔΑΙΜ. Serpens barbatus & regio pileo ornatus aſſurgit inter ſingulas ſpicas cum papavere. (AR).

VII.* 20. Eadem adverſa.

LE ΔΗΜΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. Vir palliatus exerto humero ſtans d. haſtam, s. cornucopiae. (AR) *not.*

21. LE ΡΩΜΗ. Roma ſedens ut ſupra. (AR) Geſn. ex M. Fromon.

VIII.* 22. Adverſa ut n. 13.

LE ΔΗΜΗΤΕΡ. Mulier ut ſupra. (AR).

23. LE ΟΜΟΝΟΙΑ. Mulier ſedens d. pateram. (II.) M. Theup.

24. LE ΙΡΗΝΗ. Mulier ſtans d. caduceum, s. galeam. (II.) M. Theup. *not.*

25. Lς ΕΙΡΗΝΗ. Pax ſtans d. caduceum, s. galeam. (AR) M.R.G.

IX. 26. Adverſa ut n. 13.

Lς ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. Mulier ut ſupra. (AR).

Ea-

20. Pallium, haſta, copiae cornu, ſingula divinitatis attributa. Vix aliud vidi monumentum, quo populus Rom. inter deos referatur. Genius quidem populi eodem fere modo fingitur in numis Romani commatis, hic vero ipſe populus. Quod Patinius numum ad Romaniam Thraciae ablegaverit, hodie neminem turbat.

24. A. U. C. 811. Nero imp. pace populo Romano terra marique parta Ianum clufit. Galeae attributo eleganter innuitur pax armis quaeſita.

X. 27. Eadem adverſa.
Lϛ ΝΕΟ ΑΓΑΘ ΔΑΙΜ. Serpens arrectus ut ſupra. (AR).
28. LZ. Caput Iſidis. (II.) Morell.
29. ΑΥΤΟΚΡΑΤ LH. Caput Genii Alexandriae. (III.) M. M. D.
30. LH. Vir galeatus paludatus ſtans. (III.) M. M. D. *not.*
31. ΚΑΙCΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΝΕΡΩΝ. Caput laureatum & radiatum.
ΤΩ CΩΤΗΡΙ ΤΗC ΟΙΚΟΥΜΕΝΗC L ΕΝΑΤ. Intra lauream. (I.) Morell. Spanh. ex M. Glandeve. Vaill. ex M. Card. Maxim. *not.*
32. L ENA. Hippopotamus gradiens. (II.) M. M. D.
33. LI. Protome Nili. (AR) M. R. G.
XI. * 34. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑ LI. Protome Nili nuda cum pallii lacinia ad humerum ſiniſtrum, capite fronde ornato; ante pectus cornucopiae, pone arundo (I.) *not.*
XII. 35. Eadem epigraphe. Caput radiatum.
ΑΥΤΟΚΡΑ LI. Caput Serapidis, i. e. Iovis barbati cum modio ſupra verticem, plerumque diadematum, & cum pallio ad collum. (AR).
XIII. 36. Alius fere ſimilis. (AR).
37. LI. Caput Aegypti. Hard. *not.*
38. LI ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Auguſti radiatum. (AR) M. Pembr.
39. ΑΥΤΟΚΡΑ LI. Aquila ſtans cum palmae ramo inter alas. (AR) M. Caeſ.
40. ΑΥΤΟΚΡΑ LI. Accipiter cum loto in capite. (III.) M. Caeſ.

D LIA

30. Cuius modo celebratam vidimus prudentiam, hic militari gloria conſpicimus decorum.

31. Numum pro Aegyptio habet Spanheimius, licet literarum forma Palaeſtinae viciniam indigitet. Fruſtra in occaſionem inquirere conatus ſum, cur hoc anno ſalus mundi vocatus ſit imperator: ſed inveni veterem eſſe adulandi modum, quo iam Auguſtus in numis Romani commatis dicitur ſalus generis humani.

34. Inſignis numus, primus huius moduli in ſerie Alexandrina, & ſub Nerone, praeter alterum, quem ex Muſ. M. D. nunc primum publici iuris facimus unicus.

37. Intelligo Alexandriae.

Digitized by Google

41. LIA. Accipiter ſtans. (III.) M. S. Genov.

XIV. 42. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ. Caput radiatum.
ΑΥΤΟΚΡΑ LIA. Aquila ſtans cum palmae ramo inter alas. (AR).

XV. 43. Alius, ſed caput imperatoris radiatum cum aegide ad pectus. (AR).

XVI.* 44. Eadem epigraphe. Caput radiatum.
Eadem averſa, ſed in area ſimpulum. (AR).

XVII. 45. Alius fere idem. (AR).

XVIII. 46. Adverſa ut n. 42.
LIA. Caput Serapidis ut ſupra. (AR).

47. LIA. Caput Serapidis radiatum. (II.) Morell.

48. ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΘΜΙΟΣ. Caput Neptuni cum tridente ad collum. In adverſa LIA. (II.) Morell.

49. ΑΠΟΛΛΩΝ ΠΥΘΙΟΣ. Caput laureatum cum pharetra ad humerum. In adverſa LIA. (II.) Morell.

50. ΑΥΤΟΚΡΑ LIA. Caput muliebre galeatum cum clypeo & ſpiculo. (II.) Morell. *not.*

51. ΑΥΤΟΚΡΑ LIA. Caput muliebre velatum & turritum. (II.) Morell.

XIX. 52. Adverſa ut n. 43.
ΑΥΤΟΚΡΑ LIB. Caput Genii urbis Alexandriae, i. e. muliebre, cuius vertex pelle elephantina cum proboſcide; dentibus & oculis obtegitur, humeris geſtat palliolum. (AR).

XX. 53.
XXI. 54. Bini alii parum diverſi. (AR).

55. LIB. Caput Serapidis. Patin.

56. LIB. Caput Iſidis. (II.) Morell.

57. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ LIB. Caput Neronis radiatum cum pharetra ad collum.
ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΚΤΙΟΣ. Caput laureatum cum pharetra ad collum: in area aſtrum. Triſt.

XXII. 58. Epigraphe ut n. 42. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑ LIB. Aquila ſtans. (II.)

ΑΥΤΟ-

50. Cuius ſit caput docet numus noſter in Othone n. 1.

59. ΑΥΤΟΚΡΑ LIB. Aquila ſtat cum tranſverſo palmae ramo. (II.) Morell.

60. LIΓ. Accipiter ſtans. (III.) M. R. G.

61. Serapis palliatus ſedens d. ſupra cerberum extenſa, s. haſtam: ſellae in ſuperiori parte inſiſtit Victoriola. In adverſa LIΓ. (I.) M. M. D. *not.*

XXIII. 62. ΝΕΡ ΚΛΑΥ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥΤΟ. Caput laureatum.
LIΓ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. Aequitas ſtans ut ſupra. (AR).

63. ΑΥΤΟΚΡΑ LIΓ. Faſciculus ſpicarum. (III.) M. Caeſ.

XXIV.*64. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ LIΓ. Caput radiatum.
ΣΕΒΑΣΤΟΦΟΡΟΣ. Navis expanſo velo iter faciens per undas: ſtat in puppe gubernator; ludunt circa navem delphini. (AR).

XXV. 65. Alius, ſed caput Neronis aegide caret. (AR).

XXVI.*66. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ LIΓ. Caput radiatum cum aegide.
ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. Caput muliebre diadematum & velatum. (AR). *not.*

XXVII. 67. Alius, ſed (III)

68. ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. Caput Poppaeae abſque anno. (II.) M. Bracc. *not.*

69. ΔΙΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΥ. Caput Iovis laureatum. In adverſa LIΓ. (AR) M. R. G. (III.) M. Theup.

70. ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΘΜΙΟΣ. Caput Neptuni diadematum cum tridente ad humeros. In adverſa LIΓ. (AR) M. R. G.

71. ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΚΤΙΟΣ. Protome Apollinis Actii; ad humeros pharetra. In adverſa LIΓ. (AR) M. R. G.

XXVIII.*72. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ LIΓ. Caput radiatum.

D 2 ΘΕΟΣ

61. Magni pretii numus cum propter molem, tum typum nunc primum monetae illatum.

66. A Vaillantio Argivis tribuitur (Vaill. *Numi Imp. arg.*), ab Havercampo in Morellii Caeſares Lacedaemoniis.

68. Novatoris manum paſſus eſt numus.

ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Auguſti radiatum. (AR).

XXIX. 73. Alius, ſed caput Neronis aegidem habet ad pectus. (AR).

XXX.* 74. Eadem adverſa, ut in praecedente.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Caput huius laureatum. (AR).

XXXI. 75. Alius parum diverſus. (AR).

XXXII. 76. Alius, ſed formae oblongae. (AR).

77. ΑΥΤΟΚΡΑ LΙΓ. Caput muliebre galeatum. (AR) M. Caeſ.

XXXIII. 78. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ LΙΔ. Caput radiatum cum aegide.

ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. Caput muliebre diadematum & velatum. (AR).

XXXIV. 79. Alius. (II.).

XXXV. 80. Alius, addito in averſa aſtro. (AR).

XXXVI.* 81. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ LΙΔ. Caput radiatum cum aegide ad pectus.

ΔΙΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΥ. Caput Iovis laureatum. (AR) *not.*

Alius

81. Iucundum eſt in Alexandrina Neronis moneta inſigniores quinque Graeciae ludos memoratos conſpicere, dum ſinguli numinis capiti, in cuius honorem peragebantur, ſint adſcripti: Olympica & Nemea Iovi, Iſthmia Neptuno, Pythia & Actia Apollini. Dubio caret hiſce numis celebrari Neronis, quo ludis ad inſaniam uſque deditus fuit, amorem, & victorias ab eo per Graeciae urbes obtentas, ex quibus coronas collegit 1808, & Romam rediens acclamatus eſt: io Olympionice! io Pythionice! Quo praemiſſo neceſſario conſequitur numos ante annum XIII ſignari non potuiſſe, nam Nero, qui in Octobre U. C. 807 ad imperium fuerat evectus, autumno anni 819 in Graeciam tranſit, quo tempore initium coeperat XIII imperii annus ex Aegyptiorum calculo. Inde Alexandrini hoc anno numis intulere Navem Sebaſtophoro*v* qua transfretaverat, & Iunonem Argivam Graciae tutelare numen, cuius curae eo temporis commiſſa videbatur ſalus imperatoris, Divumque Auguſtum, ut Nerone abſente Romam tueretur, Tiberium quoque & Claudium, puto propter conſortium, demum ludorum patronos, quibus ipſum Neronem adumbrari ſuſpicor, qui dum vinceret non ſe coronari aiebat, ſed populo Romano & ſuo terrarum orbi coronas ſe largiri. Statuendum igitur in numis, quos in catalogo exhibemus cum anno LΔ, vetuſtate excidiſſe intermedium iota; in iis, qui habent LΙΑ, delta, quod ſaepe ſaepiſſime evenit pro alpha habitum fuiſſe; in unico autem LΙΒ Triſtanum, qui ſolus eum habet, & cui in numis pingendis non ſumma fuit adcuratio, humani aliquid eſſe paſſum. De ludicra hac imperatoris expeditione celebranda eo magis ſolliciti fuere Alexandri-

XXXVII. 82. Alius, ſed addito in averſa aſtro. (AR).

XXXVIII.*83. Eadem adverſa.

ΖΕΥΣ ΝΕΜΕΙΟΣ. Caput Iovis laureatum; ante aſtrum. (AR).

XXXIX.* 84. Eadem epigraphe. Caput radiatum abſque aegide.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΘΜΙΟΣ. Caput Neptuni diadematum cum tridente ad humeros. (AR).

85. Similis, addito in averſa aſtro. (AR) M. Caeſ.

86. ΖΕΥΣ ΙΣΘΜΙΟΣ ΛΙΔ. Hard. ex M. Fouc. *not.*

XL.* 87. Adverſa ut n. 81.

ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΚΤΙΟΣ. Protome Apollinis cincinnata & laureata, ad humeros pharetra, ad pectus palliolum, ante aſtrum. (AR).

XLI. 88. Similis abſque aſtro. (II).

89. Similis, ſed caput Apollinis laureatum, & radiatum. (II.) Morell.

90. Alius ut n. 88., ſed ΑΠΟΛΛΩΝ ΠΥΘΙΟΣ. (AR) M. M. D.

91. Alius, ſed ΑΠΟΛΛΩΝ ϹΩΤΗΡ. (II.) Oiſelius. *not.*

92. Alius ΑΠΟΛΛΩΝ ΠΑΙΑΝΟΣ. (II.) Geſner. ex M. Pfau. *not.*

XLII. 93. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ. Caput laureatum.

ΛΙΔ. Gryphus ſedens pede anteriore ſiniſtro rotae impoſito. (III.) *not.*

ΛΙΔ

xandrini, quod, ſi Dioni credimus, e Graecia iter in Aegyptum meditabatur; ſed ut Italiae ſtatum ordinaret mutavit conſilium. At diſſentit Svetonius, dum narrat imperatorem captum modulatis Alexandrinorum laudationibus, quorum multos Romam, & Neapolin evocaverat, Roma Alexandriam navigare ſtatuiſſe, ſiniſtro autem omine, & caligine ex improviſo omnia velante deterritum eſſe. Iam exſtructum erat Alexandriae in eius adventum Balneum, quo cum poſtea lavaretur Caecina Tuſcus Aegypto tunc praefectus, exilio eſt mulctatus. Qui ſit ſignificatus aſtri, quod in eiuſdem typi area modo ſignatur, modo omittitur, hactenus me fugit. (Dio 63, 18., Svet. *Ner.* 19, 20.)

86. Lapſus memoriae.

91. Vereor ne editor numum corroſum ex ingenio inſtauraverit.

92. Error eſt pro ΠΥΘΙΟΣ, repetitus in muſeo Muſelliano.

93. Gryphum nunc primum in numis conſpiciendum ad Neronem Apollinem adludere coniicio.

94. LIΔ. Apis bos ſtans. (II.) M. Muſell.
95. LIΔ. Vas. Pat. ex M. Moroſ.
96. ΡΩΜΗ. Caput galeatum cum clypeo & ſpiculo. (II.) Morell.
97. ΡΩΜΗ. Mulier militari habitu ſtans, d. victoriolam, s. haſtam tranſverſam. (II.) Mor.
98. ΘΕΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ. Caput huius radiatum. (II.) Mor.
99. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΣΕΒΑΣ. Idem caput nudum. (II.) Mor.

## OCTAVIA.

1. ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ LA. Caput huius.
ΝΕΡ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥΤ. Caput radiatum. (AR) M. M. D.

I. * 2. ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ LΓ. Caput huius nudum.
ΝΕΡ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥΤΟ. Caput laureatum. (AR).

3. Similis LΔ, (AR) M. R. G. (II.) M. Theup.
4. ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ LE. Caput huius.
ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΓΕΡ ΑΥΤ. Caput laureatum. (AR) M. R. G.

5. Alius. (II.) M. Caeſ.

## POPPAEA.

1. ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ LΔ. Caput huius.
Epigraphe & caput Neronis ut infra. (II.) M. Theup. *not.*

2. Similis LE. Hard. ex M. Fouc.
3. ΝΕΡΩ ΠΟΠΠΑΙΑ LE. Capita adverſa, Neronis laureatum & Poppaeae.

ΟΥΙΟΛ-

*Poppaea.*

1. Omnino reiiciendum eſſe hunc numum docet alter Octaviae n. 4. Neque fides haberi poteſt binis ſubſequentibus, cum demum A. U. C. 815 Poppaeam Neroni nupſiſſe teſtetur Tacitus A. 14, 60.

ΟΥΙΟΛΛΑΝΟ ΥΠΑΤΟ ΡΩΜΗ. Caput muliebre turritum. (II.) M. Theup.

4. Ut n. 1., ſed LΘ Harduinus.

I.* 5. ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ LI. Caput huius nudum.
ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ. Caput radiatum cum aegide ad pectus. (AR).

II. 6. Alius, ſed ſubaeratus. *not.*

7. ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ LI. Caput huius.
ΝΕΡΩΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput radiatum. (II.) Vaill. ex M. R. G.

III. 8. Alius, LIA. (AR):

IV. 9. Alius, LIA, a praecedente parum diverſus. (AR).

10. ΠΟΠΠΑΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ. Caput huius.
ΝΕΡΩΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput laureatum. Adeſt praeterea in areola incuſa parvum caput, quod Herculis videtur, ante id ſignum X. (II.) M.M.D.

11. ΝΕΡΩΝ ΠΟΠΠΑΙΑ. Capita adverſa.
ΡΩΜΗ. Caput Poppaeae. (II.) Vaill. ex M. Harlai.

12. ΝΕΡΩΝ ΠΟΠΠΑΙΑ. Capita adverſa.
ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡΜ. Caput radiatum. (II.) M. Muſell. *not.*

STATI-

6. Primus nunc prodit numus Alexandrinus ſubaeratus, & qui non parum facit ad firmandam noſtram de numis aeroſis ſententiam (Vid. not. ad num. *Antoniae*): nimirum pro inſtituto numos procuſos fuiſſe ex argento puro, at hominum iniquitate maiorem partem in aeroſos, tantum non aereos degeneraſſe. Nam niſi communis fuiſſet uſus numorum argenteorum, vel qui argentei credebantur, nullum ex pelliculatis emolumentum ſperare potuiſſent falſarii. Docemur praeterea ex periplo maris erythraei (p. 28. in I. vol. *Geogr. Min. Hudſon.*) Aegyptios in commercium cum exteris adhibuiſſe numos aureos & argenteos mixtura depravatos, quo vendendo & emendo lucrum caperent ex puriori Indicarum gentium pecunia (δηναριον χρυσουν και αργυρουν εχον αλλαγην και επικερδειαν προς το εντοπιον νομισμα). Ita iam in Ptolemaeorum regum moneta eadem deprehenditur metalli varietas, quae in imperatoria Alexandrina.

12. Numum hunc una cum nn. 3, 10, & 11., quos a viris eruditis Alexandrinae pecuniae inſertos vidi, in hoc elencho deſiderari nolui, quamquam Alexandrinos non reputem. In n. 3. legendum erit ΑΟΥΙΟΛΑ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ, anni nota pro ſubreptitia habenda, & numus minori Aſiae reſtituendus, quam ſub Nerone rexiſſe Aviolam procoſ. ex Epheſi numis docemur. In averſa n. 11 non credo adeſſe Poppaeae caput, ſed Romae. De n. 12. ſuſpicio eſt ſingulas partes ſingulorum eſſe numorum caſu vel errore coniunctas. In n. 10 ſi adfuit annus, qui certo Alexandriae vindicaret, forte ſigno incuſo eſt ſuppreſſus.

Digitized by Google

## STATILIA MESSALINA.

1. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ LIB.
Caput Neronis. Patin. ex M. Moroſini. *not.*
2. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣ. Figura ſtans, d. ignotum quid, s. columnae innixa cum ſpicis.
ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ ΚΑΙΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ LΓ. Caput Neronis. Mediob. *not.*

## GALBA.

I.* 1. ΛΟΥΚ ΛΙΒ ΣΟΥΛΠ ΓΑΛΒΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒ LΑ. Caput laureatum.
ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. Mulier ſtolata ſtans d. coronam, s. haſtam, s. cubito columellae innixa. (AR) *not.*

Epigra-

*Statilia Meſſalina.*

1. Numus ſingularis, dignus qui integrior reſtitueretur.

2. Oppido eſt Claudii & ſenioris Meſſalinae.

*Galba.*

1 Nomen L. Livii Sulpicii Galbae, quod integrum ſiſtit hic numus una cum altero noſtro anni ſecundi, hactenus quod ſciam a ſolo Harduino, quo teſte niti in hiſtoria periculo non caret, proditum fuit e moneta, reliqui vero antiquarii tantum in numis corroſis ſuſpicandum obiecerant. Tales tres proſtant in catal. M. Theup. . . . . ΙΒΙ ΣΟΥΛΠ ΓΑΛΒΑ, & . . . ΣΟΥΛΠ ΓΑΛΒΑ, & ΑΟΥ ΚΑΙ ΣΟΥΛΠ ΓΑΛΒΑ, in quo ultimo numiſmate pro primo atque ſecundo Α duo Λ ſunt ſubſtituenda quo fiat ΛΟΥΚ ΛΙ Lucii Livii, nam in genitivo caſu vertenda eſt Galbae epigraphe, non ut factitatum invenio in nominativo. Habuit autem Galba nomen Livii Ocellae a noverca & matre adoptitia Livia Ocella, cui cum Livia Auguſta neceſſitudo interceſſiſſe creditur: nam huius commendatione obtinuit Galba Aquitaniae praefecturam, & teſtamento fuiſſet ditatus, niſi obſtitiſſet dolus Tiberii. Reſtituit quoque Galba memoriam Liviae in numis Romae ſignatis, qui ſtatuam eius exhibent divinitatis attributis decoratam (Plutarch. in *Galba*. Sveton. Tacit. *Hiſt.* 1, 15. Gruter. CCCCXXXI. 2, 3.) Libertatis autem typus nunc primum in numis cum Romanis, tum Alexandrinis conſpiciendus novum indigitat Romani orbis ſyſtema. Merum quidem phantaſma libertas, vix cum apparuerit evaneſcit. At magna praeparatur rerum revolutio: naſci videmus aevum, reliqua forte omnia, quorum ad nos fama penetravit, publica totius mundi felicitate ſuperans, neque geſtarum rerum gloria alteri ſecundum. Romanum enim imperium ſtrenua fundatum virtute, invicta conſtantia & fortuna quadam non mutabili ſuper omnes orbis terrarum populos evectum, ante Auguſtorum tempora urbi quidem inſuperabilem

II. 2. Epigraphe detrita. ΛΑ. Caput laureatum.
ΚΡΑΤΗΣΙΣ. Mulier ſtolata ſtans d. victoriolam, s. tropaeum. (AR).

3. Similis cum capitis epigraphe ΛΟΥΚ ΛΙΒ ΣΟΥΛΠ ΓΑΛΒΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. (II.) Hard. ex M. Fouc.

E) ΣΕΡ-

bilem pepererat gloriam, divitiarumque & omnium voluptatum affluentiam, at poſtquam creverat, terrarum orbi vix aliud quam calamitates atque deſolationes. Qui dum pauperes eſſent, paupertatem fortiter & moderate ſuſtinebant, poſtea divites facti Romani reverſi ſunt ad id quod primum fertur vitae genus Romuli, neque contenti ut ille publica atque aperta exercere latrocinia, quae dum virium praeſtantia ius aliquod ſecum adferre videatur, minoris reputantur flagitii, furum more pacatas provincias, quibus ſecuritas atque tutela a populo Rom. fuerant promiſſae, clam expilabant, ne ab hominum quidem vita, dum ad avaritiam explendam opus eſſet, abſtinentes. Adeas Ciceronem, praeſertim libros in Verrem, ut cognoſcas conditionem gentium quae populo Romano parebant. Sed poſtquam hic in ſemetipſum arma movit, & urbs univerſi domina ad tyrannorum pedes proſtrata fuit, melior fieri coepit provinciarum conditio. Dein extincta in Nerone tyrannorum proſapia, nova oritur rerum facies. Tranſit imperium ad novum hominum genus, qui viribus aeque ac haereditarii iuris praeſumptione deſtituti, benevolentiam populi captantes, non dominos ſe ferebant, ſed libertatis reſtitutores. Galba ſe non imperium arripuiſſe, ſed ad id tuendum vocatum eſſe gloriabatur. Otho invitum ſe ad purpuram ſumendam coactum fuiſſe aiebat. Sed hac ultima vice libertatis aliqua ſpes velut e longinquo oſtenſa eſt, cuius vocabulum ab hoc inde tempore e Romanorum ore fere exulavit. Succeſſit tyrannidi regnum, & quod Auguſti neque ſagacitas neque liberalitas fficere potuerat, effecit Veſpaſiani prudentia, Titi morum ſuavitas: leve factum eſt Romanis iugum, nec amplius de eo frangendo cogitavere. Aſpera denique Domitiani indoles, qui Tiberio, cuius commentarios & acta lectitabat, immanior, eandem quam iſte, ſed temporibus minus excuſantibus, ſurdam exercuit crudelitatem, omnes quae ſupererant veterum morum reliquias proſcripſit. Non relictus eſt in urbe, neque in Italia, qui poſt nefandi hominis excidium vel libertatem revocare, vel imperium capeſſere auderet, ne oblatum quidem recipere: donec Nerva, pavidus ſenex, quod nec recuſare ſuſtinebat nec conſervare, recepit, ut vix uno anno elapſo traderet peregrino in ultimis orbis Romani finibus degenti, qui, ſicut olim e longinquis terris advenae, divinum quid & mirabile prae ſe ferentes, urbium conditores legumve latores exſtitere, ita novus factus eſt Romulus, novae Romae, novi imperii conditor. Sublatum eſt diſcrimen Romanos inter atque exteros, & Roma gentium domatrix ſedes facta eſt novi imperii, in quod commune omnibus gentibus ius, quodque aequo iure omnes dominationis ſuae provincias adminiſtrabat. Nerva Traianoque, Romano & Hiſpano imperantibus incipit epocha illa, quam omnium quas nobis tradidit hiſtoria beatiſſimam reputavi. Duravit uſque ad mortem Marci Antonini annos circiter LXXXV, ut tota quae in Galba praeparatur, in Veſpaſiano procedit, periodus ſit annorum CXII, quibus elapſis, tranſmiſſiſque imperii habenis ad optimorum virorum depravatiſſimam ſobolem, alia rerum ſuccedit funeſta revolutio.

4. ΣΕΡΟΥΙ ΓΑΛΒΑ ΑΥΤΟ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
LA ΚΡΑΤΗΣΙΣ. Roma ſedens d. victoriolam, ſ. tropaeum. (II.) Hard.

5. Adverſa, ut n. 4, addito LA.
ΕΙΡΗΝΗ. Caput muliebre velatum & laureatum; retro caduceus. (II.) M. Caeſ.

6. LA. Protome Victoriae alata. (I.) M. R. G.

7. LA ΡΩΜΗ. Caput muliebre galeatum. (II.) Vaill. ex M. Polazzi. (AR) Morell.

8. Adverſa, ut n. 1.
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Caput Genii urbis. (AR) M. M. D.

9. Adverſa, ut n. 4., addito LA.
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Caput Genii urbis. (AR) M. Caeſ.

10. Alius, in area aſtrum. (II.) M. Theup.

11. Alius, in area ſimpulum. (II.) Morell.

III. 12. ΣΕΡΟΥΙ ΓΑΛΒΑ ΑΥΤΟ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
LA. Caput Serapidis. (II.).

13. LA. Caput Iſidis. (II.) Patin.

14. LB. Caput Iſidis. (II.) Beger.

IV. 15. Ut n. 12., ſed LB. (II.).

V.* 16. ΣΕΡΟΥΙ ΓΑΛΒΑ ΑΥΤΟ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
LB. Canopus cum calantica & flore in capite. (II.) *not.*

VI.* 17. ΣΕΡΟΥΙ ΓΑΛΒΑ ΑΥΤΟ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
ΚΡΑΤΗΣΙΣ. Mulier ſtans ut ſupra: in area ſimpulum. (AR).

Eadem

16. Primus numus Canopum, quem vocant exhibens, quid? quod antiquiſſima de eo certa memoria. Quod enim mirabere, res in tot numis celebrata, a Galba uſque ad Gallienum, cuius ultimus annus in muſei noſtri numiſmate eidem typo adſcriptus proſtat, veteribus auctoribus fere ignoratur. Multa de ea diſputarunt recentiores, an veram antiquitatis mentem adſecuti ſint, eſt quod dubitemus. Noſtram quidem opinionem ex vetuſtae theologiae indole petitam, & monumentorum ſerie fultam, atque ſi probabitur non parum facientem ad Aegyptias antiquitates explicandas, aliquando plenius exponere, atque firmare conabimur, hic pro notae inſtituto rudibus lineis indicaſſe ſufficit. Eſt autem ea, fuiſſe inter ſacra Aegyptiorum ſymbola unum turgidum, plenum, informe, fere rotundum, ſub quo univerſam naturam, ſemper praegnantem, ſemper parentem, colerent, vel paullum immutata notione parentem naturae atque mundi. Conſentiunt Syneſius, dum in Aegyptiorum reconditis ſacris

VII. 18. **Eadem adverſa.**

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. Mulier ſtans ut ſupra: in area aſtrum. (AR).

E 2 Simi-

ſacris numen ſignificari ait ſphaericis icunculis (*de laude calv*. p.73. ed.Pariſ. 1733.); & Plutarchus in tract. *de Iſide*, ubi narrat ſacerdotes in magna Oſiridis celebritate poſt effuſam aquam ex aurea urnula & proclamatum inventum Oſiridem, fingere conſueviſſe e fertili terra cum aqua commixta aromatibuſque & ſuffimentis ſimulacrum, quod mox ſtola induerent & exornarent, innuentes ſe terrae & aquae ſubſtantias pro diis habere. Licet Plutarchus ſecretae religionis ſymbolum non ſphaericum pronuntiet, ſed lunatum, forte confundens figuram lunae plenae quam ab Aegyptio homine acceperit, cum *μηνοειδὲς*, quam in Aegyptiis ſacris nunquam non indagare ſibi videbantur Graeci. Inde dum homines deorum imagines in ſui ſimilitudinem transformare ſtudent, inſimulque divinae naturae praeſtantiam in imaginum formis exprimere, natus eſt apud vetuſtiſſimos Aegyptios mos fingendi ſimulacra numinum ventre turgida, ore hiſcentia, oculis auribuſque praegrandibus, reliquis membris brevibus atque adtractis. Huiuſmodi fuit ſimulacrum, quod Memphi cultum Vulcani nomine inſignivit Herodotus, & nano homini comparavit (Herodot. 3, 37). Vulcanus enim Graecis credebatur mundi artifex, idemque claudus, & omnibus membris deformis (*ἀμφιγυήεις*), quae res Aegyptiam dei originem clarius forte quam in alio Graeco numine innuit. Ei haud diſſimilia accepiſſe prodit Cabirorum ſimulacra, qui Vulcani filii, Iſis nimirum cum Oſiride, Oro & Typhone, in ſacrario ſibi inacceſſo conſtituta. Eodemque modo fictum Canopum, ideſt bonum genium, Vulcani patrem, graphice deſcribit Rufinus, loco quem infra integrum exhibemus. Superſunt huius rei veſtigia hodiedum in Thebarum ruinis, & apud Tentyra (Pocock *Deſcr. of the eaſt* tom. I. tab. XLII, LXVII, 14), praeterea ſimulacra nonnulla & ingens ſigillorum vis, cum in aliis muſeis tum inſigni varietate in muſeo Borgiano proſtantium, quae alii Baccho cuidam Aegyptio tribuunt, alii Oſiridi, nobis negotium non faceſſentes. Ad Cabiros nanos aliquo modo accedere videntur pygmaei ſive Pataeci phallici, quorum complures in eodem muſeo adſervantur, ſed nondum rem probe perſpectam habeo, neque huius loci eſt. Nam binos tantum deos ventricoſos invenio in numis atque ſigillis, iuvenem alterum atque cincinnatum, alterum barbatum ſenem. Horum ille Taus eſt ſive Tatus, quae vox Aegyptia lingua manum ſignificat (ⲧⲉ, ⲧⲉⲣⲧ, ⲧⲟⲧ) inde opificem, opificium, ordinatorem, cuſtodem, perperam confuſus a recentioribus nonnullis cum Thotho ſive Theuth, (ϫⲉ, ϫⲉϫ, ϫⲱϫ) qui toto caelo diſtat, vernacula lingua caput ſignificans & mentis genium. Tat autem ſive praefixo articulo Pta vel Ptat (Graecis *φθα*, & *ἄφθας*) veteribus modo mundi opificem deſignat, modo ipſum mundum, Manethoni Saturnum ſive tempus quo res ordinantur atque maturantur, Herodoto ut diximus Vulcanum, Ciceroni cuſtodem Aegypti. Huius pater Manethoni Chnuphi eſt (ϭⲛⲉϥ vel recentiori ſcriptione ⲓϭⲛⲟⲩⲫⲓ), quod vertit Africanus, ſeu quem alium ſecutus eſt Syncellus, bonum genium; fons vitae, & ſpiritus univerſi, pro variis dialectis & varietate, qua Aegyptias voces

19. Similis , ſed capitis epigraphe ΑΟΥ ΚΑΙ ΣΟΥΛΠ ΓΑΛΒΑ ΣΕΒ. (II.) M. Theup.

20. Similis ut n. 17 : in area ſimpulum. (II.) Morell.

21. ΡΩΜΗ. Protome galeata d. haſtam , s. clypeum , in area aſtrum. In adverſa LB. (II.) M. Theup.

ΛΟΥΚ

ces litteris ſuis commendarunt Graeci , modo Cneph, vel Eneph, modo Chnophi, Chnubis, Chnumis, Chonuphis, Onuphis, Oenuphis , Anubis , Anabis, Mnevis : aliis dictus *δημιεργος* atque pater mundi , cuius mandata perfecerit opifex Tatus , aliis occultus deus , *νες εαυτον νοων* , cuius arcanam potentiam Tatus in lucem evexerit ( Euſeb. *de P.E.* 3, 11. Iambl. *de myſt.* 8, 3. Cicero *de N. D.* 3, 22. Plut. *de Iſide* p. 359. Manetho apud Sync. p.40. & 19 ). Hunc eundem eſſe ac Canopum evincit praeter vocis affinitatem , ne dicam identitatem , vocabulum *αγαθε δαιμονος*, quo Canopici fluvii nomen Aegyptium Graeci in ſuam linguam tranſtulerunt ( Ptolem. *Geogr.* 4, 5 ). Mirum hoc non illuxiſſe eruditis, qui modo cum Graecorum multitudine a Menelai regis gubernatore derivarunt Canopi oppidi nomen , modo ex indicio ſacerdotis apud Ariſtidem *aureum ſolum* interpretati ſunt ( Ariſt. *Aegypt.* tom. 3. pag. 608. ed. Cant. ). Summa quidem videtur Aegyptii ſacerdotis auctoritas, coincidente praeſertim Aegyptiae linguae uſu hodierno , at iidem ſacerdotes magnum Oſiridis nomen modo efficacem ſignificare prodiderunt, modo multoculum, modo Sirium aſtrum, vel , quod unice placet , Sirin id eſt Nilum fluvium , dum pro inſtituto ſuo quiſquis vocabulorum ſonum novae interpretationi accommodaret ( Plutarch. *de Iſide* paſſim ). Sicut vero reliqua plerumque Aegypti oppida nomen acceperc a deo cuius templum apud eos praecipue celebre, ita a Chnuphidis templo dicta eſt urbs Chnuphis vel Canuphis , Graecis Canopus , Homeri aevo Thonis regia , ut videtur a Chthon , quod aliud vocabulum eſt eiuſdem numinis ( [illegible] , [illegible] *ſpiritus univerſi* ). Sed cum Chnuphidis cultu , ut Memphi ita & Canopi , coniunctus fuit Tatus , ideoque ambo in moneta ſimilibus fere ſignis honorantur. Nam pro nanis deis quos rudis Aegyptus venerata fuerat poſterique antiquitatis tenaces , Graeco-Aegyptii ſub Ptolemaeis regibus , elegantiam ſectantes , ut elevata deformitate ſervarent ſenſum rei , globum ſubſtituere vel cylindrum globoſum , imitantes forte formam ovi ex quo natum fabulantur mundum , eique imponentes humanum caput reliquum corpus variis ſuperſtitionis argumentis caelaverunt , quod de Tai ſimulacris expreſſe teſtatur Porphyrius ( apud Euſ. *de P. E.* 3, 11 ), quo informe numen omnium rerum , atque virtutum compendium celebrarent. Etenim quae habentur Canopicae imagines omnes Graecae artis ſunt. Peregrinum quidem videtur , ſcriptores tam parce locutos eſſe de re , cuius innumerae fere proſtant reliquiae , at plurima ſunt in Aegyptia vetuſtate, quae ſolis docemur monumentis , libris ſilentibus , vel quia univerſis credebantur cognita , vel quia religione aliqua haud temere divulganda : quorum ſequioribus aevis poſt ſubverſum orbis ſyſtema , & deperditam veteris doctrinae cognitionem, eae maxime arriſere explicationes , quae longiſſime ab antiquitatis genio abſcederent. Sic clavem Niliacam apertionis & clauſionis , id eſt ſummi arbitrii , mox productionis , vitae , aquae , ſolis , numinis ſacrum ſymbolum , neotericis pro phallo habitam invenio ,

quem

Digitized by Google

VIII.*22. ΑΟΤΚ ΑΙΒ ΣΟΥΛΠ ΓΑΛΒΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒ LB. Caput laureatum.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Caput Genii urbis Alexandriae. (AR).

ΑΛΕ-

quem in iiſdem monumentis, quae ſacro Tau decorantur, figura prorſus diverſa pingi ſolitum ignorare videntur. Sic Oſiridis, qui mortuorum genius eſt, faſciis involuta ſimulacra nonnullis pro pueris accipiuntur *εν σπαργανοις*, ac ſi unquam in Aegypto mos obtinuiſſet infantes faſciis coërcere: dum innumera illa & pervulgata ſigilla Iſidis filium lactantis infantem nunquam non nudum & omnibus membris liberum exhibeant. Sic Harpocratis cincinnus, manifeſtum iuventutis indicium, pro ſolaribus radiis acceptus eſt, barbula virilis aetatis atque honoris clarum ſymbolum pro perſeae πανδοχου cuiuſdam arboris ſolio, regius tutulus pro fructu nunquam frugiferae colocaſiae; & ſphinx ſapientiae cum robore coniunctae imago in Zodiacum relegata eſt. Sic qui Canopi oppidum a Menelai gubernatore dictum prodidere, Canopi numen huius reputarunt ſimulacrum, & quo figurae informitatem explicarent, conſarcinavere fabulam, quam enarrans Rufinus quinti poſt Chriſtum ſaeculi ſcriptor, primus mentionem facit de Canopo ex olla facto deo. *Ferunt*, ait Rufinus *Hiſt. Eccl.* lib. 2. cap. 26., *aliquando Chaldaeos ignem deum ſuum circumferentes cum omnium provinciarum diis habuiſſe conflictum, quo ſcilicet qui viciſſet hic eſſe deus ab omnibus crederetur. Reliquarum provinciarum dii aeris, aut auri, argentique, aut ligni, vel lapidis, vel ex quacumque materia conſtabant, quae per ignem procul dubio corrumperentur: ex quo fiebat ut ignis locis omnibus obtineret. Haec cum audiſſet Canopi ſacerdos callidum quiddam excogitavit. Hydriae fieri ſolent in Aegypti partibus fictiles undique crebris & minutis admodum foraminibus patulae, quibus turbida aqua deſudans defecatior ac purior redditur. Harum ille unam cera foraminibus obturatis deſuper etiam variis coloribus pictam aqua repletam ſtatuit ut deum; & exciſum veteris ſimulacri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput deſuper poſitum diligenter aptavit. Adſunt poſthaec Chaldaei, itur in conflictum, circa hydriam ignis accenditur, cera qua foramina fuerant obturata reſolvitur, ſudante hydria ignis exſtinguitur, ſacerdotis fraude Canopus Chaldaeorum victor oſtenditur. Unde ipſum Canopi ſimulacrum pedibus perexiguis, attracto collo, & quaſi ſuggillato, ventre tumido in modum hydriae cum dorſo aequaliter tereti formatur. Ex hac perſuaſione velut deus victor omnium colebatur.* Hancce ſimulacri originem & quae de Chaldaeis tradit Rufinus cordatiores fere ut aniles fabellas reiecere, at reliquam narrationem ſecuti non ſolum informia illa ſimulacra pro vaſibus accepere, licet quotcumque hactenus inventa ſunt, cavitate, ſine qua vas nequit concipi, deſtituantur, ſed cuncta miſcentes quaecunque offenduntur globoſa vaſa Aegyptia Canopos vocitavere. At ſole clarius eſt confudiſſe Rufinum ſacrum hydreum, & Memphitas nanos deos, & Canopica myſterioſa ſymbola, & fabellam de Menelai gubernatore, neque aliud praeter auctoris oſcitantiam ex inſigni iſto loco ſexcenties tranſcripto poſſe probari. Ceterum in verbis faciles quotieſcunque in numis recurrit hoc parentis naturae ſymbolum, Canopum appellare nulli dubitavimus: licet neque Canopum deum ſtatuamus diverſum ab Agathodaemone, quem alias ſub ſerpentis ſive canis imagine colebant, alias ſub informis ſenis figura; neque globoſo ſimulacro conſtanter innui credamus

mus

23. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Mercurius medio corpore tenus. (II.) Vaill. ex M. Monjeux. *not.*

24. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Mulier ſtans ſpicis coronata, d. coronam, s. palmam. (II.) Vaillant. ex M. Gottifredi.

25. ΑΥΤ ΚΑΙΣ ΓΑΛΒΑΣ ΣΕΒ. Caput laureatum. Mulier ſtans inter duos fluvios ad eius pedes ſedentes, d. elata duas ſpicas, s. navis gubernaculum inverſum. (I.) Raſche ex Schulzio. *not.*

OTHO

mus Canopum, qui *αγαθος δαιμων* eſt, ſed modo eum, modo filium Tatum, quem Herodotus Vulcanum appellat, Saturnum Manethos; quique inter deos eundem paene occupat locum quem inter heroes Harpocrates, ſicut Chnuphis Oſiridi aliquo modo reſpondet: ut apud Graecos Uranus Iovi, Apollini Hyperion, Zagreus Baccho. Ne vero aliquis ſolidum globum pro hydrei imitatione accipiat, citabimus Apuleium teſtantem Niliacam urnulam non avi, non pecori, non ferae, non homini fuiſſe conſimilem, ſed orificio praeditam in canalem porrecto, & anſa quam ſuperſedebat aſpis; qualis conſpicitur in numo noſtro Antonini n. 17. Ceterum nemo eſt qui ignoret magnam fuiſſe Aegyptiorum circa aquam ſuperſtitionem, quam omnium rerum parentem atque originem, & velut ſummi numinis eſſentiam praedicarunt huius gentis philoſophi. Quos ſecutus, praeter Thaletem alioſque veteres phyſicos, Pindarus aquae laude velut omnium rerum praeſtantiſſimae incipit primam odam Olympiam. Inde docente Plutarcho (*de Iſide*), Oſiris nonnullis pro Oceano accipiebatur & omnis humidae naturae domino, & Lucianus (in *Iove Tragoedo*) aquam ab Aegyptiis pro deo coli narrat; licet ex populari religione de ſola Niliaca aqua hocce videtur intelligendum. Etenim Nilum fluvium modo ſub Oſiridis nomine venerabantur, modo ſub Chnuphidis ſive Canopi, cuius ab Elephantine uſque ad Pharum viſebantur ſanctuaria; deficientem lugebant, creſcentem velut denuo inventum laetitia excipiebant, terrae parentem, populi ſervatorem celebrabant; mare autem in quod fluvius ſeſe exonerat, velut devoratorem & malum genium deteſtabantur. Ideo in ſacris libationibus nulla alia quam Nili aqua utebantur, quam qui Romae Iſiacis ſacris nomen dederant ab ipſis Aethiopiae finibus adſportare non recuſabant (Iuvenal. *ſat.* 6.). Et talis fuit apud Graecos Romanoſque Niliacae aquae deſiderium, ut poſt mortem quoque ea ſublevari expeterent, & in epigraphis ſepulcralibus, eodem modo quo alias terram levem precari ſolebant, Iſiacis aquam ab Oſiride impertiendam optarent. Huius rei luculentum & fere ſingulare teſtimonium exſtat lapis in muſeo Borgiano, olim a Fabrettio luce donatus (*inſcr. ant.* c.6. p.466), hic nobis ad archetypi fidem reſtituendus:

Θ К
ΑΥΡΗΛΙΑ . ΠΡΟϹΟΔΩ
ΔΙΟϹΚΟΥΡΙΔΗϹ . ΑΝΗΡ
ΤΗ . ΗΑΥΤΟΥ . ϹΥΝΒΙΩ
ΧΡΗϹΤΟΤΑΤΗ . ΚΑΙ . ΓΛΥΚΥΤΑ
ΤΗ . ΜΝΙΑϹ . ΧΑΡΙΝ.
ЄΥΨΥΧЄΙ . ΚΥΡΙΑ.
ΚΑΙ ΔΟΙ ϹΟΙ Ο ΟϹΙΡΙϹ
ΤΟ ΨΥΧΡΟΝ . ΥΔΩΡ.
ЄΠΟΗϹЄ ЄΑΥΤΩ.
ΚΑΙ ΑΠЄΛЄΥΘЄΡΩΝ
ΑΠЄΛЄΥΘЄΡΟΙϹ.

23. Numum male deſcriptum, quis non intelligit?

25. Numus Antonini adulteratus. Vid. in *Antonino* nn. 57. 363.

# OTHO.

I.* 1. ΑΥΤΟΚ Μ... ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ ΣΕΒ LA. Caput laureatum.

ΡΩΜΗ, Protome muliebris galeata pectore loricato cum clypeo, & ſpiculo ad humerum ſiniſtrum. (AR). *not.*

2. ΑΥΤΟΚ ΜΑΡΚ ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ ΣΕΒ LA. Caput laureatum.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Caput Genii urbis. (II.) M. Caeſ. (AR) M. R. G.

3. Alius addito in area ſimpulo. (II.) M. Caeſ.

4. LA ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Mulier ſtans capite tecto proboſcide, d. lauream. Raſche ex Guſſeme.

5. ΑΥΤΟΚ ΜΑΡΚ ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.

LA. Protome Victoriae alata. (I.) M. R. G.

6. Adverſa ut n. 2: & ſic in ſubſequentibus.

ΕΙΡΗΝΗ. Caput muliebre velatum & laureatum; retro caduceus. (AR) M. R. G. (II.) M. Caeſ.

7. Alius, in area ſimpulum. (II.) M. Ainsley.

8. ΚΡΑΤΗΣΙΣ. Mulier ſtans d. victoriolam, s. haſtam. (AR) M. Caeſ.

9. Alius, ſed pro haſta gerit tropaeum. (AR) M. R. G.

10. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. Mulier ſtans ut ſupra. (II.) M. R. G.

11. Similis, ſed mulier pro haſta gerit cornucopiae. (II.) Raſche ex Guſſeme.

12. ΑΥΤ Κ ΜΑΡΚ ΟΘΩΝΟϹ ΣΕΒ. Caput laureatum.

LA. Spes gradiens. (I.) M. Verità.

II. *a.* 13. Adverſa ut n. 5.

LA. Caput Serapidis. (II.).

ΑΥΤΟΚ

*Otho.*

1. Huncce numum atque alterum n. 5. Morellius olim tribuerat Antiochiae, quae civitas atque Alexandria ſolae fere Othoniani aeris laudantur feraces, dum Roma cauſa adhuc latente imperatoris vultum nobilioribus tantum metallis conſignavit. De Orientis provinciis, atque de Aegypto bis teſtatur Tacitus, in civili bello Othonis nomine rectas fuiſſe. (*Hiſt.* 1, 76.: 2, 31) Ceterum de raritate vultus Othonis in pecunia aerea conſule Heynium in *Comment. ſoc. Gotting.* vol. 4. a p. 117.

Digitized by Google

II. *b.* 14. ΑΥΤΟΚ ΜΑΡΚ ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙ ... LA. Caput laureatum. Caput Iſidis ſolito more cincinnatum; ſupra frontem diſcus inter duo cornua. (II.).

15. LA. Caput Nili. (II.) Vaill. ex M. Corraro.

16. ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΟΘΩΝΟΣ ΣΕΒ. Caput laureatum cum paludamento humeris iniecto.
Nilus ſeminudus decumbens d arundinem, s. qua crocodilo innititur, cornucopiae. (II.) Heyne ex M. Bentink. *not.*

III. 17. ΑΥΤΟΚ ΜΑΡΚ ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙ... Caput laureatum. LA. Canopus cum calantica & flore in capite. (III.).

18. LA. Ibis ſtans. (II.) Vaill. ex M. Moroſini.

19. LA. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) Geſn. ex M. Pfau.

ΜΑΡΚ

16. *Quid illud ſit, quod numum Bentinckianum, ſi de raritate quaeras, commendet, partim modulus partim typus eſt. Cum enim moduli primi ille ſit, cuius generis rariſſimi numi ſunt; ſaltem in libris numiſmaticis nonniſi unus, iſque in muſeo Theupoli, typo tamen diverſo, innotuit: adiungemus eum nunc alteri ſocium.* (Tertium adiecit Eckhelius in catal. Muſ. Caeſ., quartum & quintum nos ex muſeis R. G. & Com. Verità Veronenſis). *Typus autem ille Nili iacentis brachio in crocodilum impoſito, tenentiſque altera cornucopiae, altera arundinem, cum is valde frequens ſit in numis Alexandrinis, nondum tamen ante Traianum aliud exemplum mihi occurrit: ut adeo hoc Nili ſignum in numo Othonis antiquitate omnia alia antecedat. Sentio ſane, quid alicui paullulum ſuſpicaciori in animum venire poſſit: fieri poſſe, ut hic ipſe numus ad Traiani vel Adriani numum ſit interpolatus, ſimili more quo alii Othones commentitii ex Adrianis & Auguſtis fuerunt effecti; facereque hoc ipſum ſuſpicioni locum, quod Traiani & Adriani ſimiles numi Alexandrini ſint omnes fere primi ordinis. Ad haec quae reſponderi poſſint, non mea, quippe qui numum ipſum non inſpexerim, ſed Illuſtriſſimae Comitis de Bentinck fide & intelligentia nituntur: quae me edocuit, nihil eſſe prorſus nec in aere, nec in figuris, nec in litteris, quod malae fraudis ſuſpicionem faciat, ineſſe illi rubiginem valde notabilem; pondus, oram extimam altera parte rotundam altera depreſſam, haec & alia prorſus conſpirare cum exemplis aliorum numorum Alexandrinorum Adriani & M. Aurelii aliorumque, quos ipſa in Muſeo ſuo ſervat. Caput eſt laureatum, non galericulo tectum; quippe quem in nullo Othone extra Italiam cuſo obſervavi: omnes illi, qui ad Syriam & Aegyptum referuntur, caput comatum & laureatum referunt.* Praeter iſthaec, quae in *Commentat. ſoc. reg. Gotting.* vol. 4. p. 123. monet ſummus Heynius, faciunt vel ad numi raritatem augendam, vel ad dubia circa eius γνησιοτητα ſollicitanda, praenomen Marci ſola littera M indicatum, quod neſcio qua lege in Othonis pecunia Alexandrina conſtanter ΜΑΡΚ perſcribitur, paludamentum ante Traiani annum XI in ea non conſpectum, & anni nota contra communem Aegyptii aeris conſuetudinem exulans.

Digitized by Google

20. ΜΑΡΚ ΟΘΩΝΟΣ ΣΕΒ. Caput nudum.
LA. Aquila ſtans alis explicatis. (I.) M. Caeſ.
21. ΑΥΤ Μ.... ΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. Caput nudum.
LA. Capra ſtans. (II.) Froelich.

## VITELLIUS.

1. ΑΥΤ ΩΛΟΥ ΟΥΙΤ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.
LA. Victoria gradiens. (AR) M. R. G. *not.*
2. ..ΛΟΥ ΟΥΙΤ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
LA. Victoria gradiens. (AR) M. Caeſ.
3. LA. Caput Serapidis. (II.) Vaill.
4. ΑΥΛΟΥ ΟΥΙΤ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.
LA. Caput Iſidis. (II.) M. Ennery.
5. LA. Canopus. (III.) M. R. G.

## VESPASIANUS.

1. Adverſa LA.
ΡΩΜΗ. Roma galeata & armata ſtans d. haſtam, s. clypeum. (II.) M. Theup.
2. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Mulier ſtans proboſcide ornata d. coronam, s. haſtam : in adverſa LA. (II.) Raſche ex Guſſeme.
3. LA ΕΙΡΗΝΗ. Caput Pacis, pone caduceus. Hard. *not.*
4. LA. Caput Iſidis corona radiata & loto inſigne. (II.) Pocock. *not.*

F ΑΥΤΟΚ

*Vitellius.*

1. Notabile eſt το ΩΛΟΥ pro ΑΥΛΟΥ iis, qui veterem literarum Graecarum ſonum, & verum efferendi modum indagare ſtudent. Ceterum ſummae raritatis ſunt numi Alexandrini Vitellii, quem perbreve tempus, nimirum poſt acceptum de Othonis *αυτοχειρια* nuncium, quae accidit a. d. kal. mai. uſque a. d. kal. iul. imperatorem agnovit Aegypti praefectus.

*Veſpaſianus.*

3. Pax domeſtica, quam peperit victoria Veſpaſiani de Vitellio, cum Romanis, tum Alexandrinis & reliquis Romani orbis populis, ampliſſimum monetae argumentum videri debuit.

4. Numus prave deſcriptus, quomodo reſtituendus ſit neſcio.

Digitized by Google

I. 5. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟΥΕΣΠΑΣ... Caput laureatum.
LB. Caput Iſidis ſolito more ornatum. (II.) *not.*

6. LB ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Genius Aegypti ſtat. Hard. *not.*

7. LB. Protome alata Victoriae. (I.) M. R. G.

II. 8. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ LB. Caput laureatum.
Victoria gradiens, d. elata gerit coronam, s. palmae ramum (AR).

III. 9. Alius fere ſimilis (AR).

10. Similis. (II.) M. Caeſ.

IV.* 11. Eadem adverſa.
ΕΙΡΗΝΗ. Mulier ſtans d. ramum, s. caduceum (AR).

12. Similis; ſed d. caput, s. caduceum. (II.) M. Theup. *not.*

13. Adverſa, ut n. 8,
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Caput laureatum. (AR) M. M. D, *not.*

V. 14. Epigraphe & caput laureatum Veſpaſiani.
LΓ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. Aequitas ſtans d. bilancem, s. haſtam tranſverſam. (III.)

ΡΩΜΗ.

5. Veſpaſianus cum filiis magni fecere Aegyptiorum ſacra, quod teſtantes numi Alexandrini ſingulis fere annis Serapidis Iſidiſque capita imperatorum capitibus in averſa coniungunt. Flaviae quoque gentis imperium initium cepit in Aegypto, Tiberio Alexandro Aegypti praefecto omnium primo legiones in verba Veſpaſiani adigente: kal. nimirum iuliis, quem principatus diem in poſterum obſervavit Veſpaſianus, triduo ante quam ab exercitu Iudaico, quem ipſe tenebat, imperator acclamatus fuerit. Ipſe Alexandriae praeſens in Serapeo de firmitate imperii auſpicium cepit, & a Serapide ſanandi facultatis particeps factus eſt; Titus vero bellum Iudaeis illaturus bis cum exercitu ex Aegypto Palaeſtinam petiit, inde Hieroſolymis expugnatis in Aegyptum rediit, ubi in conſecrando apud Memphin bove Apidi Aegyptio more diadema geſtavit. Haec tamen non obſuere quin Alexandrini cum in adulando, tum in convitiis ingerendis impotentes, Veſpaſiani irridentes avaritiae Cybioſacten eum appellitarent, quod cognomen inditum fuerat uni e regibus ſuis turpiſſimarum ſordium. (Svet. in *Veſpaſ.* & in *Tito*. Tacitus *Hiſt.* 2, 74. 79. : 4, 81. Ioſeph *de bell. Iud.* 5, 11. 14.)

6. Mirum qua ratione Aegypti genium vocaverit Harduinus figuram, cui adſcriptum *αλεξανδρεια*.

12. Pro capite ſubſtituerem galeam ad pacem armis partam indicandam, ut in aliis.

13. Veſpaſianus imperio potitus ſtatim Titum & Domitianum Caeſares renunciavit, collata praeterea Tito tribunicia poteſtate.

Digitized by Google

15. ΡΩΜΗ. Roma galeata ſtans d. haſtam, s. brachio clypeum: in adverſa LΓ. (AR). M. Ennery.

VI.* 16. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ. Caput laureatum.

LΓ. Protome Victoriae alata. (I.)

VII. 17. Alius parum diverſus. (I.).

18. LΓ. Caput muliebre ſpicis coronatum. (I.) M. Bracc.

VIII. 19. Adverſa ut n. 16.

LΓ. Caput Iſidis. (II.).

20. LΓ. Caput Serapidis. (II.) M. Muſell.

21. LΓ ΣΑΡΑΠΙΣ. Pat. ex Muſ. Moroſ.

22. LΓ. Accipiter cum loto in capite. (III.) M. Caeſ.

IX.* 23. Adverſa ut n. 16.

LΔ. Accipiter ſtans cum pileo regio in capite. (III.).

X. 24.
XI. 25. Duo alii nonnihil diverſi. (III.).

26. LΔ. Aquila. Patin.

XII. 27. Adverſa ut n. 16.

LΔ. Caput Iſidis. (II.).

XIII. 28. Alius parum diverſus. (II.).

XIV. 29. Eadem adverſa.

LΔ. Caput Serapidis. (II.):

30. LΔ. Caput Iovis loto ornatum. (II.). M. Theup. *not.*

31. LΔ. Caput radiatum. (II.). M. Theup.

XV.* 32. Epigraphe detrita. LΔ. Caput laureatum.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Genius urbis; i. e. figura muliebris habitu ſuccincto, in capite geſtans proboſcidem, ſtat d. protenſa coronam, s. haſtam tenens. (AR) *not.*



30. Quis ſit Iuppiter iſte loto ornatus me neſcire confiteor: ſed ſuſpicor in numo adfuiſſe Nili caput fronde ut aſſolet coronatum.

32. Cur Alexandriae urbis Genius figura ſiſtatur, quam Libyis diceres elephantos venantis, certam rationem non invenio. Abundavit belluis iſtis ut univerſa Africa, ita & interior regio eius Libyae, quae Aegypto adſcripta, & in qua ſita Alexandria extra antiquos Aegypti terminos a ſcriptoribus modo Aegyptia appellatur, modo Libuſſa. Africae Genius eadem geſtat ſpolia, at ſtolata fingitur

XVI. 33. Adverſa ut n. 16.
LE. Caput Serapidis. (II.).

XVII. 34. Eadem adverſa.
LE. Caput Iſidis. (II.).

XVIII. 35. Alius parum diverſus. (II.).

XIX. 36. Eadem adverſa.
LE. Canopus cum calantica & flore in capite. (II.).

XX. 37. Eadem adverſa.
LE. Accipiter ſtans ut ſupra. (III.).

XXI. 38. Alius parum diverſus. (III.).
39. LE. Aquila retroſpiciens fulmini inſiſtit. (III.). M. Ver.
40. LE. Imperatori ſtanti ſupervolitans Victoria coronam imponit. (II.) Hard.
41. Lς. Caput Serapidis. (II.) M. Theup.

XXII.* 42. Adverſa ut n. 16.
Lς. Caput Iſidis. (II.).

XXIII. 43. Alius fere ſimilis. (II.).

XXIV. 44. Eadem adverſa.

Lς.

gitur mulier : Alexandria veſte ſuccincta velut ad venationem parata. Cogitarem de facto aliquo urbis originem reſpiciente, niſi in vetuſtioribus numis, quorum eſt inſignis ille Aemiliae gentis denarius, Alexandriae caput turritum exhiberetur, & gemmarum monili decorum, nihil ornamenti a bellua mutuatum. Antiquitus reginae Aegypti elephantinis ſpoliis fingebantur ornatae, ſecundum Pellerinium etiam reges, puto quod multum valerent elephantis : poſt Aegyptum captam ea induit Alexandriae Genius : diceret aliquis ingenioſe forte, iis uti ad veteris regni memoriam, veſte vero ſuccincta, quod urbs nunc in ſervitutem eſſet redacta. Suſpicatus ſum Alexandriam ex ſua Libye quotannis elephantorum numerum Romanis ſuppeditaſſe : licet auctoritatem qua coniecturam ſuffulciam ſiſtere nequeam. Male Aegypti Genium dixere nonnulli, obſtante praeter adſcriptum nomen, & Aegypti figuram multo diverſam in Hadriani numo Latino, etiam regionis natura, quae, ſi de vera Aegypto loquimur, elephantis minime favebat : neque ullam unquam in Aegyptia antiquitate, quae tota fere eſt circa animalia, elephantorum offendi memoriam. Alexandrini Genii ſignum dextera elata coronam velut obviam eunti offerens eo temporis ſignari coepiſſe reputo, cum Veſpaſianus in Palaeſtina imperator acclamatus per Aegyptum in Italiam tenderet, quamquam primo imperii anno ſignatum nondum invenerim.

Digitized by Google

XXV. 45. Lϛ. Accipiter ut ſupra. (III.).
Alius parum diverſus. (III.).
46. Lϛ. Ibis ſtans. (III.) M. R. G.

XXVI. 47. Adverſa ut n. 14.
LZ. Caput Iſidis. (III).
48. LZ. Caput Serapidis. (II.) Hard.
49. LH. Caput Serapidis. (II.) Hard.
50. LH. Caput Genii Alexandriae. (II.) M. Caeſ.
51. ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ LH. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Caput laureatum. (I.) M. Theup. (AR) M. R. G.
52. ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ L ΕΝΑΤ. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Caput laureatum. (I.) & (II.) M. Theup.
53. ΑΥΤΟΚΡΑ ΚΑΙΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput laureatum.
ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ ΥΙΟΣ ΕΤ Θ. Domitianus togatus ſtans cum lauri ramo. (AR). Hard.
54. L ΕΝΑΤ ΕΥΓΑΜΙΑ. Serapis ſedens d. extenſa ſuper adſidentem Cerberum, s. haſtam. (I.) Pell. *not.*
55. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ. Caput laureatum.
L ΕΝΑΤ ΖΕΥΣ ΣΑΡΑΠΙΣ. Serapis ſeminudus ſtans d. protenſa ſuper animal ad pedes ſubſidens, s. haſtam. (I.) Pell.

Simi-

54. Coniectura eſt Pellerinii, vocabulo *ευγαμια* innui certamina Theogamia Alexandriae in Serapidis honorem inſtituta, licet apud veteres vox illa hoc ſenſu non legatur. Serapis vulgari opinione Pluto, Proſerpina uxor Plutonis, horum nuptiae ampliſſimum veteris fabulae argumentum, & ſacra in eius rei memoriam celebrata Theogamia, atque Antheſphoria, praeſertim a Siculis, eo quod in amoenis Ennae campis cum flores legeret puella rapta ſit a patruo (Pollux lib. I.). Epigraphe ſane felicium nuptiarum, qualiſnam eius ſit ſenſus, parum conſentire videtur triſti typo Serapidis, quem ſolitarium comitatur triceps monſtrum Cerberus.

Digitized by Google

56. Similis, ſed Serapis ſedet d. ſuper Cerberum extenſa, s. haſtam. (II.) M. M. D.

XXVII. 57. ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ. Caput laureatum.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ L ΕΝΑΤ. Caput Genii Alexandriae. (II.) *not.*

XXVIII. 58. Alius parum diverſus. (II.).

59. ΕΙΡΗΝΗ. Mulier ſtans d. ſpicas, s. caduceum. In adverſa LΘ. (II.) M. Theup.

60. LI. Caput Iſidis corona radiata & loto inſigne. (II.) Pocock.

61. ΑΥΤΟ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ LI. Caput laureatum.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Caput laureatum. (I.) M. M. D.

62. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟ. Caput nudum.

ΕΠΙ.... Caput Auguſti radiatum. (I.) M. Theup. *not.*

## DOMITILLA.

I.* 1. Caput Domitillae nudum anepigraphon.

LE. Faſciculus ex duabus ſpicis, totidemque papaveribus compactus. (III.)

2. ΦΛΑΟΥΙΑ ΔΟΜΙΤΙΛΛΑ. Caput huius.

Lϛ. Equus currens dorſo ſerpentem arrectum ſuſtinet. (II.) Spanh.

ΔΟΜΙ-

57. Non ut eruditorum virorum, & de re numaria optime meritorum exigua ſecter ſphalmata, ſed ne quis imperitus eorum auctoritati innixus in errorem inducatur, monendum Muſei Theupoli editorem in ſimili numo legiſſe ΣΕΝΑΤ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, niſi forte typographi incuria erratum eſt.

62. Vel ΕΠΙ legi non debuit, vel numus in Alexandrinorum ſeriem non inferri.

Digitized by Google

3. ΔΟΜΙΤΙΛΛΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Caput huius.
L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Aequitas ſedens. (II.) Geſn. ex M. Pfau. *not.*

# TITUS.

I. 1. ΑΥΤ ΤΙΤ ΦΛΑΥΙ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝ ΚΑΙΣ. Caput laureatum.
ΛΑ. Caput Serapidis. (II.).

II. 2. Alius fere ſimilis. (II.).

3. ΛΑ. Caput Iſidis. (II.) M. Muſell.

4. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Typus ut infra n. 15.: in adverſa ΛΑ. (II.) Raſche ex Guſſeme.

5. ΛΑ ΕΥΘΗΝΙΑ. Caput muliebre ſpicis coronatum, cum ſpicis ad pectus. (II.) Morell.

6. ΕΙΡΗΝΗ. Mulier ſtans d. ſpicas, s. caduceum. In adverſa ΛΑ. (II.) M. Theup.

ΛΒ

*Domitilla.*

3. Uxor fuit Veſpaſiano Domitilla, fuit & filia, ſed utraque, ſi Svetonio fides, ipſo adhuc privato deceſſerat. Latini igitur numi qui Divam compellant, vel memoriam celebrant, parum adferunt negotii. Uxori conveniunt filiaeve, nec multum intereſt: matronae tamen tribuerem potius quam infanti. Idem obtinet de numis Alexandrinis anepigraphis, quos Domitillae credo, ceterum pro opinione contendere nolens. Ut enim deorum capita omiſſo nomine exhibentur, ita & fieri poteſt de hominibus inter divos relatis, ex recenti vultus memoria facile dignoſcendis: quid? quod auguſtiores videntur, dum velut boni genii abſque appellatione quo mortales adhuc diſtinguebantur, oculis obiiciuntur. Anni quos habent hi numuli erunt Veſpaſiani a IV ad VIII, ut dictum eſt in Agrippina. Difficiliores, mihi quidem inexplicabiles ſunt bini, quorum alterum protulere Spanhemius in libro *de util. numiſm.*, & Morell. in *Theſ.*, alterum Geſnerus ex Muſeo Pſaviano. Primus habet Flaviam Domitillam velut viventem, omni honoris titulo deſtitutam, ex nomine vero pro Veſpaſiani filia accipiendam. Alter Domitillam Auguſtam, etiam viventem, addito anno ex Flaviorum familia nemini praeter Domitianum congruo. Poterat quidem prior numus temporis invidia male affectus, habuiſſe ΘΕΑ ΦΛΑΟΥΙΑ ΔΟΜΙΤΙΛΛΑ; alter, quod non diſſuadent literarum formae neque aequitatis ſedentis typus, fuiſſe ΑΟΥΚΙΛΛΑϹ ϹΕΒΑϹΤΗϹ: ſed abſit ut de eximiorum virorum dubitem diligentia.

7. LB ΕΙΡΗΝΗ. Mulier ſtans d. ramum, s. caduceum. Triſt.

8. LB. Victoria gradiens. (AR) Pat.

9. LB. ΟΜΟΝΟΙΑ. Mulier ſedens, ut infra. (II.) Morell.

III.* 10. ΑΥΤΟΚ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ ΣΕΒ. Caput laureatum.

LΓ ΟΜΟΝΟΙΑ. Mulier ſedens, d. ramum. (AR).

IV. 11. Eadem adverſa.

LΓ. Protome Victoriae alata. (I.).

V.* 12. ΑΥΤ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ ΣΕΒ. Caput laureatum.

LΓ ΣΑΡΑΠΙΣ. Caput Serapidis ut aſſolet barbatum, modioque ornatum. (AR).

13. LΓ ΝΕΙΛΟΣ. Caput barbatum Nili, ſcirpea corona ut aſſolet decorum: ad humerum adeſt arundo, & planta loti. (AR) M. R. G. *not.*

14. LΓ ΕΥΘΗΝΙΑ. Caput Abundantiae ut ſupra. (II.) Morell.

15. ΣΕΒΑΣΤΟΥ LΓ. Caput Genii Alexandriae. (II.) M. Muſell.

16. LΓ. Accipiter ſtans. (II.) Patin.

VI. 17. ΑΥΤ ΤΙΤ ΦΛΑΥΙ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝ... Caput laureatum.

LΔ. Caput Iſidis. (II.).

18. ΑΥΤ ΤΙΤ ΦΛΑΥΙ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ LΔ. Caput laureatum.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Genius urbis ſtans d. coronam, s. haſtam. (II.) M. Theup.

19. Similis, ſed pro haſta vexillum. (II.) Morell.

20. Victoria gradiens, s. palmae ramum, d. coronam. In adverſa LΔ. (II.) M. Theup.

21. LΔ. Aquila. (II.) Patin.

LE

13. Dum ſimilem numum cum capite radiato dedit Triſtanus, rudiori capillorum forma deceptus eſt.

22. LE. Accipiter. (III.) M. Arig. *not.*
23. Lϛ. Caput Serapidis. (II.) Patin.
24. Lϛ. Caput Iſidis, (II.) Geſn. ex M. Pfau.
25. LH Serapis ſtans d. demiſſa, s. haſtam. (II.) Patin.
26. ΑΥΤΟΚ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑ. Caput laureatum.
ΣΕΒΑΣΤΟΥ L ΕΝΑΤ. Caput Genii Alexandriae. (II.) Morell.
27. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟ ... Caput laureatum:
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤ. Caput Genii Alexandriae. (II.) M. Arig. *not.*
28. Anno incerto, ΕΥΘΗΝΙΑ, Caput muliebre ſpicis coronatum, cum ſpicis ad pectus: pone aſtrum. (II.) Arig.
29. Caput Jovis, quaſi crocodilus ſupra. (II.) Pocock.
30. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Caput Genii urbis. (II.) Morell.
31. ΠΡΟΝΟΙΑ. Figura ſedens. (II.) Patin. *not.*

## DOMITIANUS.

1. LA ΕΛΠΙC CΕΒΑCΤΗ. Spes gradiens. (II.) M. R. G.
2. LA ΝΕΙΚΗ ΣΕΒΑΣΤΗ. Victoria thoraci inſidens d. coronam, s. palmae ramum. (II.) M. R. G.
3. ΑΥΤ ΚΑΙΣ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.



22. Neſcio, quae fides tribuenda nummis Titi annum quarto maiorem proferentibus. Tempus enim, quo patre defuncto ipſe ſolus imperium tenuit in quatuor tantum incidit annos Aegyptios, nummos vero Alexandrinos non tribuniciam poteſtatem a patre cum eo communicatam epocham facere, ſed Auguſti dignitatem poſt patris obitum in eum devolutam, inde evincitur, quod Auguſtum appellant addito anno, quo ſi tribuniciam poteſtatem reſpiceret, tantum Caeſar fuiſſet. At nimis facile eſt patris atque filii numiſmata inter ſe confundere, & fere habeo perſuaſum, cuncta quae ſiſtit catalogus a n. 22 ad n. 27, eſſe Veſpaſiani.

27. Suſpicor hunc numum atque praecedentem diverſos non eſſe a noſtris in Veſpaſiano n. 48, & 49.

31. Lege ΟΜΟΝΟΙΑ.

LA. Harpocrates nudus ſtans. (II.) M. R. G. *not.*

4. LA. Canopus. (I.) M. R. G.

5. LA. Gryphus ſedens cum rota. (III) M. Arig.

6. LA. Equus currens dorſo ſuſtinet ſerpentem. (II.) M. R. G. *not.*

LB.

*Domitianus.*

3. Conſentiunt cum hoc numo Latini complures apud Mediobarbum Germanici cognomen iam a VII inde conſulatu, vel quod idem eſt, a primo imperii anno, exhibentes, ad infringendam Svetonii auctoritatem, qui Domitianum demum poſt actos duos de Germanis triumphos id aſſumpſiſſe refert. Videtur autem titulum ſibi arrogaſſe propter expeditionem, quam vivente patre, Muciano comite, coepit in Germanos, quibus a Cereali domitis, a ſe ne conſpectis quidem Romam reverſus eſt (Tacit. *Hiſt.* 4.). Attamen ſolemnior conſtantiorque huius cognominis uſus in numis incipit ab anno undecimo, dum in praecedentium annorum pecunia ſaepius omittatur, quam perſcribatur. Triumphos enim ſigunt numi commatis Romani ad annos U.C. 838, & 845., qui ſoli gaudent quadrigis triumphalibus, adſcripto vocabulo GERMANICVS. Horum primum Alexandrini in quarti anni moneta celebravere; arcus nimirum typo, quem ex Haimii theſauro exhibemus: unde colligo eum actum eſſe vere anni 838, in quo conveniunt conſulatus ſeptimus & annus Aegyptiorum IV. Poſtea memoriam eius reſtituerunt annis VI & VIII novarum forte victoriarum occaſione: quod enim de Sarmatis imperator lauream obtulit Iovi Capitolino, anno VIII eveniſſe ex variis eius anni typis victoriam teſtantibus coniicio. Quadrigae triumphales ante annum XI, quo ſiſtit Muſ. Reg. Galliae, vel X, ſi fides eſt Patino, in numis Alexandrinis non apparent. Triumphavit Domitianus iterum de Germanis & Cattis dum conſulatum ageret XVI, qui in annos Aegyptiorum cadit XI & XII, decimum nullo pacto attingit; unde vix mihi perſuadeo quadrigas triumphales in Alexandrina moneta hactenus non viſas hoc anno, quo triumphatum non eſt, prima vice eſſe ſignatas. Qui ſerius exhibentur arcus & currus nihil ſignificant, niſi ut rei memoriam reſtituant; eodem modo quo Domitianus Ianos arcuſque cum quadrigis & inſignibus triumphorum per urbis regiones tantos & tot exſtruxit, ut taedium caperet aſpicientes, & cuidam graece inſcriptum ſit arcui *αρκει*. Sic etiam ab hoc inde tempore quadrigae in numis nimia frequentia vileſcere incipiunt, neque amplius triumphorum teſtes eſſe. Nam in Traiano qui duo, in Hadriano qui nullum triumphum egit, ſingulis fere annis cum in Romana, tum in Alexandrina moneta repetitae offenduntur. Adiicere libet Plinii Panegyriſtae de triumphis Domitiani iudicium, Dionis narratione eximie comprobatum: Imperii noſtri, ait, pulſi fugatique non aliud maius habebatur indicium quam ſi triumpharetur.

6. De typo ex ſecretiore ut videtur Aegyptiorum, ſcriptura accerſito alio loco dicere propoſitum eſt (v. *Veri* num. 88.), praeterea de variis aliis typis in moneta Alexandrina ante Domitianum non viſis aliquando erit diſputandum. In his nobiliores Harpocrates, Sphinx, Iſis velifica, Ammonis caput, Serapeum, Pharus. Res enim Aegyptiae poſt Veſpaſiani Alexandriae praeſentiam maioris habe-

7. LB. Serpens aſſurgens inter herbam, & caduceum. (II.) M. Farn.

I. 8. ΑΥΤ . . . ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ. Caput laureatum.
LB. Sphinx decumbens cum calantica in capite, & vipera ſupra frontem. (III.)

9. LB. Accipiter ſtans. (IV.) M. Theup.

II. 10. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
ΕΤΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΥ. Aquila ſtans. (II.)

11. LB. Templum diſtylon, in quo imperator ſtat ad aram, s. haſtam. (I.) M. Theup. *not.*

12. LB. Serapis ſtans d. ſupra ſacellum, s. haſtam, intra templum diſtylon. (I.) M. R. G.

13. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΥ ΣΕΒ. Caput laureatum.
ΕΤΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΥ. Caput Serapidis. M. Caeſ.

III. 14. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
ΕΤΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΥ. Caput Iſidis. (II.)

IV. 15. Eadem adverſa.
ΕΤΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΥ. Caput Genii Alexandriae. (II.).

16. LB. Currus a centaurorum biga tractus. (II.) Mor. ex M. R. Gall. *not.*



haberi coeptae ſunt, unde audaciores facti Alexandrini ſacra ſua & ornamenta monetae profuſe intulerunt, eodem tempore triumphos alioſque typos pro imperatorum gloria facientes e Romana pecunia mutuantes. Domitianus ideo praeſertim faviſſe videtur Aegyptiis, quod bello Vitelliano cum noctu in Capitolium confugiſſet, mane Iſiaci celatus habitu inter ſacrificulos trans Tiberim evaſerat (Sveton.). Et conſtat eius iuſſu inſtaurata eſſe Iſium atque Serapeum in Campo, ultimo Titi anno una cum Pantheo aliiſque templis ingenti incendio aſſumpta (Dio 66, 24. Euſeb. *in Chron. Eutrop.* L. 7.). Sed de hac re adeas notam ad Caracallae n. 33.

11. Vereor ne idem ſit ac ſequens.

16. Centauris vectum vidimus Liberum, at quid Libero cum tetro Domitiano, qui ipſe iuſſit vineas excidi? Sed coniicio typum pompas Circenſes reſpicere, quibus multum indulgebat imperator; adeo ut aurigarum duo genera adiungeret, eorumque unum aureum, alterum argenteum vocaret (Dio l. 67. & Martial. 14, 55.). Habet Patinus in theſauro numum Domitiani conſulatum XVII prae ſe ferentem, cuius averſa: SC Imperator in bigis centaurorum.

Digitized by Google

17. LΓ ΝΕΙΚΗ ΣΕΒΑΣΤΗ. Victoria ſedens. (II.) Mor. *not.*

V. 18. ΑΥΤ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ ΓΕΡ. Caput laureatum.
LΓ. Gryphus ſedens, pedem rotae imponit. (III.).

VI. 19. Adverſa, ut n. 14.
ΕΤΟΥΣ ΤΡΙΤΟΥ. Aquila ſtans. (II.).

VII. 20. Alius parum diverſus. (II.).

VIII. 21. Eadem adverſa.
ΕΤΟΥΣ ΤΡΙΤΟΥ. Caput Serapidis. (II.).

IX. 22. Eadem adverſa.
ΕΤΟΥΣ ΤΡΙΤΟΥ. Caput Iſidis. (II.).

23. Similis, ſed ΥΟΤΙΡΤ ΣΥΟΤΕ. (II.) Mor.

X. 24. Adverſa, ut n. 14.
ΕΤΟΥΣ ΤΡΙΤΟΥ. Caput Genii Alexandriae. (II.).

25. ΕΤΟΥΣ ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Caput Genii Alexandriae. (II.) M. Theup.

26. LΔ. Genius Alexandriae ſtans d. coronam, s. haſtam. (II.) M. Arig.

27. ΕΤΟΥΣ ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Caput Iſidis. (II.) Mor.

28. ΕΤΟΥΣ ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Caput Serapidis. (II.) Mor.

29. LΔ. Canopus. (II.) M. R. G.

30. LΔ. Sphinx decumbens. (II.) M. Farn.

31. ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ. Caput laureatum.
LΔ. Hippogryphus cum rota. (IV.) M. Theup.

32. ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ. Caput laureatum.
ΘΕΟΣ ΟΥΕΣ ... LΔ. Hippogryphus cum rota. (IV.) M. Theup. *not.*

33. LΔ. Accipiter palmae ramo inſiſtens, capite loti flore inſigni. (II.) Pocock.

34. ΕΤΟΥΣ ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Aquila. (II.) M. Farn.

35. LΔ. Victoria gradiens. (II.) M. Theup.

LΔ

17. Novus in Alexandrina moneta loquendi modus, mutuo acceptus ex numis Romani commatis: Victoria Auguſta, Spes Auguſta, Minerva Auguſta, Fortuna Auguſti: ſed qui Domitiano imperante adoptatus, poſt eius tempora mox in diſſuetum abiit.

32. Pro ΘΕΟΣ ΟΥΕΣ ... mallem ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ... ut poſticae epigraphe foret anticae continuatio.

Digitized by Google

36. LΔ ΝΕΙΚΗ ΣΕΒΑΣΤΗ. Victoria ſedens. (II.) M.R.G.
37. LΔ. Arcus triumphalis trium fornicum, ſupra quem figura in ſexigis, hinc inde tropaeum cum captivis. (II.) Haym.
38. ΕΤΟΥΣ ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Arcus. Pat. ex M. Moroſ.
39. LΔ. Turris, ſive Pharos. (I.) Pocock.
40. LE. Spes gradiens. (II.) M. Arig.
41. LE. Caput Iſidis. M. Ver.
42. ΕΤΟΥΣ ΠΕΜΠΤΟΥ. Caput Iſidis. (II.) Patin.
43. ΕΤΟΥΣ ΠΕΜΠΤΟΥ. Caput Serapidis. (II.) Pat.
44. ΕΤΟΥΣ ΠΕΜΠΤΟΥ. Caput Ammonis. (II.) M. Farn.
45. LE. Accipiter ſtans. (III.) Mor.

XI.* 46. Adverſa, ut n. 14.
LE. Apis diſco inter cornua, luna creſcente in latere inſignis, circa collum ſerto ornatus, ſtat ad aram frugibus onuſtam. (II.).

XII. 47. ΑΥΤ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ... LE. Caput laureatum.
Gryphus ſedens pedem anteriorem s. rotae imponit. (III.).

XIII. 48. Alius fere ſimilis. (III.).
49. Lϛ. Gryphus cum rota. (III.) M. Muſell.
50. Lϛ. Ibis. (III) Mor.
51. Lϛ. Apis ſtans ad aram. (II.) M. Arig.
52. ΕΤΟΥΣ ΕΚΤΟΥ. Caput Ammonis. (II.) M. M. D.
53. Lϛ. Arcus triumphalis trium fornicum multis figuris ornatus: in ſummo arcu quadrigae inter ſingula tropaea cum captivis. (II.) M. M. D.
54. LZ. Imperator eques. (II.) Hard. ex M. Chamill.
55. LZ. Elephas. (II.) Mor. *not.*

XIV. 56. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ LZ. Caput laureatum.
Gryphus ſedens pedem anteriorem s. rotae imponit. (III.).

ΚΑΙϹΑΡ

55. Ludos ſaeculares innui cenſeo, qui facti Palilibus A. U. C. 841. in ſeptimum imperii annum incidunt ex Aegyptiorum calculo.

XV. 57. ΚΑΙϹΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ LZ. Caput laureatum.
Accipiter ſtans cum tutulo in capite. (III.)

XVI. 58. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΔΟΜΙΤ ϹΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.
LZ. Apis ſtans ad aram. (II.).

59. ΕΤΟΥΣ ΕΒΔΟΜΟΥ. Caput Iſidis. (II.) Morell. ex M. R. Gall.

60. ΕΤΟΥΣ ΕΒΔΟΜΟΥ. Caput Ammonis cum globo in vertice. (III.) M. Theup.

XVII. 61. Adverſa, ut n. 14.
LH. Accipiter ſtans, ut aſſolet. (III.)

62. LH. Gryphus cum rota. (III.) M. Muſell.

63. LH ΤΥΧΗ ΣΕΒΑΣΤΗ. Fortuna ſtans. (II.) Morell. ex M. R. Gall.

64. ΑΥΤ ΚΑΙ ΘΕΟ ΥΙΟϹ ΔΟΜΙΤΙΑ... Caput laureatum.
LH. Victoria gradiens. (I.) M. Theup.

65. LH. Victoria in bigis lentis. (I.) Morell.

66. LH. Tropaeum. (III.) M. Arig.

67. ΕΤΟΥΣ ΕΝΑΤΟΥ. Aquila fulmini inſiſtens. (III.) M. Theup.

XVIII. 68. Adverſa, ut n. 14.
L ΕΝΑΤ. Apis ornatus ut ſupra ſtat ad aram. (II.)

69. ΕΤΟΥΣ ΕΝΑΤΟΥ. Caput Iſidis. (II.) M. Farn.

70. L ΕΝΑΤ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. Mulier tutulata ſtans d. pateram, s. haſtam. (III.) Mor. *not.*

71. LI ΑΘΗΝΑ ϹΕΒΑϹΤ. Pallas ſtans d. ſpicas, s. clypeo innixa. (I.) M. Theup. *not.*

LI.

70. Iuſtitiae amatorem prae ceteris ſe iactabat Domitianus (Sveton.).

71. Opportune Minerva Auguſta anno quo decennalia imperii celebrata ſunt, numis Alexandrinis infertur. Conſtat enim Domitianum prae ceteris diis velut numen ſibi tutelare coluiſſe Palladem, qua in Romana ipſius pecunia nihil eſt ſolemnius. Convertit domum, in qua natus erat, in templum Minervae Flavianae, quod recenſet Victor in regione urbis VII ad malum Punicum; quinquatria vero quotannis magnifice celebravit, exhibens certamina poetarum, oratorum, gladiatorum in Albano, quem locum ab Albano monte, ſub quo erat, ita cognominatum tamquam arcem aliquam elegerat (Dio l. 67., Sveton. c. 1., Martial. 9, 2.). Narrat Philoſtratus Tarentinum quemdam magiſtratum ideo accuſatum eſſe, quod ſacrificans publicis precibus non addidiſſet Domitianum Minervae filium (*vita Apollon.* 7, 27.).

Digitized by Google

72. LI. Mulier ſtans d. facem, s. ſpicas. (III.) M. Theup.

73. LI. Iſis velum explicans. (II.) M. Caeſ.

XIX. 74. ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.

ΕΤΟΥΣ ΔΕΚΑΤΟΥ. Caput Serapidis. (II.).

75. LI. Caput Ammonis cum globo. (II.) M. Bracc.

76. LI. Harpocrates ſtans cum flore in capite, d. ori admovet, s. gerit cornucopiae. (III.) M. Theup.

XX. 77. ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC. Caput laureatum.

LI. Canopus cum flore praegrandi in capite, & barba more Aegyptio contorta, abſque calantica, ſed cincinno inſignis, & linteo indutus. (III.).

78. LI. Pharus. (II.) Morell.

79. LI. Delphin ancorae circumvolutus. (III.) M. Arig.

80. ΑΥΤ ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤ CΕΒ ΓΕΡΜ. Caput radiatum.

LI. Serpens arrectus cum loto ſupra caput. (III.) M. Caeſ.

81. LI. Equus currens dorſo ſerpentem ſuſtinet. (III.) M. Caeſ.

82. LI. Imperator in quadrigis triumphalibus. Pat. *not.*

83. LIA. Imperator in quadrigis triumphalibus. (II.) M. R. G.

XXI.* 84. ΑΥΤ ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤ CΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum cum gorgone ad pectus.

LIA. Victoria armorum congeriei inſidens d. tenet coronam, s. palmae ramum. (II. fere I.)

85. LIA ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Mulier ſtans d. extenſa (forte cum bilance), s. cornucopiae. (II.) M. Farn.

86. LIA ΕΛΠΙC CΕΒΑCΤΗ. Spes gradiens. (II.) M. Farn.

XXII.* 87. ΑΥΤ ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤ CΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.

LIA ΤΥΧΗ CΕΒΑCΤ. Mulier tutulata ſtans d. temonem, s. cornucopiae. (II.).

LIA

82. Feſtinatio Patinii in numis deſcribendis ſuſpicionem iniicit, huncce numum temporum ſupputationi haud facile conciliandum eundem eſſe cum eo, quem mox ſiſtimus ex M. R. Gall. Inſpice notam ad n. 3.

88. LIA ΕΥΘΗΝΙΑ. Mulier ſedens d. ſpicas, s. haſtam. (II.) M. Bracc.

89. LIA. Ciſta cum ſpicis & papaveribus, hinc & inde fax. (IV.) M. Theup.

90. LIA. Faſciculus quatuor ſpicarum intermedio caduceo. (III.) Mor.

91. LIA. Mulier gradiens d. caduceum, s. facem. (II.) M. Farn.

92. LIA. Iſis velum explicans. (II.) Mor.

93. LIA. Pharus. (II.) M. Farn.

94. LIA. Canopus. (III.) Mor.

95. LIA. Harpocrates nudus ſtans ut infra. (II.) M. Arig.

XXIII.* 96. Adverſa, ut n. 86.
LIA. Hercules ſtans d. demiſſa gerit clavam, s. exuvias leonis. (III.) *not.*

XXIV.* 97. Eadem adverſa.
LIA. Ara quadrata ardens vittis ornata. (III.).

XXV.* 98. Eadem adverſa.
LIA. Sphinx decumbens, calantica, & vipera fronti impoſita inſignis. (III.)

XXVI. 99. Alius parum diverſus. (III.).

100. ΚΑΙϹΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ. Caput laureatum.
LIA. Serpens arrectus cum flore ſupra caput. (IV.) M. M. D.

Adver-

*96.* Praeter triumphum hoc anno actum, de quo ſupra diximus, & ad quem typi Fortunae, Victoriae, Herculis, Arae, videntur referendi, aliam Alexandrinis publicam felicitatem hoc anno eveniſſe ex numorum varietate & elegantia coniicio, quibus omnium annorum praecedentium monetam longe antecellunt; forte inundationem Nili ſolito largiorem, & uberiorem frugum proventum, Abundantiae ſigno atque attributis, quae complures huius anni numos occupant, indicatum. Sunt praeterea in typis qui ludos reſpicere videntur, rhinoceros quidem & elephas circenſes, delphin vero navales, cuius generis Domitianum edidiſſe magnificos narrat Svetonius: Alexandrini pro more delicias principis numis ſuis celebraverunt. Dum vero adverteris in Traiano etiam Hadrianoque undecimum annum pro reliquis abundare pecunia, facile cogitabis de ſolutis imperii decennalibus.

Digitized by Google

XXVII.* 101. Adverſa, ut n. 86.
LIA. Equus currens dorſo ſuſtinet ſerpentem criſtatum arrectum. (II.).
102. LIA. Elephas. Pat. ex M. Moroſ. (II.) Pocock.
XXVIII.* 103. Adverſa, ut n. 86.
LIA. Rhinoceros. (III.)
104. LIA. Aquila ſtans. (III.) Morell.
XXIX. 105. Caput Domitiani laureatum anepigraphon.
LIA. Ibis ſtans. (IV.)
XXX.* 106. Adverſa, ut n. 86.
LIA. Delphin ancorae circumvolutus. (III.).
107. LIB. Serpens arrectus inter ſpicam, & caduceum. (III.) M. Theup.
108. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΘΕΟ ΥΙΟϹ ΔΟΜΙΤ ϹΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.
LIB. Cippus, ſupra quem noctua inter duos ſerpentes. (II.) M. Caeſ. *not.*
XXXI. 109. Adverſa, ut n. 86.
LIB. Harpocrates nudus ſtans d. ori admovet, s. cornucopiae tenet, & ſimul columellae innititur. (II.)
110. LIB. Victoria gradiens. (II.) M. Arig.
111. LIB. Imperator in quadrigis triumphalibus: (II.) M. Arig.
112. LIB. Aquila alis explicatis ſtans. (II.) M. R. G.
113. LIΓ. Idem typus. (III.) M. Caeſ.
114. ΑΥΤΟΚΡΑ LIΓ. Aquila ſtans. (II.) Mor.
115. ΑΥΤΟΚΡΑ LIΓ. Serpens. (II) Hard. ex M. Fouc.
116. LIΓ. Serpens arrectus inter papaver & caduceum. (II.) M. Arig.

H LIΓ

108. Singularis ſerpens Palladem comitari ſolet: binos hic cum noctua coniunctos Cereris cum Minerva conſortium indicare reor. Res enim haec vehementer ex Aegyptiorum ingenio, quos Domitiani anno decimo ſpicarum faſciculum Minervae in manum tradere vidimus.

Digitized by Google

117. LIΓ ΗΛΙΟΣ ΣΑΡΑΠΙΣ. Serapis ſtans palliatus, d. elata, s. haſtam. (II.) Pell. *not.*

118. ΑΥΤΟΚΡΑ LIΓ. Diana venatrix. (II.) Patin.

XXXII.* 119. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΘΕΟΥ ΥΙΟϹ ΔΟΜΙΤ ϹΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.

LIΓ. Imperator d. elata, s. tenens ſceptrum cum aquila ſtat in bigis centaurorum, quorum alter d., alter s. ſingulas victoriolas ſuſtinent. (I.)

120. LIΔ. Typus, ut in praecedente. (I.) M. Taurin.

121. LIΔ. Mulier ſtans d. haſtam, s. ſpicas. (II.) Mor.

122. LIΔ. Canopus. (II.) Mor.

123. LIΔ. Apis ſtans ad aram. (II.) Geſner. ex M. Fromon.

XXXIII. 124. Epigraphe detrita. Caput laureatum.

LIΔ. Accipiter tutulatus ſtans. (III.)

125. LIΔ. Crocodilus. (II.) M. Caeſ.

126. LIΔ. Hippopotamus. (II.) Mor.

127. LIΔ. Elephas gradiens. (IV.) M. Verità.

128. LIΔ. Pharus. (II.) Mor.

129. LIΔ. Arcus triumphalis, ut mox infra. (I.) Begerus.

130. ΑΥΤ ΚΑΙ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΔΟΜΙΤ ΣΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.

LIE. Arcus trium fornicum, ſupra quem Imperator in quadrigis, hinc inde tropaeum cum captivis. (I.) M. Theup.

131. Eadem adverſa.

LIE. Currus tractus a quatuor elephantibus, in quo Imperator togatus d. ramum ſuſtinet, s. ſceptrum cum aquila; ſupervolat Victoria. (I.) M. R. G.

132. LIE. Imperator in quadrigis triumphalibus. (I.) M. R. G.

LIE.

117. Serapidem a multis pro Sole acceptum eſſe, tritum eſt. Adeatur Macrobius.

133. LIE. Equus currens dorſo ſuſtinet ſerpentem. (II.) Mor.

134. LIE. Pharus cum adpulſa ſcapha. (II.) M. Arig.

135. LIς ΕΥΘΗΝΙΑ. Mulier tutulata ſtans d. ſpicas; s. cornucopiae. (II.) M. Arig.

136. Abſque anno. Duo iuvenes volitante amiculo tenus nudi ſtant adverſi, alternis manibus globos tenentes, alternis ſerta alter alterius capiti imponentes. (I.) Vignolius. *not.*

## DOMITIA.

1. ΔΟΜΙΤΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput huius.
   ΑΥΤ ΚΑΙΣ ΔΟΜΙΤ ΣΕΒ ΓΕΡΜ LE. Caput laureatum. (III.) M. M. D. *not.*
2. ΔΟΜΙΤΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput huius.
   ΑΥΤ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum. (II.) Geſn. ex M. Fromon., & Patinus.
3. ΔΟΜΙΤΙΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput huius.
   ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC. Caput laureatum. (IV.) Hard. ex M. Fouc.

## NERVA.

1. ΑΥΤ ΝΕΡΟΥΑΣ ΚΑΙΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
   LA. Serpens criſtatus arrectus, hinc caduceus, inde ſpica. (AR) M. R. G. (II.) M. Caeſ.
2. LA. Aquila inſiſtens fulmini. (II.) M. Theup. (AR) M. R. G.
3. LA. Caput Serapidis. (AR) M. R. G.

H 2 ΑΥΤ

136. Exhibet Vignolius in diſſert. de primo anno Alexandri imp. decerptum e ſylloge numiſmatum antiquarum Londini edita, & Aegypto tribuit, ſed qua ratione fultus neſcio.

*Domitia.*

1. Unicus quem offendi Domitiae numus certo in Aegypto percuſſus.

Digitized by Google

4. ΑΥΤ ΚΑΙΣ ΝΕΡΟΥΑΣ ΣΕΒ. Caput laureatum.
LA. Aequitas ſtans d. bilancem, s. cornucopiae. (AR) M. Ennery.

5. LA. Victoria gradiens d. coronam, s. palmae ramum. (AR) M. R. G. *not.*

6. LA. Figura ſtans. (AR) Pat.

7. .... ΝΕΡΟΥΑΣ ΣΕΒΑ LA. Caput laureatum.
ΚΡΑΤΗΣΙΣ. Hard. ex M. Fouc. *not.*

## TRAIANUS.

I.* 1. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝ ϹΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.
LA. Nilus decumbens ſupra crocodilum, s. tenet arundinem, d. cornucopiae, cuius ſummitati inſidet parva figura, d. ramum, s. protenſa velut numerum ΙϚ, qui in area adeſt, indigitans. (I.) *not.*

LA.

*Nerva.*

5. Quaereret aliquis quam victoriam ſignificet numi iſtius typus? Conſtat Nerva imperante binas eſſe reportatas, at neutri convenit numus. Nam ſi reſpiceret victoriam Traiani de Suevis, in adverſa additus foret Germanici titulus, ex Alexandrina Nervae moneta omnino exulans: ſi vero aliam de Pannoniis, cuius nuntium accepit Nerva eadem qua adoptavit Traianum die, praeter Germanici cognomen annum ſecundum ut exhiberet neceſſe erat. At iam ſupra monuimus, huius generis typos non ſemper eſſe hiſtoricos.

7. Annum ſecundum in moneta Aegyptia nondum conſpicere obtigit, neque Germanici cognomen, quod habent numi commatis Romani, quodque ſibi & patri meruerat Traianus debellando Suevos, ut teſtatur epigramma apud Rubenium *in numos Arſchot.* 33, 7.

*Traianus.*

1. Obvia fuerat Nili protome in numis a primo inde anno Claudii principis, at figura integra, quam ſiſtit numus noſter, una cum altero ſimili in Muſeo Regis Galliae, decumbentem cum comite crocodilo & adſcripto ſacro cubitorum numero, monetae nondum fuerat inlata. Hoc nunc caſu pro monetarii lubitu factum eſſe, ſive certo conſilio ad innuendam rem geſtam vel principis, vel praefecti, in tanta hiſtoriae inopia difficile erit indagare. Nilum ſub initio Traiani parcius fluxiſſe ſcimus ex Plinii panegyrico (c. 27.); unde nata in Aegypto penuria mox imperatoris providentia eſt ſublevata. Coniiceret aliquis Aegyptios hac calamitate preſſos crebros egiſſe dies feſtos ad irati dei indignationem leniendam, & ſolitam liberalitatem evocandam. Nova ſacra inſtituta, nova dona offerta, nova celebritas: facile eſt has res etiam monetae

2. LA. Serpens arrectus inter caduceum, & ſpicam. (III.) M. M. D.

LA.

netae praefectis perſuaſiſſe, ut fluvii ſimulacrum in numis honorarent. Praeterea advertere iuvat in Latinis numis primos qui mentionem habent de Nilo, primos quoque poſt Auguſtum qui Aegyptum loquuntur, imperante Traiano eſſe procuſos. Exhibet Mediobarbus alterum ad A. U. C. 854. cum Nili decumbentis figura adſcripto nomine NILVS & epocha TR. P. IIII. IMP. II. COS. IV., alterum ad 860, in quo prope Nilum decumbentem cernitur imperator eques comitantibus tribus legionariis, tempus vero ſolo conſulatu quinto definitur. Scriptores rerum geſtarum nullo alio aevo quam a Nerva uſque ad Commodum ſteriliores, forte quod quae criminarentur non inveniebant, de Aegypto ſub Traiano nihil proditum reliquere, ſi demas confuſam Iudaicae rebellionis narrationem. At numi Aegyptii eo imperante ingenti numero procuſi ut antea nunquam, maioris praeterea varietatis & elegantiae, & complurium urbium nominibus inſigniti, procul dubio auctam huius provinciae felicitatem indicant: typi vero, exceptis qui Serapidem ceteroſve deos loquuntur, vel imperatoris triumphos, cuncti fere Nilum reſpiciunt vel ſoli ubertatem. Novi quid eveniſſe circa Aegypti fluvium pro certo habeo: novae foſſae ductae, novi aggeres extructi, regionis proventus auctus, commercium ſublevatum. Lumen numis adfert & petit ab iis viciſſim obſcurus Ptolemaei locus, qui olim non parum me exercuit. Habet enim in Heliopolitae nomi deſcriptione Traianum amnem per Babylona Heroopolin ductum, quo intelligi mavult Anvillius opus ab Hadriano factum, atque in adoptionis honorem Traiani nomine decoratum, tum quod apud ſcriptores nulla extet memoria Traiani in Aegypto, tum quod Golius in Alferganum prodat Hadrianum amnem Cairum perfluentem. At mihi a veri ſpecie nimis recedere viſum eſt, Hadrianum qui Traiani, quid? quod omnium mortalium gloriae detrahere ſtudebat, operi a ſe perfecto patris nomen indidiſſe: quod vero adtinet ad Golii indicium, viatorem, qui varias terras neque plane indiligens peragravit, non fugit vulgus vetuſtarum rerum nomina ſaepe ſaepius invertens atque confundens, nec vulgares errores haud raro in conſuetudinem abeuntes, & veram rei memoriam elevantes. E contra Nervae Traiano vindicant amnem Babylonicum numi, quos citavi, quoſque caſu ſignatos eſſe nulla eſt credibilitas, effoſſum docentes iis annis, qui medii ſunt inter tribuniciae poteſtatis annum III, & VI imperatoris conſulatum, i. e. inter A. U. C. 853, & 867., vel imperii ſecundum Aegyptiorum calculum III, & XVII. Prior numus certam & praefinitam habet epocham, cum conſulatu coniungens tribuniciam poteſtatem, neque amplius octo menſibus cum dimidio complectitur. At cum poſterior inter annos 857, & 866. vagetur, ad ſingularem annum deprehendendum anſam praebet nomorum pecunia, quae anno imperii XIII, qui eſt urbis 862, & 863. cudi coepta perducti canalis epocham ſtatuere videtur. Nam nemini abs re viſum iri confido, inclytum opus, quo imperator Seſoſtridis famam aequabat, a variis Aegypti populis maximopere fuiſſe celebratum, & publicam laetitiam praeter alia documenta etiam monetam hactenus non uſitatam hac prima vice procudendam ſuaſiſſe. Igitur ex binis numis Romani commatis, qui Nilum exhibent, alterum operis initium, alterum terminum indicare reor; ut coepta ſit foſſa anno U. C. 854, qui

3. LA. Victoria gradiens. (II.) M. Theup.
4. LB. Victoria gradiens. (IL.) M. M. D.
5. LB. Imperator in quadrigis. (II.) M. R. G.
6. LB. Imperator militari habitu ſtans, d. haſtam, s. parazonium. (I.) M. Bracc. *not.*
7.*a* LB. Nilus decumbens cum crocodilo. (I.) Geſn. ex M. Pfau.
7.*b* LB. Templum diſtylon, in quo Serapis ſtans d. ſuper aram, s. haſtam. (I.) M. Theup.

II. 8. Caput Traiani anepigraphon.
LB. Ibis gradiens. (IV.)
9. LΓ. Mulier nuda deſinens in piſcem, d. tubam, s. cornucopiae. (I.) M. Theup. *not.*
10. LΓ. Tropaeum. (I.) M. Ainsley.
11. LΔ. Aedificium inſigne ſine columnis. (I.) Pocock.
12. LΔ. Fortuna ſtans. (I.) M. Theup. *not.*
13. LΔ. Nilus decumbens cum crocodilo, d. cornucopiae, s. arundinem, in area Iς. (I.) M. R. G.
14. LΔ. Caniſtrum frugum ſupra columnam, hinc inde ſerpens erectus. (I.) M. Theup. *not.*

LΔ.

qui ex indicio TR. P. IV eſt Aegyptiorum IV, abſoluta ut diximus anno XIII, vel obſtaculorum difficultate, vel ut fieri amat, praefectorum incuria & operariorum nequitia in nonum vel decimum annum producta.

4. 5. 6. Forte reſpiciunt adventum Auguſti e Germania Romam, qui cum ab omnibus triumphali pompa dignus haberetur, pedibus urbem ingreſſus eſt. Hoc factum eſſe A. U. 852, qui eſt Aegyptiis II, & III, ex Plinii panegyrico collegerunt eruditi. Ait enim imperatorem conſulatum anni 852 recuſaſſe quod abſens gerere nequiret, mox vero eum eodem anno comitiis conſularibus candidatum interfuiſſe. Attamen mirum videtur Traianum rebus tam vehementer urgentibus a Nerva Caeſarem renuntiatum, atque in deficientis ſenis auxilium vocatum, adventum ſuum in ſecundum annum diſtuliſſe, (Fabrett. *de col. Traian.* p. 271.)

9. Subſtituendum conieceram Harpocratem in crocodilum deſinentem d. verſus os elata; ſed quid obſtat quin Aegyptii, quos tot Graecorum fabulas monetae ſuae intuliſſe novimus, etiam Nereidem, qualis picta eſt in numis tetradrachmis Corcyraeorum exhibuerint?

12. Fortunam ſecundam precantur Alexandrini imperatori hoc anno adverſus ingruentes Dacos profecto.

14. Eleuſinia myſteria in Attica Cereri, in Aegypto Iſidi dedicata.

Digitized by Google

15. LΔ. Serpens erectus, ante quem ſpica & papaver, pone eum caduceus. (III.) M, Theup.
16. LΔ. Caput Serapidis. (II.) M. Farn.
17. LE. Serpens aſſurgens inter caduceum & ramum. (II.) M. Farn.

III. 18. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝ ϹΕΒ ΓΕΡΜ. Caput radiatum.
LE. Caput Nili arundine coronatum; ante pectus cornucopiae, pone arundo. (AR).
19. LE. Canopus. (II.) Pat.
20. LE. Aquila fulmini inſiſtens. (II.) M. Theup.

IV. 21. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝ ϹΕΒ ΓΕΡΜ. Caput laureatum.
LE. Victoria gradiens d. elata coronam, s. palmae ramum. (AR).
22. LE. Tropaeum inter captivos. Pat. ex M. Moroſ.
23. LE. Imperator in quadrigis lentis. (I.) M. Bracc.

V. 24. Adverſa, ut n. 21.
LE. Imperator in quadrigis elephantorum. (I.)
25. Lϛ. Imperator in quadrigis lentis. (II.) M. Farn.
26. Lϛ. Aquila fulmini inſiſtens. (II.) M. Theup.
27. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ ϹΕΒ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟϹ ... Caput laureatum.
LZ. Iuppiter ſedens d. Victoriolam, s. haſtam; pro pedibus aquila. (I.) M. Theup.
28. LZ. Elephas ſtans. In adverſa caput anepigraphon. (IV.) M. R. G. *not.*

VI. * 29. Caput Traiani laureatum anepigraphon.
LZ. Flos triceps cum calyce & ſcapo. (IV.) *not.*
30. LH. Caput Genii Alexandriae. (II.) Patin.
31. LH. Accipiter ſtans. (III.) M. Arig.

ΑΥΤ

28. Ludi, quos poſt primum de Dacis triumphum, ad quem ſpectant numi n. 21, 24 magnificos edidit.

29. Vide notam ad Hadriani n. 289. & 290.

32. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ ϹΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum.
LH. Caput Iovis diadematum. (II.) M. Theup. *not.*

VII. 33. Adverſa, ut n. 21.
LH. Mulier ſellae inſidens d. elata tenet ſpicas, s. duplex cornucopiae. (I.).

34. LΘ. Typus Abundantiae, quae d. aliquid tenet, s. cornucopiae. (AR) Pocock.

VIII. 35. Adverſa, ut n. 21.
LENATOY. Serapis ſedens, ut aſſolet, adſtante cerbero: ſellae ad humeros inſiſtit Victoriola. (I.).

36. LI. Mulier ſellae inſidens, d. ſpicas protendit ſuper aram, s. haſtam tenens cubitoque ſphingi alatae innixa. (I.) M. Arig. *not.*

37. LI. Nilus decumbens, d. arundinem, s. cornucopiae. (I.) M. Bodley.

38. LI. Caput Nili. (II.) M. Farn.

39. LI. Caput Serapidis. (II.) M. Farn.

40. LI. Serapis ſedens d. porrigit papaver animali pro pedibus adſtanti, s. haſtam. (I.) M. Caeſ.

IX. 41. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum.
LI. Serpens arrectus. (AR).

42. LI. Sphinx. Pocock.

43. LI. Gryphus ſedens cum rota. (III.) M. Verità.

44. LI. Aquila fulmini inſiſtens. (II.) M. Theup.

LIA

32. Primus nummus Alexandrinus Dacici cognomen exhibens, dum Romani commatis moneta VII tribuniciae poteſtatis anno id adiicere incipiat. Convenit autem iſte annus cum VIII Aegyptiorum a die 30. Auguſti uſque ad diem 18. Septembris anni 856, unde conſequitur hoc honoris nomen Traiano aeſtate iam adulta eſſe decretum, ſaltem Alexandriae ante Septembrem menſem, & coeptum annum VIII non innotuiſſe. Veriſimile eſt eodem hoc anno de Dacis eſſe triumphatum, etſi diſſentiunt inter ſe chronologi, numi vero annis praecedentibus paſſim exhibent victorias, tropaea, arcus, quadrigas.

36. Aegypti Genius, ſin mavis ſimbolum ubertatis terrae Niliacae. Sphingem, quae in reliquis numis, ubi Aegypti Genio adiacet alis deſtituitur, neſcio qua fide alatam exhibet iconiſmus.

Digitized by Google

45. LIA. Aquila fulmini inſiſtens. (II.) M. Farn. *not.*
46. LIA. Apis ſtans ad aram. (II.) M. Arig.
47. LIA. Serpens arrectus inter ſpicas. (II.) M. Farn.
IX. * 48. AT.... AIA CEB ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum cum paludamento ad collum.

I LIA.

45. Ab anno Traiani XI tertia inchoat monetae Alexandrinae periodus, omnium quot exſtitere ſplendidiſſima, coepta ut videtur a decennalibus imperii, quos ab Aegyptiis impenſe celebratos iam ad Domitiani numos coniecimus. Ad haec uſque tempora typi ad imperatorum geſta, deliciaſve adludentes, praeter aliquot paucos cultum Serapidis, vel provinciae fertilitatem praedicantes, univerſas fere numorum areas occupaverant: nunc vero iſtis retentis ingens praeterea fabularum varietas pecuniam decorat, deſumpta tum ex Aegyptia traditione, tum e Graeca, tum e novo philoſophorum ſyſtemate, quo omnes omnium gentium religiones commixtae traducebantur ad rerum naturalium ſignificationes. Provenit inde numorum ſeries, cui vix alia comparanda, ſive hiſtoriam ſpectes, cui anni typis adſcripti tot exiſtunt cardines, neque veterum diſſonantia, neque recentiorum ratiociniis dimovendi, ſive ſpectes mythologiam, ſive temporum indolem, qua ingentes praeparantur rerum mutationes. Simile quid accidit Romanae monetae, quae ab inde Traiano argumentorum elegantia atque varietate longe praecellit, cum eam quae imperatoribus eſt antiquior, tum quam priores procudere Auguſti: praeſertim poſt inventum novum numorum genus, quos metalliones vocant, quique ab Hadriano incipientes, ſub Antonino maxime inſignes, plerumque res exhibent vel ad patriam fabulam, vel ad Graecam ſpectantes, mox etiam reliqua pecunia in idem ſtudium adducta, ut velut pinacothecam aliquam doctam aeque ac elegantem conſtituerent numi. Iucundum eſt rei originem e temporum conditione deducere. Cum Romano imperio ad ſummum faſtigium evecto, apertum fuerat inter omnes gentes commercium, ſingulorum opes & ſcientiae cum omnibus communicatae, hominum mentes maiori notionum copia nutritae, inde foecundiores factae ac liberaliores. Inde eſt, quod huius ſaeculi ſcriptores multifaria eruditione abundent, & dum melliflua ſimplicitate, & illa liberae mentis elevatione, quae Platonis aevo propriae ſunt, deſtituuntur, rerum copia & utilitate longe praecellant: inde ſignorum varietas in Tiburtina villa reperta, ubi ſingulae domus ſingularum provinciarum ſacra & ornamenta imitabantur: inde luxurians monetae foecunditas, cum in reliquis orbis Romani civitatibus, tum in primis Romae & Alexandriae percuſſae. At Romanis palmam praeripuere Alexandrini, qui ſub ferventiore ſole nati, in orbis centro conſtituti, & a ſaeculis inde polyhiſtoriae operam dantes, cum eruditione tum ingenio praecellebant, & parum de republica ſolliciti totum animum in fabulas & philoſophiam exornandas converterant. Reliqua huius provinciae monumenta maiori ex parte vel periere, vel adhuc nos latent, vel conſpecta certis criteriis ad patriam & aevum dignoſcenda deſtituuntur. Sola numiſmata dum aetatem ſuam diſerte loquuntur, reliquis facem praeferunt, & cum parvae ſint molis, facilius effugiunt ruinam. Ceterum quamquam ingens eorum numerus in muſeis proſtet, tamen ex typorum inter ſe nexu atque ſerie pro certo arguere licet, multa adhuc vel ſub terra, vel in ſcriniis aditu difficilioribus deliteſcere.

LIA. Caput Serapidis diadematum cum pallio ad humeros. (II.)

49. LIA. Caput Nili. (IV.) M. Theup.

X. 50. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ CΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum.

LIA. Nilus decumbens d. gerit cornucopiae, e quo ſurgens puer manus utrinque extendit, s. arundinem & ſimul crocodilo innititur. (I.) *not.*

51. LIA. Mulier decumbens ſupra ſphingem d. ſpicas offert puero cippo inſiſtenti. (I.) M. Verità *not.*

52. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Duae figurae adverſae ſtantes dexteras iungunt: quae a dextris s. gerit ramum, quae a ſiniſtris cornucopiae. (I.) M. Ver. *not.*

53. LIA. Spes gradiens. (II.) M. Farn.

54. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Pallas ſtans d. Victoriolam, s. clypeum ad terram. (II.) M. Farn.

XI.* 55. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ CΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum cum Gorgone ad pectus.

LIA. Dioſcuri nudi chlamydati ſtantes cum aſtris ſuper fronte, qui a dextris d. haſtam tenet, s. parazonium, qui a ſiniſtris d. parazonium, s. haſtam. (I.) *not.*

L EN-

50. Puerum e copiae cornu emergentem Harpocratem reputo, qui Aegyptiis frugum genius.

51. Genius Aegypti numini, forte Oro foecunditatis auctori, frugum primitias offerens.

52. Quae ramum gerit Pacem, quae Amaltheae cornu Abundantiam, ſorores comiteſque, ſignificant.

55. . . . . . . . . Ληδη
Σωτηρας τεκε παιδας επιχθονιων ανθρωπων
Ωκυπορων τε νεων, οτε τε σπερχωσιν αελλαι
Χειμεριαι κατα ποντον αμειλιχον· οι δ απο νηων
Ευχομενοι καλεουσι Διος κουρους μεγαλοιο.
. . . . οι δ εξαπινης εφανησαν
Ξανθησι πτερυγεσσι δι αιθερος αιξαντες·
Αυτικα δ αργαλεων ανεμων κατεπαυσαν αελλας.

*Leda ſervatores peperit terreſtrium hominum*
*Velociumque navium, quando utique ſaeviant procellae*
*Hyemales per pontum implacabilem: ii vero e navibus*
*Supplicantes vocant Iovis pueros magni.*
*Hi vero repente apparuerunt*
*Flavis alis per aetherem impetu facto,*
*Statim autem gravium ventorum ceſſare fecerunt procellas.*

Inde

56. L ENΔEKAT. Templum diſtylon, in quo Iuppiter ſedens s. haſtam, ad pedes aquila. (I.) M. Theup.

57. LIA. Templum tetraſtylon, in quo figura ſtat. (I.) M. Theup.

58. LIA. Vir palliatus ſtans d. aviculam. (I.) Geſn. ex M. Pfau. *not.*

59. LIA. Figura nuda gradiens. (III.) M. Arig. *not.*

60. LIA. Imperator in quadrigis triumphalibus. (I.) M. R. G. (II.) M. Arigoni. *not.*



Inde eſt quod tot populi urbeſque Iovis pueros in numis ſuis honorarunt, maxime qui mare accolebant, & navigiis operam dabant; inde quod in gemma Borgiana peculiaris elegantiae, quam diſſertatione decoraturus eſt cl. ab. Amadutius (*nov. theſ. gem. veter.* t. 3.) ſupra navem velis, remis, nautiſque varia officia obeuntibus inſtructam, inſculptum cernitur in area geminatum Dioſcurorum ſidus. Urbium iſtarum catalogum texere hic quidem non vacat; cum vero iis inſeruero tres populos, quorum numi ſi qui frequentes, neque ab antiquariis neglecti, hactenus nemini obtulere Caſtores, verendum ſane ne coniectura nimis exilis videatur eruditis. Quis enim ignorat Corcyraeorum numos, & quae huius fuere coloniae, Dyrrhachii & Epiroticae Apolloniae? Quis porro neſcit in harum urbium moneta ab inde Begero ſpectatos fuiſſe amoenos illos Alcinoi regis hortos, a Barthelemio poſtea devaſtatos, ut numos iis contribueret qui omnino nihil ob oculos ſiſtunt, lineolis variegati a rudibus arte monetariis, ut cartulae a pueris, qui ſcribere diſcunt; deinde Eckhelii ope inſtauratos, ſed mox a Neumanno Barthelemii partibus ſuccurrente denuo exciſos. Nemini notatu dignum viſum eſt, exſtare in muſeis numos didrachmos Corcyrae atque coloniarum, qui bina aſtra ſiſtunt, ſolitum Dioſcurorum ſymbolum, ſingulis quadratis eo pacto incluſa, ut quadrata iſta iuncta inter ſe parallelogramma efficiant ſola elegantia diverſum ab altero, quod rudi arte elaboratum drachmalem pecuniam occupare ſolet. Quadratum autem quo includuntur ſtellae geminae indicare videtur tabulas pictas, quas plerumque aediculis conditas in navibus ſecum habere conſuetum erat veteribus: referebantque tutelaria numina, quibus commendatum erat iter reditusque navigantium. Si ita eſt, Corcyraei & Epirotae, dum in numis ab una parte exhibent navigandi patronos, vaccam lactantem ab altera, divitias ſuas celebrant tum ex commercio maritimo quo pollebant provenientes, tum e paſtura, qua gaudebant, optima.

58. Arveris, lucis genius, & priſcis ſummum numen, quem ſequiores Aegyptii cum Oſiridis filio commiſcentes Orum vocavere, Graeci Apollinem. Avis, quam manu ſuſtinet, accipiter eſt, conſtans ſolis comes, & divinitatis ſymbolum.

59. Videtur Genius amnis Heracleotici, pedo, quod dextra gerere ſolet, vetuſtate conſumpto. Conferantur numi n. 165. in Traiano, & n. 128. in Hadriano.

60. 61. A. U. C. 860., qui Aegyptiis x & xi, Dacia in populi Romani poteſtatem redacta, & coloniis firmata ite-

61. LIA. Imperator in quadrigis elephantorum. (I.) Haym.

XII. 62. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ CΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum cum paludamento.

LIB. Imperator ſtans in quadrigis triumphalibus, s. ſceptrum. (I.).

63. LIB. Imperator in curru tracto a duobus centauris, qui ſingulas victorias manu geſtant. (I.) Angeloni.

64. LIB. Figura iuvenilis ſeminuda alata arcum tendens ſtat in bigis centaurorum ſingulas victoriolas geſtantium. (I.) Triſtan. *not.*

65. LIB. Figura barbata ſeminuda d. ſpicas, s. cornucopiae ſtat in curru a canum biga tracto: ſuperne ex adverſo ſtat puerulus nudus utraque manu ſpicas. (I.) Geſn.

66. LIB. Nilus iacens, d. Serapidis vel Oſiridis effigiem, s. arundinem, infra crocodilus. (I.) Hard. *not.*

67. LIB. Genius arationis in bigis ſerpentum. (II.) M. Arig. *not.*

68. LIB. Currus in quo vas. Pat. ex M. Moroſ. *not.*

LIB.

iterum triumphavit Traianus. Bis enim, ut ait Plinius *epiſt.* 8, 4, egit triumphos, quorum alter de invicta gente primus, alter noviſſimus. Verum enim vero ſi fides Svetonio, iam Domitianus de Dacis una cum Germanis triumphaverat: ſed quid de Domitiani triumphis ſenſerit Plinius ſupra indicavimus. Primus triumphus Traiani a chronologis varie ad annos 854, 855, 856 collocatur: & fruſtra a numis quaeres conſilium, qui iam ante coeptum bellum univerſa victoriarum ornamenta exhibent.

64. Amor centauris vehitur: ſic in praeclara villae Burgheſiae ſtatua Cupido inequitat centauro cuius manus poſt tergum revinctae. At numus dubiae fidei eſt, forte a Triſtano ex ingenio reſtitutus, dum alter eiuſdem anni, quem ſiſtit Angelonius, uſitatiorem typum prae ſe ferat ludos Circenſes, ut videtur, reſpicientem. Proditum autem eſt Traianum hippodromum perfeciſſe ampliorem atque pulchriorem.

66. Suſpicor quod vocat Harduinus Oſiridis effigiem eſſe puerum e cornucopiae emergentem.

67. Conferatur n. 343. in Hadriano.

68. Caniſtrum puto frugibus refertum: deſideratur ſaepe praeciſio in catalogo Patiniano.

Digitized by Google

69. LIB. Binae mulieres ſtantes altera d. haſtam, s. ſpicas, altera d. ſpicas, s. haſtam. (I.) M. Arig. *not.*

70. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ ΣΕΒ ΓΕΡΜΑΝ ΔΑ ΥΠΑΤ. Caput laureatum.

LIB. Fortuna ſtans. (I.) M. Theup. *not.*

XIII. 71. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum: in area aſtrum.

LIB. Aequitas ſtans d. bilancem, s. cornucopiae. (AR).

72. LIB. Iſis ſedens, d. ſiſtrum, s. haſtam; retro Canopus; in area Cupidines. (I.) M. Ainsl. *not.*

73. LIB. Caput Iſidis. (II.) M. Farn.

74. LIB. Serpens erectus. (II.) M. Farn.

75. LIB. Mercurius caduceum & ramum tenens, & caput flore ornatus ſtat coram Plutone (l. Serapide) tutulato ſedente, qui s. tenet ſceptrum, d. protendit ſupra dimidium humanum corpus. (I.) Neumann. *not.*

LIB.

69. Cur binae Cereres? Forte quod Aegypti annona & ſibi ſufficiebat, & Italiae? Conferantur n. 116. 117. Commercium per totum imperium Traiani providentia ſublevatum docet Plinius panegyrici cap. 29. Recluſit vias, portus patefecit, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddidit, diverſaſque gentes ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſquam id apud omnes natum eſſe videretur.

70. Inſolens capitis epigraphe, & auctor in hac praeſertim re non ſemper diligens. Eo autem minus probanda videtur epigraphe quod Traianus neque anno 861, neque 862, in quos cadere poteſt numos, conſulatu functus ſit, ſed in numis Romani commatis reſtituatur memoria v Conſulatus geſti anno 857.

72. An Cupidines in area Nili puellos adumbrant? Sed numum exſcripſi, fides penes Seſtinium.

75. Numus ſingularis ab erudito poſſeſſore in ſecundo volumine numorum anecdoton publici iuris factus. Hermes Pſychopompos, cui praeter hominum defunctorum animas etiam Apidis ſacri bovis exuviae, ſi interpretibus Graecis Diodori in Aegypto magiſtris fidem habes, commendatae fuerunt. In ſimili fere numo Hadriani agnovit Patinius pro humana umbra cerberum, ſolitum Serapidis comitem, ad quem etiam in ectypo apud Neumannum cum loco tam figura quam proxime accedit icuncula.

Digitized by Google

76. LIB. Iuvenis nudus ſtans d. bacillum tenet, s. ori admovet: comite lupo. M. M. D. *not.*

77. LIB. Neptunus d. tridentem, bigis equorum marinorum inſiſtens vehitur per undas. (I.) M. M. D. *not.*

78. LIB. Facies quadrata aedificii abſque porta, habens in medio partis dimidiae ſuperioris quaſi feneſtram oblongam, in qua collocatum eſt ſimu-

76. Lupum eximio inter animantia loco honorarunt Aegyptii: ratio varie proditur, ut cuncta quae ſpectant ad zoolatriam veterum populorum. Nobis quidem ea eſſe videtur, quod priſci in Aegypto homines ad repellendos aggreſſores, & inſequendos fugientes hoſtes luporum forte domi nutritorum auxilio uſi ſint: ſuadentibus, praeter Plutarchi locum in tractatu de Iſide, ubi narrat Oſiridem poſt mortem Oro adparuiſſe & fortitudine ſimul ac velocitate in opprimendo Typhone adiuviſſe; aliumque Diodori prodentis, Aethiopes ex montibus ſupra Elephantinen inſulam deſcendentes atque Aegyptum invadentes a luporum agmine fuiſſe debellatos (*bibl.* 1,88): compluribus Aegyptiae artis monumentis quae proſtant in muſeo noſtro. In his tabula gypſea anaglypho opere exhibet lupum cuſtodis inſtar adſtantem ſacrae tiarae; binae autem aliae inter exſclaptas figuras, ligneuſque ſarcophagus inter pictas icunculas lupos ſiſtunt adſtitutis vexillis decumbentes ſupra propugnacula, quibus comparandi ſimiles lupi ſtantes picti in ſarcophago apud Nardium in appendice ad Lucretium tab. 3. Cuncta iſthaec conſentiunt, Aegyptios ferum animal velut propugnatoris dei aliquam imaginem ſuſpexiſſe, ideoque ab eius caede abſtinuiſſe, inque ſacris celebraſſe tot deorum ſimulachris adſtituentes, praeſertim Oro & Harpocrati, qui aliquo modo propugnatores dei habiti, Iovis pueri, Apollo Enyalius atque Hercules infans, alio ſenſu activum principium atque paſſivum, cuſtodiens atque cuſtodiendum. Ab Aegyptiis ad Graecos manaſſe videtur ſuperſtitio, quibus apud Delphos lupus ſacer, Apollo cognominatus a lupo; ſed quos eodem tempore verbo luſiſſe probabile eſt, dum Lycoctonon celebrarent Apollinem, nimirum Solem qui crepuſculum, Graecis λυκην dictum, pellit: qui enim ob lupi οξυδερκειαν animal Soli conſecratum putant, nihil proficiunt. At recepta ſemel opinione varias invenere inter deum & beſtiam ſimilitudines, cum Graeci tum Aegyptii, in primis recentiores: nam omnino facile reor quaecumque offenduntur in quovis animante ad Solem referre. Sic Harpocrates lupo vectus in numo n. 220. eodem tempore dum Orum ſignificat Typhonem inſequentem, reſpicit ad Solem quem veloci curſu circumagi creditum fuit aliquando.

77. Neptunus Herodoto prodente ignorabatur priſcis Aegyptiis, qui undarum ſtrepitum perhorreſcentes haud temere mare tentabant. Eo impenſius coluere Alexandrini Graeci, tantum non inſulam habitantes, florenteſque praeſertim maritimo commercio: ut mirum non ſit recenſere Strabonem Neptuni templum inter praecipua urbis decora a quo civitatis pars Poſidium dictum fuerit.

Digitized by Google

ſimulacrum haſtatum, coronidi inſidente aquila. (I.) M. R. G. *not.*

79. LIB NATKPATIS. Mulier ſtans d. haſtam. M. Theup. *not.*

80. LIΓ. Arcus triumphalis trium fornicum. (I.) M. Arig. *not.*

81. LIΓ. Tropaeum. Pat. ex M. Moroſ.

XIV.* 82. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ CΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum. LIΓ. Victoria ſtans d. coronam imponit tropaeo, s. palmam gerit.

83. LIΓ. Currus a centauris tractus. Pat. ex M. Moroſ.

84. LIΓ. Duae figurae, quarum altera caniſtrum praegrande frugibus refertum gerit, ſtant in quadrigis lentis. (I.) Haym. *not.*

85. LIΓ ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ. Dea geminum cornucopiae tenet. (I.) Hard. *not.*

86. LIΓ. Mulier ſedens d. haſtam; coram ea vir ſtans d. cornucopiae. (I.) M. Theup. *not.*

XV. 87. Adverſa, ut n. 82. LIΓ. Sphinx decumbens calantica ornata. (III.)

LIΓ.

78. Pocockius ſimilem numum ſiſtens templi faciem reputat. Ingens quidem auctoritas viro, qui totam Chemiam peragravit, & venerandas cani aevi inviſit reliquias: at magis arridet ſententia Barthelemii, qui ſimile aedificium in opere muſivo Praeneſtino, cum ſuper impoſita aquilae imagine, caſtrum Romanum iudicavit. Forte dubium movebit ſimulachrum, quod in tabula Praeneſtina non conſpicitur; ſi vero, ut quidem videtur, Imperatorem refert, non obſtat, ſuadet potius, ut aedificium, cuius praeterea facies porta caret, pro caſtro habeamus.

79. Numus vehementer ſuſpectus: S pro C, mutilus typus, omiſſus modulus nimiam arguunt negligentiam, quam ut hoc indicio novum quid ſtatuamus. Adeas not. ad n. 102.

80. Hoc anno amnem Traianum effoſſum eſſe e Nilo ad interiorem Arabici ſinus receſſum ſupra diſputavimus. Ex eodem numo, quem tunc vadem adduxi, colligo ipſum imperatorem hoc anno in Aegypto fuiſſe praeſentem. Nam prope Nili figuram cernitur imperator eques, quem tres legionarii comitantur: quo typo vix aliud, quam fluvius a principe viſitatus ſignificari poteſt. Hiſce praemiſſis abſonum non videbitur, arcum, quem ob oculos ſiſtit numus, ab Alexandrinis exſtructum fuiſſe in honorem advenientis Auguſti.

84. Cereris ſacra. Forte ad pompam Iſiacam pertinent.

85. Dubito ut typo fides ſit habenda.

86. Numus male deſcriptus, nam figuras certis attributis deſtitutas quis dignoſcet?

88. LΓ. Harpocrates deſinens in crocodilum; d. ori admovet, s. cornucopiae. (I.) M. Theup.

89. LΓ. Vir barbatus palliolo tenus nudus, capite geſtans globum, s. tenens baculum tranſverſum, d. vero mentum ſuffulciens, inſidet monticulo, ſub quo ſcaturit fons: duae baſes hinc inde collocatae ſingulos ſuſtinent arietes. (I.) M. R. G. *not.*

XVI. 90. Epigraphe detrita. Caput laureatum.
LΓ. Templum diſtylon, in quo Serapis ſtat d. protenſa ſuper ſacellum, s. haſtam. (I.).

91. LΓ. Aeſculapius & Hygia ſtantes cum ſolitis attributis. (I.) M. R. G.

XVII.*92. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ CΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum cum Gorgone ad pectus.
LΓ. Pallas tenens d. haſtam, s. clypeum ad terram, ſtat in templo diſtylo, in cuius faſtigio ſculptus cernitur globus praegrandibus alis inſtructus. (I.).

93. LΓ. Pallas gradiens d. elata ſpiculum vibratura, s. clypeum. (I.) M. Theup.

94. LΓ. Raptus Proſerpinae: currum Ditis praecedit iuvenilis figura cum palmae ramo: in ſegmento inferiori conſpiciuntur variae fruges. (I.) M. Arig. *not.*

LΓ.

89. Si numos per praefecturas diſtribuere animus eſſet, hunc certe in Ammoniacam Oaſin relegarem; nam non ſolum Ammonem ob oculos ſiſtit, deum, opilionem, ſacri fontis inventorem, ſed & monticulo irriguo, cui inſidet Ammon, Oaſis ſitum & naturam, qualem deſcribit Strabo, id eſt, velut inſulam in amplo mari, indigitare videtur.

94. Iuvenis palmiger ante Plutonis currum gradiens Mercurius eſt, cui fere conſtanter palmae ramum tribuere Aegyptii, caduceo aevi iniuria abſumpto. Veteres enim, quibus rapta a Dite Proſerpina imago fuit mortis atque deſcenſus ad inferos, currum quo rapiebatur puella, Ἑρμῇ Ψυχοπομπῷ ducendum commendavere. Sed eodem tempore monetarius, quo alterum fabulae ſenſum innueret, qui eſt ſeminis ſub terra abſconſio, inferius adiecit varios terrae proventus.

Digitized by Google

95. LIΓ. Prometheus fere nudus ſcopulo alligatus, adſtante vulture: prope eſt vas cippo impoſitum. (I.) M. Arig. *not.*

96. AYTOKPA LIΓ. Aquila ſtans. (II.) M. Farn.

97. AYT TPAIAN CE K ΓEPM ΔAKIK. Caput laureatum.

LIΓ NAYKPATIC. Anubis cum capite canino flore ornato ſtat d. tenens avem, s. ſceptrum. (I.) Haym. *not.*

98. AYT TPAIAN CEB ΓEPM ΔAKIK. Caput laureatum.

LIΓ AΘPIBITHC. Figura ſtolata ſtans d. ſuſtinet avem, s. haſtam gerit. (I.) M. R. G. *not.*

K LIΓ

95. Quid ſibi velit vas Prometheo excruciato appoſitum ignoro: ſuſpicatus quidem ſum artificem adumbrare voluiſſe crimen Titanidis, & raptum de Iovis ara ignem, at neminem invenio veterum, qui vaſe hoc vel acerra factum fuiſſe tradat, ſed conſentiunt cum Heſiodo, quod in ferula cava,

*εν κοιλω ναρθηκι λαθων δια τερπικεραυνον*,

caeleſtem ignem ſit furatus.

97. Omnino legendum CEB pro CE K; nam *Cεβαςος Καισαρ* in numis non dicitur, ſicut neque Auguſtus Caeſar, ſed vel Caeſar Auguſtus, vel Auguſtus ſolum. Praeter Alexandriam in numis Aegyptiis topographicis Naucratis unice urbis nomen perſcribit, reliqua huius claſſis moneta vel numi vocabulum praefert, vel dimidiatam vocem quam pro urbe vel pro nomo accipias parum intereſt: nam hac aetate quot in Aegypto urbes inſignes tot exſtitiſſe videntur nomi. Eſt quidem vulgaris opinio numos percuſſos eſſe in ipſis urbibus quarum nomine inſigniuntur, ſed ſuadent fabricae in cunctis identitas, & cum Alexandrino commate ſumma affinitas, praeterea ingentia annorum intervalla, quibus a ſe invicem diſtant eiuſdem urbis numiſmata, iſtis epigraphis non indicari monetam e qua proceſſere, ſed propter varias rationes variarum praefecturarum vocabulis ornari Alexandriae percuſſa numiſmata, quas inveſtigare arduum eſt. De praeſenti anno qui primus comparet in certis huius claſſis numis, atque ſi excipias bina numiſmata nunc primum luce donata unice, coniecturam propoſui in nota ad Traiani n. I. Cur Naucratis vocabulo praeſertim iungatur Anubis deus, aliquam anſam arripio e Platonis Phaedro, ubi Theuthum, qui aliquo modo idem eſt cum Anubi, vocat *των περι ναυκρατιν παλαιων θεων τινα*, ſive quod antiquitus ibi celebre templum fuerit Aegyptii Mercurii, ſive Plato more ſuo ludibundus dixerit, Neucratenſes vero ſequiores ob divini philoſophi effatum deum peculiariter ſibi vindicaverint. Avis quem ſuſtinet, ibis erit.

98. Ad Venerem ſpectat typus, ſi recte urbis nomen ab Athor, ſive Athyr ϩⲭⲣ repeto.

99. LIΓ CEBENNYTHC. Vir galeatus ſtans d. tenet haſtam, s. parazonium: adſtat ad pedes cervulus. (I.) M. R. G. *not.*

100. LIΓ CEΘPωITHC. Vir habitu ſuccincto cum flore in capite ſtat d. tenens haſtam, s. parazonium. (I.) M. R. G. *not.*

LIΓ

99. Urbis nomen egregie interpretatus eſt Iablonskius ϪⲈⲘⲚⲞⲨϮ robur dei, quo nomine dictum Aegyptium Herculem teſtatur Macrobius *Saturn.* 1, 20. At πανοπλος Hercules, conſtans in Sebennyti numis typus, ceterum res penitus inſolens, invitat ut ab ipſa Aegyptia vetuſtate Herculis iſtius, quem vocant, originem repetamus. Docemur obeliſcis cum vetere Lateranenſi tum iuniore Pamphilio binos fuiſſe apud Aegyptios Iovis pueros, quos Cabiros appelles, vel Pataicos, vel Hercules, vel Martes, vel Caſtores parum intereſt; nam omnes inde nati: tantum rei eſt, ſignificari duobus iuvenibus modo magni dei throno adſtitutis, modo iunctis dextris ingredientibus, modo elate dextra minacibus, demiſſa autem ſiniſtra velut propria fortitudine fultis, brachia numinis, ſive robur & virtutem propugnatricem victricemque, αποτροπαιον malorum, bonis adiutorium. Inde Heſychii γιγνων, γιγων (ϪⲰⲘ), παταικος, επιτραπεζιος (Lar, averruncus deus), Αιγυπτιος Ηρακλης. Inde Herodoti Pataeci vel Cabiri in Thai templo Memphi, qui dum Dioſcuros ex Aegyto exulare iubet, Lacedaemonios intelligit Caſtores, non caeleſtes geminos. Primaevis Aegyptiis illi quos dixi Iovis pueri ϪⲞⲘ vocati ſunt, vel ϪⲈⲘ robur, ſive ⲚⲒϪⲞⲘ, robuſti, nulla quantum hactenus indagare potui certa diſtinctione inter ſe diverſi, ſicut neque Cabiri, qui Phoenicum Dioſcuri. Sequius aevum, forte poſt initam cum Graecis familiaritatem, diſtinguere coepit inter inſanum robur & bellicam fortitudinem, inter Herculem & Martem, quos utroſque in Aegypto agnovit Herodotus, Dioſcuros alternis diebus apud ſuperos inferoſque degentes non agnovit. Inde urbium vocabula a fortium deûm nomine derivata modo ad Herculem, modo ad Martem retulere, & tutelare numen, indiciis puto ex heroum cultu petitis, modo Martem finxere modo Herculem. Qui enim ex vetere Aegyptiorum theologia Cabiri ſive Nidsjom, iidem fere in heroogonia Orus & Harpocrates, hic Graecorum Herculi ſimilior, ille Marti. Sed quia cum Arveri Orus confuſus eſt, Apollinem vocarunt Graeci, ideoque in zodiaco Graeco-Aegyptio Geminorum locum obtinet cum Hercule Apollo. (Marmor apud Blanchinium in *hiſt. Acad. Reg. Scient. Pariſ. an.* 1708. p. 110.) Haec aliquando fuſius clariuſque exponemus. Sufficit hic colligere figuram in numis Sebennyti oppidi, ſecundum varias Aegyptiae mythologiae epochas eſſe vel Cabirum, vel Herculem, vel Orum, vel Martem: ſed veriori appellatione diei Orum heroem, pro Aegyptia armatura qua in obeliſcis conſpicuus eſt, Graeca πανοπλια donatum. Conſpirat adſtans in numo cervulus, quo innui videtur, Martem cuius ſiſtitur ſimulacrum, eodem tempore referri ad Apollinem, cui ſacrum cervulum nemo ignorat.

100. Etiam Sethron interpretati ſunt Heracleopolin, nec improbabile eſt Heracleopolin cuius in hac vicinia meminere Graecorum nonnulli eandem eſſe quam alii Sethron vocant.

Digitized by Google

101. ΛΙΓ ΑΡΑΒΙΑ. Mulier turrita geminos lactat infantes. Hard. *not.*

102. ΛΙΓ ΑΡCΙΝΟΙΤΗC. Figura virilis ſeminuda ſtans d. ſuſtinet caput humanum, s. tenet haſtam. (I.) M. R. G. *not.*

103. Similis; ſed adſtante ante pedes aquila. Hard.

104. ΛΙΓ ΑΦΡΟΔΕΙΤΟΠΟΛΙΤΗC. Templum duarum columnarum, in quo figura muliebris tutulata d. tenens icunculam, ut videtur muliebrem, ſtat inter duas ſphinges baſibus impoſitas. (I.) Belley e M. Pellerinii. *not.*

105. ΛΙΓ ΚΟΠΤΙΤΗC. Vir palliatus velatus cum flore in capite ſtat d. haſtam tenens, s. hinnuleum. (I.) M. R. G. *not.*



101. Plerumque Arabiae tribuunt, quae eſt a ſinu in orientem, & gemellos intelligunt de Petraea atque Eudaemone, me, cui numum inſpicere nondum obtigit, non obloquente. Catalogo tamen inſerui, quia annus cum in Traiano, tum in Hadriano, idem qui in Aegyptiis numis nomorum vocabulis inſignitis maxime abundat, aliquam ſaltem movet ſuſpicionem, hunc quoque numum eo pertinere. Si ita, gemellis adludi crederem ad utramque Arabiam, alteram Aegyptiam in occidentali rubri maris litore, alteram orientalem Iudaeae conterminam, quae Romanorum armis pluries petita aliquam provinciae ſpeciem habuit, Felix Arabia nunquam. Neque in Romanis numis geminorum typo notatur provincia Arabia, ſed camelo.

102. Harduino Iuppiter eſt ſuſtinens caput Arſinoes: an numinis tutelae commendatum? Forte Ptolemaeus eſt ſororis atque coniugis ſimulacrum dedicans, in cuius honorem templum ſtatuit prope Alexandriam in Zephyrio promontorio, mutavitque nomen Crocodilopoleos, quae ad lacum Moeridis, & aliam praeterea urbem ad intimum rubri maris receſſum a ſe conditam ab eius nomine appellavit. (Plin. 36, 9.: 6, 29. Strabo l. 17.)

104. Si ei tribuis Aphroditopoli, quae fuit in Proſopitide inſula, Herodoto Atarbechis dicta, templum erit Veneris quod celebrat idem Herodotus, ſimulacrum forte Iſidis, quae Aegypti genius eſt, ſuſtinentis icunculam antiquae deae, quam Venerem interpretati ſunt Graeci. Ego quidem alteri adſignare mallem, quae amplioris praefecturae caput, ſita fuit in Heptanomide, parum diſtans ab amne Traiano, de quo ſupra: ſi vero Alexandriae percuſſi ſunt iſti numi fruſtra in homonymis urbibus unam quaerimus, dum eodem numo ad univerſas quae a ſimili cultu ſimile nomen acceperant reſpiceretur. Sphinges templorum cuſtodes. Confer praeterea n. 116. 117.

105. Forte Saturnus quem prae reliquis diis velato capite finxere veteres, quemque globo in capite atque falce diſtinctum ſiſtit eiuſdem civitatis numus in Hadriano.

XVIII. 106. Epigraphe detrita. Caput laureatum.
LIΔ. Aquila fulmini inſiſtens. (II.).
107. LIΔ. Iuppiter fulmen tenens inſidet aquilae roſtro fulmen ſtringenti. (I.) Geſn. ex M. Pfau.
108. LIΔ. Pallas ſtans d. victoriolam, s. haſtam. (II.) M. Farn.
109. LIΔ. Fortuna ſtans d. temonem, s. cornucopiae, (II.) M. Caeſ.

XIX. 110*a*. ΑΥΤ ΚΑΙΣ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝ ΣΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum.
LIΔ. Nilus decumbens cum crocodilo d. tenet cornucopiae e quo emergit parvulus, indigitans literas Iϛ, s. arundinem. (I.).
110.*b*. LIΔ. Iſis ſolito more ornata ſtat ambabus manibus velum explicans, & ſimul d. gerens ſiſtrum. (II.) M. Arig. *not.*
111. LIΔ. Mulier velata tutulata ſtans, d. elata facem, hinc & inde ſphinx ſupra baſin. (I.) M. Theup.
112. LIΔ. Vir palliatus obverſus d. ad os elevans, s. tenens clavam ſtat inter duas baſes, quibus ſingulae ſpinges impoſitae. (II.) M. R. G. *not.*
113. LIΔ. Genius nudus alatus d. ramum, ſtat in bigis lentis. (I.) Pell. *not.*
114. LIΔ. Imperator in quadrigis elephantorum. (I.) M. Bracc.
115. LIΔ. Imperator in quadrigis triumphalibus. (I.) M. Theup.

LIΔ

110. *b*. Adeas notam ad Hadriani n. 339.

112. Harpocrates ſtans inter duas Sphinges elegans ſymbolum arcanae & myſticae Aegyptiorum religionis, quam etiam ſignificatam cenſeo typo numi praecedentis, ſive deam illam taediferam Iſidem vocare mavis, ſive Cererem, ſive generatim myſteriorum genium. Agnoſceret forte aliquis in utroque numo myſtagogas, in altero quidem mulierem ad inſtar Cereris facem praeferentem, in altero virum Harpocratis taciturnam perſonam geſtantem. Sed forſan miſſo arcano ſenſu in altero numo templum Cereris, in altero Harpocratis conſpicere placebit.

113. Victoriae Genius diſtinguendus ab ipſa dea Victoria, quae ſemper pingitur veſtita, quaeque in numo noſtro n. 156. *a*. citis bigis vehitur.

Digitized by Google

116. LIΔ. Arcus triumphalis. (I.) M. R. G.

117. LIΔ ΑΡCΙΝΟΙΤΗC. Vir ſeminudus ſtans d. tenet caput humanum, s. haſtam. (I.) M. R. G.

118. LIE ΜΕΝΕΛΑΙΤΗC. Harpocrates deſinens in Crocodilum. (I.) M. R. G.

XX. 119. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ CΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum cum Gorgone ad pectus.

LIE. Imperator in quadrigis lentis, s. tenens ſceptrum cum aquila, d. ramum. (I.).

XXI. 120. Eadem adverſa.

LIE. Imperator in quadrigis elephantorum, s. tenens ſceptrum cum aquila, d. ramum. (I.).

XXII. 121. Alius fere ſimilis. (I.).

122. Similis, ſed in antica caput Imperatoris radiatum. (I.) M. Theup.

123. LIE. Imperator ſtans in bigis Centaurorum palmam & victoriolam ferentium. (I.) M. Verità.

124. LIE. Eques cito curſu haſta impetum faciens. (I.) M. R. G. *not.*

125. LIE ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ. Pax & Concordia ſtantes dexteras iungunt. Concordia geminum cornucopiae tenet. (I.) Hard. ex M. Fouc.

126. LIE. Nilus decumbens cum Crocodilo. (II.) M. Arig.

XXIII. 127. Adverſa ut n. 87.

LIE. Canopus cum calantica & flore in capite. (AR).

128. LIE. Menſa, ſupra quam duo Canopi. (I.) M. Caeſ.

LIE.

124. Spectare videtur ad profectionem Imperatoris in Orientem, a chronologis nonnullis ad hunc annum relatam, etſi res dubio non caret. Conſentiunt ſequentis anni numiſmata, quae ſigno militari Serapidi oblato vota pro expeditione innuunt. Siſtunt praeterea imperatorem dexteras iungentem cum fortuna, tropaea & currus triumphales: ſed hi etiam aliis annis obvii. Quadrigae hoc anno ſignatae indicare poſſunt proceſſum conſularem imperatoris, qui A. U. C. 865. ſextum conſulatum iniit.

Digitized by Google

129. LIE. Iſis ſtans d. ſiſtrum: e regione alia figura: in medio menſa, ſuper qua duo Canopi. (I.) M. Ainsl. *not.*

130. LIE. Iſis ſtans & reſpiciens velum explicat: retro Pharus ſuper quo ſtatua s. haſtam tenens inter duas aquilas, infra cornucopiae, vel ſerpens aſſurgens. (I.) M. Caeſ. *not.*

131. LIE. Pharus. (II.) M. Arig.

XXIV.* 132. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ CΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum.

LIE. Caput barbatum laureatum. (AR).

XXV. 133. Eadem adverſa, addita ad pectus Gorgone.

LIE. Serapis d. ſuper aediculam extendens, s. tenens haſtam, ſtat in templo diſtylo, in cuius faſtigio globus alatus. (I.) *not.*

Eadem

129. Coniicio alteram figuram fuiſſe Nilum, quem & Oſiridem vocare Aegyptii, cuiuſque cum Iſide connubium binis Canopis, quorum alter mas videtur, altera foemina, innui cenſeo. Conferatur n.48. in Hadriano.

130. Non eſſe copiaecornua, neque ſerpentes, ſed duos Tritones conchas inflantes, docet integrior numus noſter in Hadriano recenſendus, ſub n.339., ubi adeunda nota.

133. De Serapeo, quod ab inde Domitiano, licet debili adumbratione, in numis comparet, ſic Dionyſius *Periegeſeos* v. 255:

*Σινωπιταο διος μεγαλοιο μελαθρον*
*Χρυσω τιμηεντι κεκασμενον, ουκ αν εκεινου*
*Νηον εν ανθρωποισι θεωτερον αλλον ιδοιο.*
*Sinopitae Iovis magni aedes*
*Auro pretioſo ornata: haud facile illa*
*Templum inter homines divinius aliud videbis.*

Excipit Ammianus ſolum Capitolium, dum ait libro 22, Serapeum Alexandriae ita eſt ornatum columnariis ampliſſimis ſpirantibuſque ſignorum figmentis, ut poſt Capitolium nihil orbis terrarum ambitioſius cernat. Ampliorem deſcriptionem leges apud Rufinum l.2. c.22. *hiſt. eccl.*, ſed cui multa inſunt fabuloſa. Simulacrum coloſſus fuit, qui ſi Rufino credimus ita erat vaſtus, ut dextra unum parietem, laeva alterum perſtringeret, omnibus vero generibus metallorum lignorumque compoſitus ferebatur. Redit hic commentum de Bryaxe artifice, quod narrat Athenodorus apud Clementem *Proptreptrici* c.4.: nimirum Seſoſtrin ab Aſiatica expeditione reducem ſecum in Aegyptum advexiſſe Bryaxin quendam artificem, qui faceret ſimulacrum Oſiridis qui & Serapis vocatur: hunc vero omnibus metallis lapidibuſque inter ſe commixtis ad fingendum ſimulacrum ſe adcinxiſſe, quod propter indiſtinctam rerum varietatem fuſci coloris evaſerit. Docemur ſaltem hac fabella Serapidis coloſſum ex nigro lapide conſtitiſſe, prae-

XXVI.* 134. Eadem adverſa, ut in praecedente.

LIE.

praeterea Alexandrinos varia circa eum eſſe commentos, quo veram occultarent originem, & uſque ad Seſoſtridis mythica tempora removerent. Nam Alexandrinus Serapis, qui & ab oraculo, quod eius erat in Canopo oppido, & ab ingenti celebritate, qua ibi colebatur, Canopites, vel ὁ ἐν Κανώβῳ audit apud veteres, novum numen priſcis Aegyptiis ignoratum, a Lagidis regibus in Aegyptum fuit accerſitus. Sed miro eventu res in tanta hiſtoriae luce in orbis umbilico peracta a ſcriptoribus infinita narratur varietate. Alii a Sotere, alii a Philadelpho, alii a tertio Ptolemaeo factum aiunt: modo Sinopen patriam produnt, modo Seleuciam, modo Memphin, apud quam exſtare ferunt Sinopicum montem: nonnulli emptum dicunt ſimulacrum, alii dono acceptum, alii vi ablatum: ut eos taceam, qui vetuſtiſſimo Aegypto patrium numen vindicare conati ſunt. Effigies quotquot exſtant abunde docent deum non eſſe purae Aegyptiae originis: in reliquis amplectendam cenſeo opinionem Plutarchi, quae communior, Soterem e Sinope Pontico oppido, conniventibus pato civibus, coloſſum abſtuliſſe: etſi Alexandrinus Clemens, magnus rerum Aegyptiarum doctor, a Philadelpho Sinopenſibus dono dantibus advectum ait. Diſcernitur modio, quem capite geſtat, & pallio, quo totum corpus obtegitur. Talem conſtanter ſiſtunt numi, ſi demas paucos aliquot, qui in Dioſcurorum aſtriferorum conſortio velut Solem fere nudum exhibent, retento nihilominus modio, qui modo caput ſit barbatum, tutiſſimus eſt Serapidis character. De huius ſignificatione multa diſceptarunt eruditi, neque de nomine conſentientes. Modo calathum vocarunt, modo tutulum, ſolemnius tamen eſt modii vocabulum. Pro aequitatis, pro abundantiae ſymbolo habuerunt, pro Nili menſura, pro ſummi numinis indicio, quia tutulus ſacerdotio proprius. At licet iſtae explicationes, tam una quam altera, pro vario ſyſtemate ipſis gentilibus Serapidis cultoribus adriſerint, tamen quibus propoſitum fuit rerum origines inveſtigare nulla plane ſatisfecit. In his Bonarrotio placuit, modium natum fuiſſe e capitulis columnarum, quibus velut adhaerere ſolebant antiquiſſimae ſtatuae, poſtquam rudem lapidem, numinis praeſentiam indicantem, coeperint gentes in ſimulacrum convertere. Sententiam iuvat deorum catalogus, quos potiſſimum hocce ornatu onerare conſueverant veteres: Serapidem videlicet, Iunonem Samiam & Argivam, Dianam Epheſiam atque Pergaeam, Peſſinuntiam matrem, Aſtarten Phoenicum, denique urbium genios & fortunas, cuncta vetuſtiſſima numina, quorum cultus fixus ad locum individuum, aliquando rudi ſaxo, mox pilae ſive columnae oblatus videtur. At ſunt quae aliam ſuadent originem, variam nimirum in variorum deorum ſimulacris, in ſingulis vetuſti cuiuſdam ornamenti compendium, in virilibus cidaris, pileive ſeu criſtae, in muliebribus tutuli vel faſtigii baſidiive, quale in Aegyptiis ſimulacris variis decoribus ſubſterni ſolitum, in Diana denique aliiſque diis tutelaribus turritae coronae, quae urbis imaginem quam cuſtodiebant referebat, traductae poſtea ad univerſam tellurem ſtabilem ſignificandam. Sequius aevum, quod omnia omnium numinum attributa ſingulo cuique tribuere geſtiebat, univerſos fere deos, modio honoravit, qui inde pro divinitatis ſymbolo habitus, poſt varias mutationes in monumentis obvias, demum transformatus eſt in nimbum, quo in Byzantinis numiſmatibus ornata oſfenduntur imperatorum & divorum capita. (De nimbo adeas Praeſulis Borgiae

Comm.

LIE. Harpocrates nudus ſtans cum pileo in capite,
d. ori

*Comm. de Cruce Veliterna* p.52.) Serapis autem, quod iam innuimus, conſtanter fere fingitur totus pallio involutus, non ut mos fuit Graecorum diis nudus vel ſeminudus: puto quia barbarae erat originis. Nam ex iis quae paſſim invenio apud ſcriptores, praeſertim adiuvante figurata antiquitate, ſine qua in tanta opinionum diſſenſione nihil proficies, colligo, numen iam ante adventum Sinopenſium Graecorum in Ponto cultum fuiſſe, qua appellatione incertum. Graeci advenae aboriginem deum, id quod a coloniis plerumque factum offendimus, colere pergentes, ſed inſimul cum patriis diis comparantes, neſcio quam adfinitatem invenere eum inter atque Plutonem: ideo cerberum coloſſo dedere comitem, ideoque Heraclitus grammaticus natione Ponticus, oraculum quod Canopi erat Plutonis vocat. Poſtea a Ptolemaeis, ut novo ſpectaculo Alexandrinos ſibi devincirent, e Ponto advectus, etiam Alexandriae ab interpretibus ex cerberi indicio pro Plutone habitus eſt: at ne Aegyptus peregrinis diis ſervire videretur, Serapidis nomine inſignitus, qui deus Racotis ferebatur genius, ceterum Plutoni ſimilis, antiquo honoratus ſacello, quod in rupe ad mare conditum, mox cum magnifico templo fuit commutatum. Haec Plutarchus in tractatu de Iſide, licet idem parum ſibi conſtans & in vita Alexandri & in Sympoſiacis de Cynico Diogene loquens mentionem habeat de Serapide, ſed lapſu facili, dum Plutarchi aevo Serapis Graecis idem fere eſſet atque Aeſculapius. Idem ſtatuendum videtur de loco Arriani in *exped. Alex.* l.7., & altero Laërtii in *vitis philoſ.* 6,63. Nam ſicut incerta fuit origo Serapidis, ita & ſignificatio. Alexandrinis ſummum numen erat, & urbis tutelaris genius, quod ſacello in numis indicari reor, ſupra quod dexteram demittit deus velut in tutelam recipiens: effigies enim eſt vetuſtae illius aediculae, in qua olim cultus fuerat Racoti, quo ſuum, neque adventitium deum celebrant Serapidem Alexandrini. Inde vulgaris opinio Serapidem eundem eſſe cum Oſiride, qui olim ſummus Aegyptiorum deus: & ſimili ratiocinio idem habitus eſt cum Iove, mox cum Ammone. Aliis viſus eſt Aeſculapius, quod ſanationes impertiret: multis, ut diximus, Pluto: multis Sol, quod philoſophis Oſiris Solis ſymbolum: aliis ſimili ratione Bacchus: aliis Nilus: nonnullis ex ridiculo etymo Apidis conditorium (Σαραπις quaſi σορος απιος). Uſurpavit demum omnes Oſiridis honores, Iſidis lectum, Nili dominium, argumentum myſteriorum. Ab Alexandria egreſſus novi dei cultus non ſolum magnam Aegypti partem occupavit, in qua provincia tempore Ariſtidis oratoris XLII templa tenebat, in his praeclarum apud Memphin Serapeum Straboni memoratum in deſerto arenoſo, Pauſaniae creditum omnium antiquiſſimum; ſed etiam per Aſiam, Thraciam, Graeciam, & Italiam late eſt diffuſus: ad ultimum a Chriſtianis imperatoribus extirpatus, in quibus magnus Theodoſius templum Alexandrinum excidi, & coloſſum frangi, atque flammis iniici iuſſit (Rufin. l. c.). Ceterum ſi poſt tot quae parvo ſane cum fructu ex vocabulorum etymis diſputavit Iablonſkius, novam vocis Serapidis originem proponere licet ex vernaculo Aegyptiorum ſermone petitam, coniicio deum mortuorum veteribus dictum fuiſſe ⲁⲭⲱⲣⲁⲛⲓⲥ i. e. Patrem ſive dominum tenebrarum: unde factum aliis Sarapin, aliis Theraphin nemo mirabitur qui ad peregrinarum vocum conſuetam corruptionem animum advertere ſolitus fuerit. Si vero ita,

**d. ori admota , s. cornucopiae , ab umbilico deſinit in crocodilum bipedem cum cauda deflexa . (I.) *not.***

**L** **LIE.**

ita , Sarapis vel Serapis nomen eſt Oſiridis qui a Babye caeſus deſcendit ad inferos , neque inopportune accidit quod huius ſacellum fuerit in Racoti peninſula mari adſtitutum : nam mare in quod undas ſuas effundit Nilus , Oſiridis ſepulcrum eſt . Etenim Oſiris qui Nili genius , ut vivus ſignificabatur Apide tauro , agriculturae praeſide , cuius nomen patrio ſermone ⲁⲡⲁⲥ , ϩⲡⲥ , ſenem ſignificat , venerandum patrem , dominum ; ut mortuus ſimulacro ad conditorum cadaverum inſtar faſciis involuto . Inde forte eſt quod Serapis ſemper pallio totus tectus fingatur , ad aliquam veterum ſignorum imitationem . Hoc autem modo vindicatur Aegypto Serapis , adſtipulante unanimi veterum perſuaſione , quamquam Alexandrinum illud ſimulacrum ex Aſia advectum fuerit , Ptolemaeis nova religione ad neſcio quod politicum propoſitum uſis , forte ut una cum regni ſede etiam centrum ſuperſtitionis Alexandriae ſtatuerent : faciliuſque intelligitur , quo fieri potuerit , ut novo cultu magnum Oſiridis nomen obſcuraretur , dum Alexandrini urbis ſuae tutelarem , prae reliquis diis coli averent , reliqui autem Aegyptii , quibus antiquitus perſuaſum erat eundem eſſe Serapin & Oſiridem , cum dominis de vocabulo contendere abſtinerent .

134. Harpocrates crocodilomorphos aevum indicat ſeu humanae vitae periodum : genius enim cincinnatus qui ori dextram admovet ſymbolum eſt infantiae , *παμβορος* bellua ſenectutis , Amaltheae cornu frugum quibus vitam tolerant mortales . De manu ad os elata , qui primus & familiariſſimus parvulorum actus *νηπιαχον* infantulum manifeſtat , deque cincinno iuventutis charactere , aliis locis agimus : ( ad Antonini n.48, & in diſſ. *de Loto* ) : crocodilum autem voracis aevi imaginem evincit numus noſter in Antonino n.61, qui Saturnum exhibet manu ſuſtinentem belluam , firmatque auctoritas Clementis Alexandrini docentis crocodilum ex mente ſacerdotum Aegyptiorum aenigmatice ſignificare tempus ( *Strom*. 5 , 7. ) . Eodem pacto in Aegyptiae artis reliquiis obvius eſt Harpocrates , qui mundus eſt , Manethoni Tat dictus atque Kronos , Herodoto Vulcanus , binis inſiſtens crocodilis , ſuſpenſa ſupra caput larva Canopica generantis foventiſque numinis ſeu parentis naturae ſymbolo , manibuſque tenens ſerpentes , ſcorpios , cervulos atque leones , vitalis ſpiritus , caloris , vigoris & roboris indicia , eodemque tempore quatuor elementorum ſymbola : adſtitutis plerumque hinc accipitre Solis comite , inde perſeae flore , quam hodie vocant caſſiam fiſtularem , amoena ſylveſtris naturae imagine . Iſthaec ſi a recentiorum interpretationibus prorſus ſunt aliena , neque omnino conſentire videntur cum iis quae de Aegyptiorum rebus prodidere Graeci atque Romani : conabimur aliquando fuſius exponere , quae Aegyptiis monumentis & Aegyptiae philoſophiae indole regioniſque conditione edocti hic pro notulae inſtituto ſuccincte innuimus . Neque reapſe a nobis diſſentiunt Graecorum cordatiores , neque eos qui diſſentiunt falſos eſſe putamus , ſed res ita tradere ut ſuo aevo creditum fuit vulgo , ſecutos modo ea quae occultas ſententias obſcura ſermonis imagine adumbrantes in populum efferre ſolebant mythae , modo philoſophorum opiniones qui antiquitatis monumenta atque traditiones ſuae ſectae placitis adcommodare nunquam

135. LIE. Sphinx alata ſedens cum rota. (I.) M. Arig.

136. LIE. Serpens erectus inter ſpicam & caduceum. (II.) M. Theup.

137. LIE. Columna, ſupra quam ciſta frugum, hinc & inde mulier cum face ſive haſta. (I.) M. Theup.

138. LIϛ. Mulier ſellae inſidens d. elata tenet ſpicas, s. haſtam: ante eam ſtat Ceres d. gerens facem, s. ſpicas. (I.) M. R. G. *not.*

139. LIϛ. Mulier diademata decumbens, s. cubito ſphingi calantica ornatae innititur, d. protenſa tenet ſiſtrum: e regione velut retro manum protenſam ſtat iuvenis nudus manibus fornicis latus attingens. (I.) M. M. D. *not.*

140. LIϛ. Mulier cum loto in capite decumbens ſupra ſphingem, d. ſiſtrum, quod puerulus nudus fune metitur. (I.) Pell.

141. LIϛ. Caput Nili. (II.) Geſn. ex M. Fron.

LIϛ.

quam non ſtuduere. Sic Porphyrius, cui Harpocrates Sol eſt, crocodilum cui inſiſtit pro aere accipit per quem fertur Solis aſtrum: nam crocodilus fluvialis bellua humidi aeris ſymbolum (ap. Euſ. *de pr. ev.* 2,11.). At illius aevi ſapientibus, Aſiaticis quibuſdam ſacris imbutis, nihil antiquius fuit, quam omnia omnium gentium numina ad Solem referre, conquaeſitis undecunque claudicantibus ratiociniis, dum naturam generantem atque generatam, magnum primitivae philoſophiae veterumque religionum argumentum, negligerent. Neque contendimus, quin eo tempore quo procuſi ſunt numi de quibus ſermonem inſtituimus, cognitio de vetere & vera ſymbolorum ſignificatione magna ex parte perierit, & in ipſis numis recentiori conſilio exhibita ſint ſymbola, ſed in primam rei originem inquirere & primitivum ſenſum inveſtigare iucundum viſum eſt, neque prorſus inutile. Graeco-Aegyptiis Harpocrates plerumque ſilentii genius & tacendorum myſteriorum, ideo nec abſonum reputarem ſi belluinam formam adiectam crederet aliquis ad terrendos profanos, & frugibus refertum cornu ad innuendum Iſidis, quam Cererem vocant, filium, alterum velut Iacchum, *αρχηγεταν των μυστηριων της Δημητρος δαιμονα* (Strabo l.10. p.717.).

138. Ceres & Annona. Romanae Annonae in numis adſtituitur roſtrum, quia foris advehebatur: in Aegypto indigena ſolo ſpicarum adtributo agnoſcitur.

139. Genius Aegypti, cui e regione puerulus Niliacus incrementum fluminis e puteo nilometrio ſciſcitatur. Numum egregie explicat Servius *ad Aen.* 8, 696, dum ait: Iſis eſt Genius Aegypti, qui per ſiſtri motum, quod gerit in dextra, Nili acceſſus ſignificat. Ceterum eundem typum exſtare ſuſpicor in numo Pelleriniano, quem ex iconiſmo deſcriptum ſiſtimus n. 140.

Digitized by Google

142. LIϛ. Vir barbatus ſtans d. arundinem, s. cornucopiae : pone eum mulier ſuccincta cum proboſcide in capite d. capiti eius imponit, s. haſtam tenet. (I.) M. Theup. *not.*

143. LIϛ. Vir barbatus ſtans cum modio in capite s. cornucopiae d. porrigit mulieri adſtanti cum modio in capite, s. cornucopiae : intermedia ara ignita. (I.) M. Theup. *not.*

XXVII. 144. Adverſa, ut n. 119.

LIϛ. Serapis ut ſupra ſtans in templo diſtylo, d. ſuper aediculam extenſa, s. haſtam. (I.).

XXVIII. 145. *a.* Eadem adverſa.

LIϛ. Serapis ſedens d. ſuper animal extenſa, s. haſtam. (I.).

145. *b.* LIϛ. Serapis ſedens, ante quem ſtans mulier tutulata, s. ſignum militare ipſi offert. (I.) M. Ainsl. *not.*

XXIX. 146. Adverſa, ut n. 132.

LIϛ. Iſis ſolito more ornata ſellae inſidet, s. tenens ſceptrum, d. protendens ſuper caput Harpocratis averſe ſtantis, nudi, d. os obſignantis, s. vero cornucopiae tenentis : ſellae ad humeros inſident a dextris avicula, a ſiniſtris cervulus. (I.) *not.*



142. Nilum coronare videtur Genius urbis Alexandriae.

143. In alio huius anni numo, quem conſpexi in M. R. G. Imperator & Fortuna dexteras iungunt (n. 154.). Si ab eo diverſus eſt iſte, quem ex M. Theupolo adtuli, ſignificare poteſt conſenſum Serapidis atque Fortunae ad res imperatoris promovendas.

145. *b.* Suſpicatus ſum pro tutulata muliere reponendum fuiſſe Alexandriae genium proboſcide elephantina in capite, vexilloque manu geſtato inſignem, praeſenti autem numo Serapidis tutelae commendatum. Vid. not. ad n. 303. Hadriani.

146. Typus ſummae elegantiae atque raritatis, neque quod ſciam in alio praeter unicum numiſma Regis Galliae nobis n. 167. repetitus. Quam enim toties videmus nutricis inſtar filio ubera praebentem, hic pingitur educatrix, quae de adſtante parvulo ſollicita manum praetendit ut vacillantem forte dirigat : praeclara naturae matris & magiſtrae imago. Aviculae erunt upupae, quas de prole prae reliquis animantibus anxiam curam habentes quis ignorat?

XXX.* 147. Adverſa, ut n. 119.

LIϚ. Aquila alis explicatis fulmini inſiſtens ſuſtinet Iovem ſeminudum decumbentem, & d ſceptrum tenentem. (I.).

XXXI.* 148.*a.* Eadem adverſa.

LIϚ. Apollo ſeminudus ſtans d. ad femur demiſſa tenet ramum, s. lyrae innititur; adſtat Diana d. telum e pharetra promens, s. tenens arcum. (I.).

XXXII.* 148.*b.* Eadem epigraphe. Protome laureata cum pectore nudo, & togae lacinia ad humerum ſiniſtrum.

LIϚ. Mars & Minerva ſtantes ut infra n. 175. (I.).

XXXIII. 149. Adverſa, ut n. 119.

LIϚ ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ. Duae mulieres ſtantes dexteras iungunt, altera ſiniſtra, quam contra os elevat, tenens duas ſpicas, altera ſiniſtra duplex cornucopiae. (I.)

150. Similis, ſed pax loco ſpicarum geſtat oleae ramum. (I.) M. Caeſ.

151. LIϚ. Mulier decumbens in lectiſternio. (I.) M. Theup.

152. LIϚ. Imperator paludatus ſtans d. globum, s. haſtam, coronatur ab adſtante muliere, s. ſceptrum. (I.) M. Caeſ.

153. LIϚ. Vir nudus ſtans d. pateram, s. haſtam: pone eum mulier coronam capiti eius imponit, s. temonem. (I.) M. Theup.

154. LIϚ. Imperator & Fortuna ſtantes dexteras iungunt ſuper ara. (I.) M. R. G.

XXXIV. 155. Adverſa, ut n. 119.

LIϚ. Imperator d. ramum, s. ſceptrum cum aquila ſtat in quadrigis elephantorum. (I.).

XXXV.* 156.*a.* Eadem epigraphe. Caput laureatum cum paludamento.

LIϚ.

Digitized by Google

LIϛ. Victoria alata & ſtolata ſtans in citis bigis d. tenet ramum. (I.).

156.*b*.LIϛ. Tropaeum inter captivos. (I.) M. R. G.

157. LIϛ. Elephas. (IV.) M. Theup.

158. LIϛ. Aquila ſtans. (II.) M. Farn.

XXXVI.* 159. Adverſa, ut n. 111.

LIϛ. Accipiter ſtans cum flore in capite. (III.).

160. LIϛ. Serpens arrectus. (II.) M. Arig.

XXXVII.* 161. Adverſa, ut n. 119.

LIZ. Caniſtrum frugum plenum impoſitum currui tracto a duobus ſerpentibus alatis cum pileo & barba. (I.) *not.*

162. LIZ. Ceres cum ſerpentibus. Pat. ex M. Moroſ.

163. LIZ. Ceres ſtat ante ſedentem Aegypti genium manum imponentem capiti parvae figurae ſtolatae ad genu eius adnixae: pone parvam figuram adeſt columna ſuſtinens caniſtrum inter duos ſerpentes. (I.) M. R. G. *not.*

XXXVIII. 164. Adverſa, ut n. 119.

LIZ. Duae mulieres ſtantes, altera d. haſtam, s. ſpicas; altera d. ſpicas, s. haſtam. (I.).

165. LIZ ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ. Duae mulieres ſtantes, iungunt dexteras, quae a dextris s. elata tenet ſpicas, altera s. cornucopiae. (I.) M. Taurin.

XXXIX. 166.*a*. Alius, ſed LIZ. (I.).

160.*b*. LIZ. Mulier decumbens in lectiſternio. (I.) M. Arig.

LIZ.

161. Cereris dona a ſerpentibus deae ſacris per orbem terrarum vecta mortalibus diſtribuenda.

163. Aegyptii quorum plebs parva figura ſignificari videtur, ingentem atque ſingularem terrae ſuae ubertatem Cereri acceptam referunt. Neque tamen me fugit typum alio modo poſſe explicari, ut parva figura vel Italiam vel Europam indicet, quam Aegyptus parentis initar ſuis opibus alebat. Percrebuerat antiquitus (verba ſunt Plinii in *Panegyrico*) urbem noſtram niſi opibus Aegypti ali ſuſtentarique non poſſe. Superbiebat ventoſa & inſolens natio, quod victorem quidem populum paſceret, paſceret tamen, quodque in ſuo flumine, in ſuis manibus vel abundantia noſtra, vel fames eſſet. Sed forte parvulus cuius attributa in numo non integra perſpiciuntur Harpocrates eſt frugum genius.

167. LIZ. Iſis ſolito more ornata ſedet in ſella, cuius parti ſuperiori hinc & inde inſiſtit avicula, & dexteram extendit velut impoſitura capiti Harpocratis nudi averſe ſtanſtis. (I.) M. R G.

168. LIZ. Iſis ſedens manum apponit capiti ſedentis Harpocratis. (I.) Hard. ex M. Fouc. *not.*

169. LIZ. Serapis ſedens, pro pedibus icuncula. (I.) M. Theup. *not.*

170. LIZ. Serapis inſidens aquilae, d. florem. (I.) M. Caeſ.

171. LIZ. Quadrigae citae, quibus inſiſtit Serapis d. elata, s. haſtam: in area ſupra equos conſpicitur Canopus virentis herbae faſciculo impoſitus. (I.) M. R. G. *not.*

LIZ.

168. Harpocrates ſedens in ſigillis obvius eſt, Orum matri adſidentem agnovi in tabulis aliquot gypſeis muſei noſtri: at in numis, ſi demas unicum muſei Arigonii in Hadriano recenſendum, hactenus nullum eorum in throno collocatum conſpexi. Numum ideo pro ſingulari habeo, modo ne ſit idem cum praecedente memoriae lapſu varie deſcriptus.

169. Cum numi magna ex parte aevo corroſi inveniantur, ſaepe quoque rudioris ſint fabricae, in parva figura ad Serapidis pedes excubante modo ſphingem, modo gryphum, modo humanam icunculam conſpicere ſibi viſi ſunt antiquarii: at quotquot oculis luſtrare obtigit cerberum habent, nec ullus dubito quin idem monſtrum etiam in reliquis fingere voluerint artifices. Nam cerberi indicio, quem tortuoſis fluxibus ambit ſerpens, cum ex Ponto Ptolemaei iuſſu Alexandriam advectus eſt ignoti dei coloſſus, Plutonem eſſe, quem Serapin vocant Aegyptii, arguere Timotheus interpres & Manetho ſacerdos Sebennytes. Macrobius vero, qui diligenter deſcripſit Serapidis Alexandrini ſimulacrum, ait: ſignum ei adiungunt tricipitis animantis, quod exprimit medio eodemque maximo capite leonis effigiem, dextera parte caput canis exoritur manſueta ſpecie blandientis, pars vero laeva cervicis rapacis lupi capite finitur, eaſque formas animalium draco connectit volumine ſuo capite redeunte ad dei dexteram, qua compeſcitur monſtrum. Cerberi, qualis hic ob oculos pingitur, elegans ſigillum ex aere videre licet in muſeo noſtro, forte olim comes Serapidis, ſed temporis iniuria ab hero ſeiunctus. De papavere, quod in numorum catalogis haud raro invenies Serapidi in dexteram traditum, nulla apud Macrobium mentio, neque ipſe unquam conſpexi.

171. Serapis in quadrigis citis ex Graecorum mente Sol eſt: ſupra quem elatum collocatur Canopicum divinitatis

172. LIZ. Bacchus ſtolatus hederaque coronatus d. tenens thyrſum decumbit ſupra currum tractum a duabus pantheris. (I.) M. R. G.

173. LIZ. Mulier decumbens in curru tracto a duabus tigribus. (I.) M. Theup. *not.*

174. LIZ. Apollo ſeminudus ſtans d. ramum tenet, s. demiſſa lyram velut ſub veſte abſcondit; ei a ſiniſtris ſtat Diana d. telum promens, s. gerens arcum. (I.) M. R. G.

XL. * 175. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ ϹΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput radiatum cum Gorgone ad pectus.

LIZ. Mars cum galea, lorica, & paludamento, d. tenens parazonium, s. haſtam praefixam ſtat, comite Pallade ſtolata, galeata, atque aegide ornata, d. clypeum tenente ad terram, s. haſtam. (I.).

XLI. * 176. *a.* Adverſa, ut n. 148. *b*.

LIZ. Dioſcuri ſtant loricati, paludati, atque haſtati, ſupra vertices ſtellis conſpicui. (I) *not.*

176. *b.* LIZ. Dioſcuri nudi ſtantes & tenentes equos fraeno. (I.) M. Theup.

XLII. 177. Adverſa, ut n. 119.

LIZ. Quadrigae lentae, quibus vehitur imperator togatus d. ramum, s. ſceptrum, adſtante retro Victoria cum corona: pone equos conſpicitur columna, cui impoſitum eſt ſimu-

tis ſymbolum, eodem pacto quo in priſcorum Aegyptiorum anaglyphis ſuper capite Arveris globus cum comitante ſerpente, & appenſa nonnumquam Niliaca clave. Nam Canopi rotunditate eodem modo quo globo ſignificatur univerſa natura, impoſito capite indicatur mens ſicut olim ſerpente, virens autem herba pro Niliaca clave ſubſtituta innuit rerum productionem atque vivificationem.

173. Idem eſt atque praecedens; in numo temporis iniuria depravato facile Bacchus muliebris figura videri potuit.

176. *a.* Memorabilis eſt forma literae Z in hoc numo una cum binis aliis n. 165, & 172: vix enim in aliis huius aevi monumentis invenies.

ſimulacrum imperatoris paludatum, d. haſtam tenens, s. globum. (I.) *not.*

178. LIH. Imperator loricatus, & paludatus inſidet ſellae curuli d. tenens victoriolam: procumbit e regione in genua barbarus velut ſupplex manus tendens: pone hunc tropaeum. (I.) M. R. G. *not.*

179. LIH. Arcus cum tribus fornicibus, in cuius vertice quadrigae, hinc & inde tropaeum cum captivis. (I.) M. Theup.

180. LIH. Vir habitu militari ſtat in ſuggeſtu ſive ſcabello: humiliori loco ſtat mulier d. ſpicas tenens, s. haſtam. (I.) M. Arig. *not.*

XLIII. 181.*a.* Adverſa, ut n. 119.

LIH. Mars & Pallas ſtantes, ut in n. 175. (I.).

181.*b.* ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ ΑΡΙ CEB ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ. Caput laureatum.

LIH. Mulier decumbens in lectiſternio. (I.) M. Caeſ. *not.*

LIH.

177. Hoc anno, qui fere reſpondet tribuniciae poteſtatis anno XVII erectam ſcimus columnam cochlidem Traiani: quod factum etiam ab Aegyptiis celebratum eſſe, eximio hoc numo docemur, qui praeterea coniungens cum columna quadrigas triumphales eleganter ſubinnuit anaglypticum opus, quo decorata eſt eius ſuperficies, &, quod anguſtae numiſmatis areae egregie convenit, brevi ſymbolo totum operis argumentum explicat. Simulacrum in columnae vertice conſtitutum aevi voracitate periit, at pedum atque capitis indicio, quae effoſſa fuerunt prope columnam, collegere coloſſi altitudinem alii pedum 21, alii 18. Extitiſſe autem ſepulcrum imperatoris in columna, vel potius in ipſius baſi teſtantur, praeter Dionem, Victor in epitome, Eutropius, & Caſſiodorus.

178. Parthamaſiris Armeniae regis a Traiano regno exuti cum eo colloquium, quem etſi libere locutum eſſe ex Dione conſtat, & ad gentium communia iura provocaſſe, tamen ſuplicem fingit adulandi licentia.

180. Frumentum ex Aegypto accerſitum ad ſuſtentandum exercitum imperatoris, adverſus Parthos profecti: vir enim ſtans in ſuggeſtu facile erit quaeſtor mandata imperatoris perferens.

181.*b.* Incipit Optimi cognomen an. U.C. 867, quo nondum elapſo initium capit Aegyptiorum annus XVIII.

Digitized by Google

182. LIH. Mulier tutulata decumbens d. ſpicam & papavera. (I.) M. Theup.

183. LIH. Mulier ſtans, d. bilancem, s. cornucopiae. (II.) M. Theup.

184. LIH. Mulier ſtolata velum tenet ante Pharum. (I.) Pocock.

185. LIH. Nilum ſedentem cum adiacente bellua circumludunt puelli. (I.) M. Pembrok.

186. LIH. Caput barbatum diadematum. (II.) M. Farn.

187. LIΘ. Caput barbatum pectore tenus. (II.) M. Theup.

XLIV. * 188. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ ΑΡΙ CΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ ΠΑΡ. Caput laureatum cum Gorgonis capite ad pectus.

LIΘ. Nilus decumbens d. tenet arundinem, s. cornucopiae, ſimulque hippopotamo innititur. (I.) *not.*

189. LIΘ. Nilo cum hippopotamo decumbenti adſtat e regione Genius nudus d. verſus fluvium elata, s. geſtans pedum. (I.) M. R. G. *not.*

XLV. * 190. Adverſa, ut n. 188.

LIΘ. Nilus ſtans barbatus ſeminudus & d. tenens arundinem coronatur a Genio Aegypti, figura nimirum muliebri ſtolata capite florem gerente, s. manipulum frugum. (I.) *not.*



188. Inchoat hoc anno nomen Parthici. Exſtitit autem circa hoc tempus ingens Iudaeorum rebellio in Aegypto, cui provinciae cum praeeſſet Lupus quidam, accepta clade in Alexandriam urbem ſe recipere coactus, Iudaeos quotquot in civitate inventi ſunt trucidavit. Tumultuarunt inde per totam provinciam, & nomos praedationibus vaſtaverunt; non modo Iudaei in Aegypto inquilini, ſed magna praeterea advenarum turba ex Cyrenaica ubi nata erat ſeditio. At miſſus e Syria Marcius Turbo profligavit rebelles & caeſo duce eorum Lucua ſedavit tumultum. (Euſeb. *H E.* 4, 2., Dio 68, 32.).

189. Genius oſtii Heracleotici, quod & Bucolicum dictum fuit ab accolentibus Bucolis, de quibus longior ero ad numum Marci n. 117. Paſtorem indicat pedum & manus elata velut abigentis gregem.

190. De cultu Nili apud Aegyptios, quem elegans numus velut heroem coronis honoratum ob oculos ſiſtit, alio loco dicendum erit. Celebratur Plutarcho Lotina corona quam invenit Iſis in Nephthyos gremio, & cognovit mariti errores.

XLVI. 191. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum paludamento ad collum.
Averſa fere ſimilis. (I.).

192. LIΘ. Mulier ſedens cum loto in capite d. ſpicas, s. ſceptrum. (I.) M. Theup.

193. LIΘ. Mulier decumbens in lectiſternio. (I.) Hard. ex M. Cham.

194. LIΘ. Aequitas ſtans. (II.) M. Arig.

XLVII.* 195. ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝ ΑΡΙ ϹΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ ΠΑΡ. Caput laureatum cum Gorgone ad pectus.
LIΘ. Iuppiter ſeminudus ſedens d. haſtam tenet, s. bacillum; ante pedes ſtat aquila roſtro reflexo coronam velut Iovi oblatura. (I.).

196. LIΘ. Bacchus ſtolatus & hedera coronatus decumbit ſuper curru a tigridum biga vecto. (I.) M. R. G.

197. LIΘ. Vir loricatus & paludatus d. haſtam tenens, s. parazonium ſtat cum equo: ad eius pedes genua flectit barbarus habitu velut phrygio. (I.) M. R. G. *not.*

XLVIII.. *198. Adverſa, ut n. 188.
LK. Imperator d. ramum, s. ſceptrum gerens ſtat in curru tracto a quatuor elephantis, quorum uni inſidet victoriola. (I.).

199. LK. Imperator ſtans in quadrigis triumphalibus coronatur a Fortuna retro ſtante. (I.) Hard. ex M. Lamoignon.

200. LK ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ. Concordia & Pax dexteras iungunt, illa geſtans geminum cornucopiae, haec duas ſpicas. (I.) M. R. G.

201. LK. Mulier ſtans, s. duplex cornucopiae. (I.) M. Caeſ.

202. LK. Aequitas ſtans. (II.) M. Theup.

LK.

197. Victoriae Traiani de Oriente, cui a Senatu decretum ut triumphos ageret quotquot vellet. At nullum egit, nam urbem amplius non adiit: ſed mortui imago curru triumphali invecta eſt, Hadriano triumphum ſibi velut haereditarium delatum recuſante.

203. LK. Iſis cum ſpicis : retro ſphinx. (I.) Hard. ex M. Fouc.

204. LK. Canopus. (II.) M. Theup.

205. LK. Caput Nili. (II.) M. Arig.

XLIX. 206. Adverſa, ut n. 188.
LK. Nilus humi ſedens cum hippopotamo. (I.).

207. LK. Vir barbatus ſtans, d. arundinem; pone eum mulier ſtans coronam capiti eius imponit s. ſceptrum. (I.) M. Theup.

208. LK. Caput Iovis diadematum cum pallio ad collum. (AR) M. Taur.

209. LK. Iuppiter ſedens adſtante aquila. (I.) M. Bracc.

L.* 210. Adverſa, ut n. 188.
LK. Iuppiter palliatus ſedens d. tenet haſtam, s. bacillum; ante pedes ſtat aquila ad eum reſpiciens, roſtro tenens coronam; pone inſiſtit ſellae victoriola Iovis caput coronatura. (I. ſolito maior).

LI.* 211. Eadem adverſa.
LK. Pietas velata ſedens d. pateram, s. bacillum, ante eam ara. (I.).

LII. 212. Eadem epigraphe. Caput laureatum.
LK. Serpens arrectus inter ſpicas, & caduceum. (II.).

213. LK. Accipiter ſtans. (III.) M. Caeſ.

214. LK APCINOITΩN. Iuppiter. Hard. ex M. Fouc. *not.*

215. LKA. Iuppiter ſellae inſigni inſidens, ad pedes aquila, cui d. porrigit, s. haſtam tenet. (I.) Pocock. *not.*

216. LKA. Duae turres. Pat. ex M. Moroſ. *not.*



214. Vix fidem merentur numi qui Aegyptia gentilia in genitivo caſu efferunt.

215. 216. Obiit Traianus A.U.C. 870 die XI Auguſti, in Ciliciae urbe Selinunte: itaque ante coeptum annum XXI Aegyptiorum, neque adeo diſtans, ut probabile ſit ante receptum Alexandriae de eius morte nuncium ſignari potuiſſe numos. At perfacile accidit ut permutentur Hadriani Aegyptia numiſmata cum Traiani.

Digitized by Google

217. An. detr. Porta ante atrium templi Aegyptii, ſtatua ſupra ianuam. (I.) Pocock. *not.*

218. An. detr. Templum diſtylon, in quo mulier d. elata ſuper aram ignitam. (I.) M. Theup.

219. An. detr. Figura muliebris ſtans ante aram, d. ori admovet, s. ancorae innixa clavam tenet. (I.) Pocock. *not.*

220. An. detr. Harpocrates nudus d. ori admovens, s. tenens clavam inequitat lupo veloci. (I.) M. R. G. *not.*

221. An. detr. Triremis, ſuper qua ſedet Serapis inter Cererem & Abundantiam. (I.) M. R. G.

222. An. detr. Iuga boum trahentium currum, in quo ciſta frugum. (I.) M. Theup. *not.*

223. An. detr. Caniſtrum frugum impoſitum currui, cuius ſummus ambitus caput Serapidis ſuſtinet, vehitur a boum biga lenta. (I.) M. R. G. *not.*

224. An. detr. Duo centauri trahentes currum, in quo icuncula. (I.) M. Theup.

225. An. detr. Zodiacus minorem orbem includens, in cuius centro caput. (I.) M. Pembr.

226. An. detr. Nilus decumbens d. arundinem, s. cornucopiae, & ſimul hippopotamo innixus: pro pedibus ſtat figura nuda, d. ut videtur velum tenens. (I.) M. Caeſ. *not.*

227. An. detr. Nilus ſedens d. cornucopiae, s. puellum: e regione decumbit mulier, d. ſpicas: in area puellus, ad fluvii pedes alii tres. (I.) M. Arig.

An.

217. Confer n. 442 & 511 in Hadriano.

219. Novum Harpocratis attributum ancora, nec facile in alio monumento conſpiciendum.

220. Vide notam ad n. 76.

222. Elegans typus, bos arator mortalibus fruges afferens.

223. Praeter quod notavimus ad praecedentem numum, addidere in hoc caput Serapidis, quem Nili dominum, & omnium bonorum datorem venerati ſunt.

226. Suſpicari liceat figuram nudam non velum tenere, ſed inſpicere Nilometrium.

Digitized by Google

228. An. detr. Imperator ſtans paludatus, s. cornucopiae tenet, dextrae canis aſſilit, figura mulicbris ſtolata pone, in medio puerulus. (I.) Pocock. *not.*

229. An. detr. Vir ſtans d. porrigit mulieri ſtanti, quae s. duplex cornucopiae. (I.) M. Theup.

230. ΝΟΜΟϹ ΜΕΜΦΙΤΗϹ. Suppreſſis reliquis. (I.) Belley e M. Peller.

231. ΑΥ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΡ ϹΕ ΓΕΡΜ ΔΑ. Caput laureatum.

ϹΕΒΑϹΤΗ. Mulier ſtans d. papaverem, s. haſtam. (II.) M. Farn. *not.*

228. Mirus typus ſi bene deſcriptus. Ego quidem pro imperatore ſubſtituerem Nilum, pro cane hippopotamum: vel quod magis arridet, iuvenis chlamydatus Mercurius eſt, quem Anubin vocant, comite cane; mulier Iſis cum filio Harpocrate; omnes ſimul Oſiridis a Typhone interempti reliquias inveſtigantes.

231. Numus mutilus. Forte legendum ΠΛΩΤΕΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ cum typo Auguſtae ſub Cereris perſona: nam quas in Domitiano offendimus epigraphas ΕΛΠΙϹ ϹΕΒΑϹΤΗ, ΑΘΗΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ cet., quibus analoga foret ΔΗΜΗΤΗΡ ϹΕΒΑϹΤΗ in Traiani moneta hactenus non inveni.

HADRIA-

# HADRIANUS.

## *De tempore quo in Aegypto fuit Hadrianus, ad numum n.* 58. *cum typo navis anno imperii* VI *percuſſum.*

NAve cum velis explicatis, typo in Alexandrina moneta antehac ſemel conſpecto, adſcripto vocabulo ΣΕΒΑΣΤΟΦΟΡΟΣ, cum Alexandrini iter Achaicum Neronis, inde ut credebatur Aegyptum petituri celebrarent, quid hoc loco ſignificari poteſt aptius, quam adventus imperatoris in provinciam, quam ab eo peragratam omnes produnt hiſtoriarum annaliumve conſarcinatores, at alter ab altero diſſentientes varie referunt ad ſingulos fere annos inter mortem Traiani & initium Antonini intercedentes. At facturus mihi videor operae pretium, dum in eventum a ſcriptoribus, qui gravioribus rebus detinebantur, negligentius tractatum, hic ubi ſola numorum ſub imperatoribus in Aegypto percuſſorum explicatio negotium facit, diligentius inquirere aggredior.

Primo igitur imperii anno Hadrianum per Palaeſtinam in Aegyptum perveniſſe, colligunt nonnulli e calculo S. Epiphanii c. 14. *de menſuris*, ubi epocha ſtatuitur annus XLVII poſt everſa Hieroſolyma, qui eſt U. C. 870: at debilitatur ſcriptoris auctoritas eo quod ait, imperatorem propter ſalutem, de qua deſperabant medici, Roma relicta Aegyptum petiiſſe, cum ex numis ſecundo Hadriani conſulatu Romae ſignatis, ut reliqua taceam teſtimonia, conſtat, eum ante A.U.C. 871 urbem non adiiſſe (vid. Mediobarb., & *Catal. Muſ. Caeſarei* t. 2. ADVENTVS AVG. COS. II), ſed Antiochiae ad Orontem, ubi coeperat imperium, degiſſe ad componendas res Orientis poſt Traiani obitum vehementer turbatas; hiſtorici vero conſentiunt, imperatorem demum poſt peragratas Romani orbis provincias, & multifarios labores exantlatos valetudinem adverſam experiri coepiſſe. Medicinam adferre tentavit Pagius in annotationibus ad annales Baronianos, cenſens ea quae de morbo Hadriani narrat Epiphanius, nullum habere nexum cum iis, quae de itinere ſubiungit, & computatione non parum arbitraria epocham, quam perhibet ille, in tertium imperii annum vel U. C. 782 removens, opinionem autem ſuam numo firmans, qui una cum tertio conſulatu Hadriani adventum eius Alexandriae celebrat. At conſtat inter eruditos Hadriani monetam tertium conſulatum ſignantem ad quemvis imperii annum ſecundo poſteriorem poſſe pertinere. Corruit igitur argumentum, quo nititur unico. Dum vero Epiphanii verba explicat, nullo modo ad propoſitum ei ſermonem vel rerum ſeriem advertit, nam imperatoris morbus nihil ad rem attinet, praeter quod cauſa eſſet profectionis, & inde inſtauratae Hieroſolymae. Aliam iniit rationem Petavius,

tavius, initium intervalli annorum xlvii ducens a ſecundo anno Titi Auguſti, ut caderet ultimus in A. U. C. 880: ait enim Epiphanius Hieroſolyma deſtructa a Tito Veſpaſiani filio τῳ δευτερῳ ετει της αυτȣ βασιλειας. Sed, (ne pro αυτȣ legam τȣτȣ, ut Veſpaſianum reſpiceret) intelligere videtur ſecundum annum poſt occupatum a Flavia ſtirpe imperium, & Titum ad Caeſaris faſtigium evectum. Nam nullo pacto veri ſpeciem habet ignoraſſe Epiphanium tempus quo capta ſunt Hieroſolyma; ſed ſi erravit, error eſt circa profectionem Hadriani, quam vel tardius accidiſſe neceſſe eſt, vel antequam Romam inviſerit imperator. At ipſum poſt imperium receptum Antiochiae e Syria per Illyricum, non per Aegyptum, Romam rediiſſe, auctor eſt Spartianus, qui ſolus inter ſcriptores iſtud iter enarrat. Propius ad verum accedere videtur chronicon Paſchale, ubi habet, Hadrianum circa ſextum imperii annum in Aegyptum perveniſſe, & Antinoopolin in Thebaide condidiſſe. Favet Spartianus narrans imperatorem poſt reditum e Britannia in Galliam turbatum fuiſſe ſeditione, quae nata erat in Aegypto ob Apin poſt multos annos repertum omnibus populis, praeſertim puto Alexandrinis atque Memphitis, ſtudioſe certantibus apud quem deberet locari. Accidit hoc circa annum iv imperii, & quamvis praeterea nihil addat Spartianus, ſed de profectione Aegyptiaca demum poſt peragratas reliquas imperii provincias mentionem habeat, tamen omnino eſt veriſimile imperatorem curioſum & de omnibus imperantis officiis propria praeſentia obeundis ſollicitum, hac oblata occaſione cum ad ſedandas turbas, tum ad luſtrandam Aegyptum omnium regionum celeberrimam, in Orientem transfretaſſe. Quid quod orationis progreſſum attente conſiderantibus Spartiani locus in haud ambiguum evehitur teſtimonium. Ipſe enim poſt enarratas res Galliarum atque Hiſpaniae, recenſet motus Maurorum compreſſos, Parthos Caeſaris colloquio pacatos, & tranſitum eius vel in Africam vel in Aſiam ſilentio premens, ac ſi de Mauris abſens ſupplicationem meruiſſet, colloquium vero Romae habuiſſet cum Parthorum legatis, mox eum ex Aſia per inſulas & Achaiam Athenas, inde in Siciliam ducit. Dum igitur ex hac rerum ſerie, atque e numis adventum Auguſti in Mauretaniam celebrantibus liqueat, ſcriptorem hic loci geſtorum expoſitione innuere itinera, nullum relinquitur dubium quin quae de Aegypto ſcripſit eodem ſenſu ſint accipienda. Accedit narratio Athenaei l. 17., Hadrianum propria manu occidiſſe leonem, qui Libyam Alexandriae vicinam devaſtabat, quod factum parum convenit ſequioribus annis, cum indefeſſis laboribus labefactatus de ſucceſſore cogitare coeperat imperator, quo & comite uſus eſt in ſecundo per Aegyptum itinere, ſuſcepto circa annos imperii xv, xvi, ut infra probabimus. Ideo docentibus numis commatis Romani qui ludos Circenſes natali urbis conſtitutos praedicant, imperatorem vere A. U. 874 Romae adfuiſſe, abſolvitur itinerarium eius ex Spartiano hoc modo: Gallia cum Germania & Britannia; Hiſpania; Mauretania; Roma; Aegyptus; Aſia; Inſulae; Achaia; Athe-

Athenae ; Sicilia ; Roma. Annum quo primum Athenas adiit facit S. Hieronymus in chronico 2138 Abrahami, qui elabitur ſub autumnum A. U. C. 875, ita ut ſaltem ante novembrem ex Aegypto & Aſia illuc pervenerit, quae res cum Chronico Paſchali Antinoopolim conditam ad annum imperii VI diem 30 octobris figente, pugnat. At nemini non perſuaſum puto ſingulorum annorum menſiumve in Chronicis rationem non vehementer eſſe habendam, dum nimis facile ſit negligentia modo compilatoris, modo librarii, rem geſtam in annum vel praecedentem vel ſubſequentem dimoveri. Ne vero diligentiam Euſebii hoc loco in dubium vocem, mendum ſtatuo ineſſe Chronico Paſchali, in quo epocha, de qua agitur, iam olim varie lecta conſtat. Invenitur enim apud Scaligerum in theſauro temporum excerptum Caſauboni ex Chronico, quod iiſdem verbis quae nunc ad annum Hadriani VI leguntur, coniungit Olympiacum annum convenientem cum V imperii, conſules vero qui in recentioribus libris anno eius IV apponuntur. Inde ſi in Chronico ut nunc habetur lineare admittamus ſphalma, dum qui annus conſulesque notam de itinere Aegyptio ſequebantur ei ſint antepoſiti, erit dies qua Antinoopolin fundavit Hadrianus 30 octobris A. U. C. 874, quae incidit in Olympiadis 225 annum primum, a Chriſto nato 121, tribunitiae poteſtatis V, imperii autem ex mente Aegyptiorum VI : Libya ſub idem fere tempus, prodente Euſebio, coloniis ornata. Ex hoc calculo, quem egregie firmat numus iſte Alexandrinus anni ſexti cum typo navis vela explicantis, temporis ſpatium relinquitur ſufficiens, quo peragrata poſt Aegyptum Aſiae parte per inſulas & Achaiam Athenas perveniret ante elapſum annum Abrahami 2138. Ita inter ſe conciliatis Spartiano, Euſebio, & Chronico Paſchali, alia ſupereſt difficultas, ex cuius ſolutione maiorem epochae certitudinem eruere confido. Quaeret nimirum aliquis mortuusne ſit Antinous ante conditam Antinoeam? id quod ſcriptores, qui de eius morte ſermonem inſtituerunt, innuere cuncti videntur, noſtrae autem hypotheſi impedimento foret, ſi fides Chronico Euſebiano, in quo ſub annum imperii XIII notatur mors Antinoi. Equidem ut conſulerem auctoritati Chronici, cuius ſenſus dubius eſſe nequit nec levis mutationis remedium admittit, crederem hiſtoricos brevitati ſtudentes Antinopoleos conditae non pro temporum ſucceſſione meminiſſe, ſed accepta occaſione dum de herois morte facta eſſet commemoratio. Sed quin hoc pacto res componamus bina obſtant, primum vix eſſe credibile imperatorem anno, quem habet Chronicon Hieronymi in Aegypto adfuiſſe, ſecundum, quod caput eſt, inveniri numos, qui probant Antinoum ante hoc tempus vita functum. Romae adfuit imperator a. d. V non. mart. U. C. 882, quod ex l. 5 *D geſt.* tit. 3, leg. 20 evincit Emus Noriſius : Euſebius vero mortem Antinoi figit ad annum Abrahami 2145, qui abſolvitur ineunte autumno U. C. 882 : adeo ut ſtatuendum foret imperatorem ſemeſtri ſpatio percurriſſe Graeciam, Aſiam, Cappadociam, Syriam, atque Aegyptum, quod vix alicui probabitur. At litem penitus dirimunt tres numi comma-

commatis Alexandrini, quos in catalogo muſei Caeſarei luce donavit Ioſ. Eckhelius, quem honoris cauſa nomino, exhibentes una cum epigraphe Antinoi herois, quae ex conſtante antiquitatis uſu praeter mortuum nemini convenit, annum Hadriani IX, qui eſt tribuniciae poteſtatis fere VIII: accedente alio, quem conſpexi in muſeo Bracciano cum nota anni XIII, certo percuſſum ante diem XXIX auguſti U. C. 882, quo tempore in Aegypto adeſſe nullo pacto potuit imperator. Ergo cum certum ſit Antinoum obiiſſe in Aegypto ante annum, quem habet Chronicon Euſebii, epocha mortis praeter quam Antinoeae conditae ex faſtis Siculis ſtatuimus, nulla relinquitur. Numi quidem anni iſtius, qui Aegyptiis foret VI, cum Antinoi memoria, quod ſciam, inventi nondum ſunt, quamvis percuſſos fuiſſe omnimodo ſit veriſimile: nam multa monumenta adhuc caligine premuntur. At favent hypotheſi numi Alexandrini non pauci anni VI, in adverſa e regione capitis imperatorii lunula inſigniti, quae dum in nullo alius anni numiſmate obvia ſit, innuere videtur herois animam in lunam evectam, quod accidiſſe creditum narrat Tatianus in libro adverſus Graecos. Haec dum ex numis adſtruere conamur, refellenda occurrit opinio Pagii, cui numuli anni imperii XI in variis, ut aiunt, Aegypti urbibus procuſi indicio fuere, ut Hadrianum, quem Aegyptum quater adiiſſe exiſtimat, etiam anno urbis 881, qui ipſi eſt XII, tribuniciae autem poteſtatis XI, XII illuc accerſeret, ut in hac provincia & in vicina Arabia degens uſque ad auguſtum U. C. 882, Antinoum amitteret in Nilo quo tempore ſtatuunt Chronicon D. Hieronymi, & collectanea Graeca Scaligeri. Fallitur enim egregie dum monetam Aegyptiacam trib. pot. annos numerare opinatur, cui rei immorari piget, tot Hadriani numis cum anno XXII, ne longius quaeram argumenta, contrarium probantibus. Aegyptiorum annus XI totus incidit in annos U. C. 879 & 880, & demtis diebus 17 occupat annum tribunitiae poteſtatis X. Qua occaſione ſignati ſint nomorum numi hunc annum praeferentes alio loco inquirere propoſitum eſt; hic ſufficit innuiſſe eos nihil facere pro opinione viri eruditi, & ſic ruere univerſum ipſius ſyſtema. Facit praeterea adverſus eum quod ſupra auctore Noriſio probavi, Hadrianum a. d. V. non. mart. A.U. 882 Romae adfuiſſe, quod fieri nequibat, ſi annos 881 & 882 uſque poſt elapſam aeſtatem in Aegypto & Arabia conſumſiſſet. At Noriſius dum coniicit anno U. 883, qui Gazenſium 190, Hadrianum a Palaeſtina in Aegyptum tranſiiſſe, non advertit mortem Antinoi ſecundum Euſebium, cuius anno Olympiaco ipſe nititur, cadere in annum U.C. 882, Gazenſium vero 189, qui Abrahami 2145: Convenit enim primus annus Olympiados 227 cum anno Abrahami 2145 ſolis ut plurimum menſibus a iulio uſque octobrem anni urbis 882, ut ex natali urbis ſecundum Euſebium & initio anni cum Olympiaci tum Aſiatici facile eruitur.

Abſoluto inde primo orbis circuitu Romam reverſus eſt imperator circa annum trib. pot. VII, & cum primo res Moeſiae, deinde

N Afri-

Africae, numis teſtantibus, in provincias eum avocaſſent, bis Romam repetiit, atque in urbe eiuſque vicinia degit ſaltem uſque ad menſem martium anni XII trib. poteſtatis, de tribuni & ſenatoris officiis in toga obeundis, deque urbe magnificis templis ornanda ſollicitus, & propter ingentia ſua in rempublicam beneficia novo & inſolito more ab univerſo populo Pater Patriae acclamatus. Adeas Spartianum, & legem quam modo citavimus ex epochis Syro-Macedonum, demum quae dicenda ſunt ad numum n. 262. Circa hoc tempus accidiſſe reor, quod confuſe ad primum annum narrat Epiphanius, ut diuturno morbo tabeſcens iter meditaretur in Graeciam atque Orientem, potiſſimum in Aegyptum, cuius aer ex veterum perſuaſione medelam adfert chronico morbo laborantibus (Plin. *epiſt.* 5, 19); prius quidem ne caſu aliquo imperium haerede deſtitueretur, filio atque haerede conſtituto Aelio Vero tunc praetore urbano, & cum rure degeret imperator, cum extraordinario imperio urbi praefecto. Colligo haec ex Victore de Caeſaribus, Capitolino in vita L. Veri Auguſti, & quod ſummum eſt ex epiſtola imperatoris Serviano miſſa ex Oriente, in qua mentionem habet de Vero filio convitiis petito ab Alexandrinis. Eodem enim atque Sabina Auguſta comitibus uſus eſt in itinere, quo poſt Athenas, ubi abſolvit Iovis Olympii famigeratum templum ante pluria ſaecula coeptum, adiit Aſiam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum, & Arabiam. Alexandriam pervenit A. U. 883 circa menſem auguſtum & novi anni apud Aegyptios initium, nam numi Alexandrini adventum eius celebrantes ſignati ſunt tum anno XIV tum XV (adeas catalogum n. 201, 203, 204), reliqui autem, qui gratum ob beneficia animum teſtantur, praeter unicum anni XVII, omnes XV. Hos nimirum qui annum habent XV viderat & cum eruditis communicaverat Morellius, & iis indicibus uſi Pagius, Tillemontius, & recentiores fere omnes adventum Hadriani in annum trib. pot. XV, qui urbis 884, 885 collocarunt, ad Aegyptiorum epochas non animadvertentes; immo Tillemontius, qui hoc eodem itinere mortuum ſtatuit Antinoum, exiſtimat imperatorem ſub finem anni trib. pot. XV, aeſtate A. U. 885 in Aegyptum veniſſe, ne nimium intercederet temporis adventum inter & literas Serviano miſſas. At neque neceſſario conſequitur, ut epiſtola ſcripta ſit ſtatim poſt deceſſum ab Alexandria, neque improbandum videtur imperatorem plus uno anno in Aegypto degiſſe, ex qua provincia & vicinam Arabiam inviſere poterat, & bellum, quod forte iam tunc in Palaeſtina flagrabat, dirigere: maxime ſi Epiphanio credimus valetudinis cauſa in Aegyptum eſſe profectum. Nec otio tempus trivit, ſed ordinavit res civitatis variis ſeditionibus turbatas, vetera privilegia reſtituit, & auxit novis ornamentis. Inquiſivit diligenter in populi indolem, arteſque, quibus vitam ſuſtentarent, & regionis opes atque proventus. Multa etiam verſatus eſt in muſeo inter philoſophos & ſcientiarum profeſſores compluria eos interrogans, & quaeſtiones ſibi propoſitas diſſolvens. Inde totam provinciam perluſtravit uſque Thebas,

cuius

Digitized by Google

cuius rei teſtes exſtant tria epigrammata Memnonis ſtatuae in crure inſculpta, quae licet mutila, primus tranſcripſit & in diario publici iuris fecit Pocockius. Horum unum, quod a Leichio & Dorvillio emendatum reſtituit ipſe Pocockius in inſcriptionibus pag. 91, ita ſe habet:

Εκλυον αυδησαντος εγω ποβλιος βαλβινος
Φωνας τας θειας μεμνονος η φαμενωφ.
Ηλθον ομου δ' ερατᾳ βασιληιδι τηδε σαβινᾳ,
Ωρας δε πρωτας αλιος εσχε δρομον·
Κοιρανω αδριανω πεμπτῳ δεκατῳ ενιαυτῳ
Αματα δ' εσχεν αθυρ εικοσι και πισυρα.

*Audivi vociferantem ego P. Balbinus*
*Voces divinas Memnonem ſeu Phamenoph,*
*Veni cum amabili regina Sabina*
*Cum primae horae Sol curſum regeret*
*Domini Hadriani anno quinto & decimo*
*Cum dies creviſſet Athyr viginti & quatuor.*

Docet igitur diem qua adfuerunt Auguſti, nimirum XX novembris: nam quae ſequuntur in inſcriptionum ſylloge neque huc pertinere cenſeo, neque probe eſſe caſtigata, cum quas habet apographon Pocockianum literae ΑΟΥΡ potius legendae videntur ΑΘΥΡ quam ΝΟΕΜΒ, quod Leichio placuit. At de anno dubium relinquitur utrum fuerit U. C. 883, an 884, quod XV imperii ex Aegyptiorum calculo cum priori convenit, XV trib. pot. cum altero. Si vero quae ſcripſit Romanus ex Romanorum mente ſunt intelligenda, ſaltem annum cum dimidio in Aegypto adfuit imperator, forte adhuc anno XVII, cum cuſus eſt numus proſtans in muſeo noſtro, qui exhibet nomen Hadriani velut tutelaris numinis inſcriptum ſacello Racotico (de quo in nota ad Traiani n. 117), cui adſtat in imperatoris conſortio Serapis. Poſtea repetiit Syriam Palaeſtinam, ut Aeliam, quam anno forte 883 inſtaurare coeperat, vindicaret a Iudaeis tumultuantibus, & nato bello non levi, de quo imperatoris ad ſenatum exſtat apud Dionem epiſtola, uſque in annum 887 detentus eſt. Nam hoc anno Serviano conſuli, a quo literas accepiſſe videtur pro conſulatu gratias agentes, epiſtolam miſit de Aegyptiorum moribus, quae, licet forte non integra, exſtat apud Vopiſcum in vita Saturnini. Romae autem adfuit anno ſequenti circa nonas maias, quod evincitur ex inſcriptione athletica in aedibus Farneſianis, quam e Graeco in Latinum verſam protulit Gruterus fol. CCCXV, Graecam reſtituit Falconerius *in Theſ. Gronov.* t. 8. p. 2295. Romam redux denuo de ſalute periclitari coepit, & Aelium filium Caeſarem renuntiavit, ut cum pleniori poteſtate componeret res Pannoniae a vicinis barbaris turbatas: ipſe vero ſeceſſit in villam Tiburtinam, quam omnium artium aemulatione exornavit reſtituta memoria loco-

rum, quae in tot itineribus adierat celebriorum, in quibus praeter alia Canopum recenſet Spartianus. Defuncto poſtea Aelio, morbo autem ingraveſcente Antoninum in filii locum adoptatum Caeſarem conſtituit, ut videtur cum imperatoria poteſtate, & mox Baias in Campaniam abiens moritur die x Iulii A. U. C. 891, cum imperium accepiſſet die xi auguſti 870.

Gratulor equidem mihi numos Alexandrinos occaſionem obtuliſſe & quandam velut neceſſitatem ut diligentius inquirerem in res Hadriani Caeſaris, quas ab ingenti ſcriptorum numero tractatas inveni, ſed plerumque perverſe neque annorum ſerie ſervata, neque geſtorum probabilitate, cum ambiguis confiſi teſtibus vera & genuina monumenta modo ignorarint, modo neglexerint, vel praeiudicatis ſuis opinionibus accomodarint. Hadrianus enim princeps, quo meliorem, ſi demas duos priores Antoninos, orbis vix vidit, multa perpeſſus eſt ſcriptorum calumnia, quem cum Traiano moderatiorem, prudentiorem Veſpaſiano, liberaliorem Auguſto, omnibus denique doctiorem atque efficaciorem omnes noverunt, homunciones ut bili indulgerent modo moroſi & invidi animi, modo ſanguinolentiae in ius vocarunt. Confido autem ex iis, quae breviter diſputata ſunt, ſatis elucere quam parum imperatoris hiſtoriam iſti calluerint. Qui enim Servianum interfectum narrant ob indignationis ſuſpicionem L. Aelio vel nondum vel modo adoptato, ignorare Aelium iam ante Serviani conſulatum ab imperatore adoptatum fuiſſe. Qui iniquum erga uxorem animum accuſant, eos latet Hadrianum Sabinam indiviſam itinerum comitem uſque Aegyptias Thebas ſecum conduxiſſe, ut potius uxorius diceretur. Demum qui invidiae criminatione aſperſerunt, obliti ſunt, quod T. Antoninum, & M. Aurelium hominum, ut inter omnes conſtat probatiſſimos, ſibi elegerit ſucceſſores.

HADRIA-

# HADRIANUS.

1. LA. Templum rotundum, in quo Harpocrates ſtans d. ori admovet, s. cornucopiae. (I.) M. Theup. *not*.
2. LA. Canopus. (I.) M. Farn.
3. LA. Canopus ante quem ara. (II.) Pat.
4. LA. Caniſtrum inter duas faces. (III.) M. Bracc.
5. LA. Serpens capite criſtato. (I.) Pocock.
6. LA. Cervus ſtans. (III.) M. Bracc.
7. LA. Delphinus ancorae obvolutus. (III.) M. Ver.
8. LA. Nilus decumbens cum crocodilo. (I.) M. Arig.

I. 9. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡ..... Caput laureatum cum toga, in area aſtrum.
LB. Caput Nili, ut aſſolet, duobus copiae cornubus impoſitum. (AR). *not*.

10. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙΝΟϹ (sic) ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Caput laureatum.
LB. Caput Nili. (AR) M. Caeſ.

11. LB. Bos cum flore loti in capite. (V.) M. Theup. *not*.

LB.

*Hadrianus*.

1. Numorum copia ab Alexandrinis primis imperii diebus procuſa (nam Hadriani annus primus ex Aegyptiorum computo ſolos dies XVIII occupat, a die XI auguſti ad XXIX) manifeſte probant res urbis ſecundas, atque refellunt Chronicon Euſebii, quod eam a Romanis ſubverſam ab Hadriano circa imperii initia inſtauratam prodit. Fruſtra Chronico mederi conati ſunt viri eruditi legendo *a Iudaeis ſubverſam*, pro *a Romanis*: licet enim Iudaei ſub finem Traiani imperatoris cum in reliquo Oriente, tum in Aegypto turbas civerint, quod teſtantur Dio, Spartianus, & Euſebius in *Hiſt. Eccl.*, adſtipulante Syncello, qui narrat Hadrianum ultum eſſe Iudaeos in Alexandriae cives tumultuantes, tamen, necdum obſtante numorum teſtimonio, difficile erat creditu ſecundam in Romano orbe civitatem ab iis proſtratam fuiſſe, nec tantae rei aliam exſtare praeter tranſitoriam apud Chronographum memoriam. Probabile eſt vel auctorem calami lapſu, vel negligentem librarium Alexandriam ſubſtituiſſe pro Hieroſolyma, cuius inſtauratio quamvis ex ipſius Euſebii mente acciderit annis multo ſequioribus, tamen velut res eccleſiaſtico ſcriptori, eique Palaeſtinenſi, omnium maxime memorabilis primae de Hadriano factae mentioni ſubiungi poterat.

9. Aſtrum reſpicere videtur horoſcopium imperatoris, quod felix fauſtumque gratulantur Alexandrini.

11. Pro flore loti tuto ſubſtituo diſcum inter cornua.

Digitized by Google

12. LB. Caput Iſidis. (III.) M. Caeſ.
13. LB. Caput Iovis Ammonis loto inſigne. (I.) Pocock. *not.*
14. LB. Iuppiter ſedens d. pâteram ſuper aram, s. haſtam. (I.) Arig.
15. LB. Ubertas decumbens. (II.) M. M. D.
16. LB. Serpens arrectus cum capite criſtato. (II.) M. M. D.

II. 17. Epigraphe detrita caput laureatum cum toga.
LB. Aquila ſtans roſtro coronam. (AR).

III. 18. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΙΑΝΟϹ (sic) ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ: Caput laureatum cum toga ad collum.
LB. Imperator in quadrigis triumphalibus. (I.) *not.*
19. LB. Imperator in quadrigis elephantorum. (I.) M. Caeſ.
20. LΓ. Roma ſedens. (II.) M. Arig.
21. LΓ. Caput barbatum diadematum. (II.) M. Theup.
22. LΓ, vel IΓ: Iuppiter ſtans in templo diſtylo d. clypeum, s. haſtam. (I.) M. Caeſ. *not.*
23. LΓ. Aquila alis explicatis fulmini inſiſtens. (II.) M. Theup.
24. LΓ. Serpens. Pat. ex M. Moroſ.
25. LΓ. Sphinx decumbens. (II.) M. Arig.

IV. 26. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΑΙ (sic) ΑΔΡΙΑ ϹΕΒ. Caput laureatum cum toga.
LΔ. Caput Nili fronde coronatum, pone cornucopiae. (AR).
27. LΔ. Nilus decumbens. (I.) M. Bracc.

LΔ.

13. Quid Iovi Ammoni cum loto? at in numis Pocockianis plerumque deſideratur adcuratio.

18. 19. Reſpiciunt triumphum Hadriano decretum a Senatu, quem ipſe recuſavit, & Traiani imaginem curru triumphali vexit. Huius rei memoriam etiam ſubſequentibus annis inſtaurarunt Alexandrini currus & arcus numis exhibentes, quorum aptiorem ſignificationem vix invenies. Nam Hadrianus licet meruerit, nullum tamen egit triumphum, ſed iſtud aequi animi ſpecimen omni triumphorum faſtu praetulit.

22. Suſpicor ſphalma, ut pro *Iuppiter* ſcriptum fuerit *Imperator*, nam Iovis ſimulacrum cum clypeo omnino inſolens videtur.

28. LΔ. Harpocrates nudus ſtans d. ori admovet, s. cornucopiae. (II.) M. Bracc.

29. LΔ. Figurae ſeminudae ſedenti, & d. ori admoventi adſtat e regione alia figura ſeminuda caput flore ornata, d. haſtam. (I.) M. Arig. *not.*

V. 30.*a.* Epigraphe detrita. Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

LΔ. Iſis ſolito more gradiens, & velum explicans. (II.).

VI. 30.*b.* Caput Hadriani anepigraphon.

LΔ. Flos, qualem capite geſtare ſolent Iſidis ſimulacra. (IV.).

VII. 30.*c.* ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CEB. Caput laureatum cum toga.

LΔ. Fortuna tutulata decumbit in lectiſternio, d. tenens temonem, s. caput ſuffulciens. (I.).

VIII. 31. Eadem epigraghe. Caput laureatum cum paludamento ad humeros.

LΔ. Fortuna ſtans d. tenet temonem, s. cornucopiae. (II.).

32. LΔ. Pallas ſtans d. victoriolam, s. clypeo innixa. (I.) M. M. D.

33. LΔ. Serpens aſſurgens inter caduceum & ſpicam. (II.) Patin.

ΑΥΤ

29. Dolendum eſt eximium numum negligenter eſſe delineatum, quod ſaepe accidit in tabulis Arigonianis. Harpocrates throno inſidens dextram ad os elevat, ſiniſtram demittit ad femur, eodem plane modo quo ex aere flatus paſſim proſtat in muſeis: ſed adſtans figura, qua dubium non eſt quin inſignis aliqua fabula innuatur, uti exhibetur omni charactere deſtituta, ad ſingularem typum deplorandum invitat. Cogitavi de Theutho Platonis, litterarum inventore, quas cum proponeret Thamo regi velut memoriae medicinam univerſo Aegypti populo impertiendam, iſte damnavit inventum, quod eius miniſterio conſtituta extra hominem ſcientia foret ut vera ſapientia, quae in hominis mente habitat, proſcriberetur. Harpocrates cum Oro confuſus ſolii genius eſt, cui competunt quaecunque narrantur antiquorum regum facta: quod praeter conſuetudinem veſte tegitur factum videtur pro regia dignitate: dextra ori admota ut ſilentium indicat, ita & ſapientiam corde clauſam: denique adſtans ante eum homo omnino refert oratoris perſonam, qui de probatione ſollicitus cauſam ſuam diligenter exponit. Sed quid iuvat circa ignotum typum vanas profundere conjecturas?

Digitized by Google

IX. 34. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CΕΒ. Caput laureatum cum toga ad collum.
LΔ. Aquila fulmini inſiſtens. (AR).
35. LΔ. Figura militaris d. pateram ſuper aram, s. haſtam, ſtat in templo diſtylo. (I.) Muſ. Ver.
36. LΔ. Arcus triumphalis. (I.) M. R. G. *not.*
X. 37. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CΕΒ. Caput laureatum cum toga.
LΔ. Imperator ſtans in quadrigis triumphalibus, s. gerens ſceptrum cum aquila, d. ramum. (I.).
XI. 38. Alius parum diverſus. (I.).
XII. 39. Eadem adverſa.
LE. Idem averſae typus. (I.).
40. LE. Imperator velatus ſtans, d. ſacra facit ad aram, s. ſceptrum. (II.) M. Arig.
41. LE. Figura paludata d. porrigit, s. veſtem tenet. (I.) Pocock.
42. LE. Aequitas ſtans. (II.) Geſn. ex M. Pfau.
XIII.* 43. Adverſa, ut n. 37.
LE. Ubertas cum flore in capite decumbens d. tenet ſpicas cum papavere, s. ſphingi innititur. (I.).
44. LE. Caniſtrum inter duas faces. (III.) Geſn. ex M. Pfau.
45. LE. Serpens arrectus inter papavera & ſpicas. (II.) M. Arig.
46. LE. Aquila ſtans. (II.) M. Ver.
47. LE. Iuppiter Ammon. Pat. ex M. Moroſ.
48. LE. Templum diſtylon, in quo duo Canopi obverſi, alter capite nudo corpus palliolo involutus, alter cum calantica, variiſque per corpus figuris exornatus. (I.). M. R. G.
XIV. 49. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LϚ. Nilus rupibus inſidens d. gerit cornucopiae, s. crocodilo innixa arundinem. (I.).

Eadem

36. Reſpicit victoriam de Mauris, ob quam hoc anno Romae ſupplicatio decreta.

XV.* 50. Eadem adverſa.

Lς. Idem typus, ſed pro crocodilo eſt hippopotamus. (I).

XVI.* 51. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum toga: in area lunula.

Lς. Canopus flore & cincinnis ornatus abſque calantica. (AR).

XVII. 52. Eadem adverſa.

Lς. Aequitas ſtans d. bilancem, s. cornucopiae. (AR).

XVIII. 53. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CEB. Caput laureatum cum paludamento ad collum.

Lς. Fortuna ſtans. (II.).

XIX. 54. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum paludamento ad humeros, ſub quo lorica.

Lς. Victoria gradiens. (II. fere I.).

XX. 55. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum toga.

Lς. Figura militaris ſtans d. haſtam, s. parazonium. (I.) *not.*

XXI.* 56. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum toga: in area lunula.

Lς. Imperator in quadrigis lentis d. ramum, s. ſceptrum. (AR).

57. Lς. Imperator in quadrigis elephantorum. (I.) M. Arig.

58. Lς. Navis velis explicatis. (III.) M. Arig.

59. Lς. Iſis gradiens velo expanſo: pone eam Pharus. (I.) M. Theup.

XXII. 60.*a.* Adverſa, ut n. 37.

Lς. Accipiter tutulatus ſtans. (III.)

60.*b.* Lς. Aquila ſtans. (II.) M. Caeſ.

61. LZ CAITHC NOMOC. Pallas ſtans galeata d. extenſa ſuſtinet animal crocodilo ſimile, s. haſta nititur, ad cuius imum clypeus. (I.) M.R.G. *not.*

O LZ.

55. Forte imperatorem ſignificat, qui hoc anno Aegyptum inviſit.

61. Numiſma *νομον* vocem perſcribens in libris nondum comparuerat, licet

62. LZ. Caput Serapidis aquilae impoſitum. Harduin. ex M. Lamoign.

XXIII. 63. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LZ. Serapis ſtans s. haſtam, d. ſuper cerberum ad pedes ſubſiſtentem extenſa. (II. fere I.)

XXIV.* 64. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LZ. Iſis ſolito modo ornata ſtans, ambabus manibus velum explicat, d. ſimul gerit ſiſtrum. (I.).

65. LZ. Harpocrates nudus ſtans d. ori admovet, s. cornucopiae. (III.) M. Theup.

XXV. 66. Epigraphe, ut n. 64. Caput laureatum.

LZ. Sphinx decumbens. (III.) *not.*

XXVI. 67. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ ϹΕΒ. Caput laureatum cum toga.

LZ. Ubertas cum flore in capite decumbit, d. ſpicas tenens, s. ſphingi innixa. (I.).

68. LZ. Mulier ſedens d. ſpicas, s. duplex cornucopiae. (I.) M. Bracc.

69. LZ. Fortuna ſtans. (I.) M. Theup.

70. LZ. Aequitas ſtans. (I.) M. Theup.

71. LZ. Imperator in quadrigis elephantorum. (I.) M. Theup.

LH.

cet prodat Belleyus in *Comment. Acad. Inſcript.* vol.28. pag.529, exſtitiſſe bina eius generis in Pellerinii muſeo. (Vid. *Traian.* n.235, *Antonin.* n.465.) Sed quibus non plenam fidem habuiſſe ipſum Pellerinium, ideo ſuſpicor quod publicatis tot numis aeſtimationis longe inferioris iſtos reticuerit. Hic quem ſiſtimus omni exceptione maior eſt & integrae conſervationis: tantum animal, quod d. ſuſtinet dea, non probe diſcernitur, quod ſi crocodilus eſt pro Nili ſymbolo accipio. De Neith Saitarum numine, quem Minervam vocavere Graeci, ſermonem inſtituere hic ſuperſedeo, ſed hoc notandum, vulgarem opinionem, imperante Hadriano ſolum annum XI ornare in numis urbium vocabula, refelli praeter hunc altero eiuſdem urbis cum anno XVII, nobis n.255.*b.* exhibendo, qui decennio diſtans a praeſenti recurrentem celebritatem innuere videtur.

66. Conferatur nota ad n. 365.

Digitized by Google

72. LH. Arcus triumphalis trium fornicum. (I.) M. Arig. *not.*

73. LH. Imperator in quadrigis triumphalibus praecedente Victoria. Pat. ex M. Moroſ.

74. LH. Duae figurae ſtolatae, haec d. haſtam tenet, altera ad ſiniſtram florem loti. (I.) Poc.

75. LH. Caput Antinoi pectore tenus nudum. (I.) M. Theup.

76. LH. Caput Genii Alexandriae. (II.) M. Theup.

XXVII. 77. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LH. Serapis ſedens, d. verſus cerberum pro pedibus eius excubantem extendit, s. haſtam gerit. (AR).

XXVIII. 78. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum toga.

LH. Templum diſtylon, in quo Serapis ſtat s. haſtam tenens, d. ſuper aediculam demiſſa. (I.)

79. LH. Caput barbatum diadematum. (II.) M. Theup.

XXIX. 80. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LH. Apis bos lunula in latere inſignis adſtat arae. (II.).

XXX. 81. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LH. Canopus cum calantica. (II.).

82. LH. Canopus cum loto in capite. (AR) M. Caeſ.

83. LH. Templum diſtylon, in quo duo Canopi. (I.) M. Theup.

XXXI. 84. Adverſa, ut n. 81.

LH. Sphinx alata cum modio in capite deſidens pedem anteriorem d. rotae imponit. (I.) *not.*

85. LH. Fortuna decumbens in lectiſternio. (I.) M. Arig.

86. LH. Fortuna ſtans. Pat. ex M. Moroſ.

O 2 LENAT.

72. 73. Forte pertinent ad expeditionem Moeſiacam ſub hoc tempus ſuſceptam.

84. Inſpicias notam ad n. 365.

Digitized by Google

108. LI. Bacchus ſeminudus ſedens d. ſuper adſtantem arietem extenſa botrum, s. thyrſum. (I.) M. Arig.

109. LI. Pallas ſtans cum clypeo & iaculo. Hard.

110. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Pallas ſtans, d. victoriolam. (II.) M. Arig.

111. LI ΕΛΠΙΣ CEBACTH. Spes gradiens ſolito more. (I.) M. Theup. *not.*

XXXVII. 112. Adverſa, ut n. 81.

L ΔΕΚΑΤΟΥ. Spes gradiens d. elata tenet florem, s. colligit veſtem. (AR).

113. LI. Vir togatus ſtans cum ſceptro d. porrigit duas ſpicas mulieri adverſae ſtanti, & haſtam tranſverſam tenenti. (AR) M. Ver. *not.*

XXXVIII.* 114. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CEB. Caput laureatum cum paludamento.

L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Imperator in quadrigis elephantorum d. ramum, s. ſceptrum cum aquila. (I. argento tenuiter obductus).

XXXIX. 115. Eadem adverſa.

L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Spes gradiens, ut ſupra. (AR).

XL.* 116. Eadem adverſa.

L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Mulier velata ſtans d. ſacra facit ad aram, s. gerit cornucopiae. (AR).

XLI. 117. Eadem adverſa.

L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Mulier velatà ſtans d. granum thuris arae iniicit, s. acerram tenet. (II.).

118. LIA. Vas effuſionis aquae Niliacae, ut infra in Antonini n. 17. *a.* (III.) M. Arig.

119. LIA. Caput Solis a latere. (II.) Pat.

XLII.* 120. Adverſa, ut n. 114.

L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Caput Iovis Ammonis cornu arietino & globo ſuper vertice inſigne. (AR).

LIA.

111. Domitiani eſſe ſuſpicor.

113. Vereor ne idem ſit ac noſter n. 207, littera B vel aevo abſumpta, vel neglecta.

Digitized by Google

121. LIA. Duae columellae, quibus impoſita ſunt capita adverſa Iſidis, & Serapidis. (I.) Geſn. ex M. Pfau.

XLIII. 122. Adverſa, ut n. 114.

L ENΔEKATOY. Serapis ſedens d. extendit ſuper adſtantem cerberum, s. haſtam tenet. (I.).

123. L ENΔEKATOY. Iuppiter ſedens cum loto in capite d. extenſa, s. haſtam, ad pedes aquila. (I.) M. Theup.

124. L ENΔEKATOY. Pallas ſtans s. clypeo innixa. (II.) M. Theup.

125. LIA. Ceres velata tutulata ſtans, d. facem. (III.) M. R. G.

126. L ENΔEKATOY. Figura ſtolata d. haſtam, s. ſpicas tenet. (II.) Pocock.

127. L ENΔEKATOY. Mulier decumbens ſupra ſphingem; (I.) M. Arig.

128. L ENΔEKATOY. Nilus decumbens cum crocodilo. (II.) Pat.

129. Caput Hadriani anepigraphon.

LIA. Faunus nudus gradiens d. elata, s. pedum. (IV.) M. R. G. *not.*

130. LIA. Puer gradiens d. elata, s. ramum. (IV.) M. Ver.

XLIV.* 131. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CEB. Caput laureatum cum toga.

LIA. Canopus cum calantica. (III.) *not.*

XLV. 132. Eadem adverſa.

L ENΔEKATOY. Apis diſco inter cornua, in latere lunula inſignis ſtat ante aram. (II.).

XLVI.* 133. Eadem adverſa.

L ENΔEKATOY. Bos cornupeta. (II.).

XLVII. 134.
XLVIII. 135. Duo alii parum diverſi. (II.).

Eadem

129. Numulus paſtoritiae vitae genium ob oculos ſiſtens, eoque anno percuſſus, qui geographicis in Aegypto numiſmatibus maxime abundat, omnino pertinere videtur ad Bucolorum populum Nili oſtia atque ſtagnantes foſſas accolentem.

131. Forte ad Canopum urbem ſpectat, quae in huius anni numo ſimili typo nomen ſuum adſcripſit.

Digitized by Google

XLIX. 136. Eadem adverſa.
L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Hippopotamus ſtans. (II.).

137. LIA. Hippopotamus. (III.) M. Arig.

L.* 138. Adverſa; ut n. 131.
LIA. Panthera ſtans & reſpiciens. (III.).

LI. 139. Alius fere ſimilis. (III.).

LII.* 140. Eadem adverſa.
LIA. Cervus ſtans. (III.) *not.*

LIII. 141. Eadem adverſa.
LIA. Gryphus ſedens d. pedem anteriorem rotae imponit. (III.).

LIV. 142. Caput Hadriani laureatum anepigraphon.
Averſa fere ſimilis. (IV.) *not.*

143. Caput Hadriani laureatum anepigraphon.
LIA. Aquila alis expanſis. (V.) M. Theup.

144. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Aquila alis explicatis inſiſtit fulmini. (II.) M. Theup.

145. LIA. Accipiter ſtans. (III.) M. S. Genovefae.

146. LIA. Serpens erectus, papavera ante. (IV.) Pocock.

LV. 147. Adverſa, ut n. 131.
L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Serpens craſſior arrectus inter ſiſtrum & herbam. (II.).

LVI. 148. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Serpens gracilior arrectus inter ſpicam & caduceum. (II.).

LVII. 149. Adverſa, ut n. 130.
LIA. Caniſtrum cum ſpicis & papaveribus inter duas faces luculentas. (III.).

LVIII.* 150. Eadem adverſa.
LIA. Inter duo cornucopiae. (III.).

LIX. 151. Alius. (III.).

Caput

140. Cervum in Aegyptiorum theologia peculiarem habuiſſe ſignificationem, in primis ex nomorum moneta colligo, etſi de ea re ſcriptoribus nil proditum invenio. Introduxere forte Graeci, quibus Oſiris Sol, Sol Apollo, Apollo arcitenens, venator, cetera.

142. In inferiori numiſmatis ſegmento aevi iniuria corroſo incertum quid apparet ad literarum ſpeciem accedens. Integrius exemplar ſi nactus fuerit aliquis, docebit anne ſit nomi urbiſve vocabulum, quibus huius anni numulos frequenter inſigniri conſtat.

Digitized by Google

LX. 152. Caput Hadriani laureatum anepigraphon.
LIA. Caduceus. (IV.)
153. LIA. Caduceus inter duas ſpicas. (III.) M. Arig.

LXI. 154. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CΕΒ. Caput laureatum cum toga.
LIA. ΑΙΒΥΗ. Serapis palliatus ſtans d. tenet pateram, s. hinnuleum. (III.) *not.*
155. LIA ΜΕΝΕ. Serapis ſtans cervum ſuſtinet. (III.) Vaill. e M. Borgol.
156. LIA ΜΕΝΕΛΑΙ. Vir palliatus ſtans d. gerit cornucopiae, s. palmae ramum. (III.) M. R. G. *not.*
157. LIA ΜΕΝΕΛΑ. Caput Iſidis flore ornatum. (III.) Vaill. e M. R. G.
158. LIA ΚΑΝω. Canopus cum calantica & flore. (III.) Vaill. e M. Card. de Maximis. *not.*

LXII. 159. Adverſa, ut n. 154.
LIA ΑΗΤΟΠ. Serapis palliatus ut aſſolet, cum capite praeter conſuetum modium radiis ornato, ſtat d. ad femur demiſſa, s. extenſa ichneumona ſuſtinens. (III.) *not.*
160. Caput Hadriani laureatum anepigraphon:
LIA ΑΗΤΟΠ. Crocodilus. (IV.) Belley e M. Peller. *not.*

P LIA

154. Cur hoc anno univerſae fere Aegypti civitates monetae nomen dederint, hactenus nullam inveni probabilem occaſionem: niſi propter exactum imperii decennium factum eſſe exiſtimes, quod ab Aegyptiis in pecunia celebratum innuimus ad Domitiani n. 96. Traiani n. 45. Ceterum Hadriano imperante praefecturarum vocabula eodem pacto Alexandrinae monetae videntur illata, quo in eiuſdem Imperatoris Romana pecunia cunctae imperii provinciae perleguntur. In Libyes numi typo deſcribendo, cum non eſſet perfectae conſervationis, ſecutus ſum Vaillantium, licet pro Serapidis tutulo lubens ſubſtituerem globum Ammonis, pro cervo arietem apud Libyes in primis ſacrum. Vide Antonini n. 206.

156. Forte Anubis-Harpocrates: alterius enim eſt palmae ramus, alterius cornu abundantiae.

158. Canopus vetuſta Iſiacae religionis ſedes, velut fons quidem atque origo daemonum, inde Aegyptio ſacerdoti apud Ariſtidem aureum] ſolum dicta, & in numis pantheo illo ſymbolo honorata, de quo ad Galbae n. 16. prolixe egimus. Quod vero in hoc & ſimilibus Vaillantius capitis epigraphen faciat ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΑΙΑ ΑΔΡΙΑΝΟC, iam notavit Harduinus. Minora ſphalmata ab eruditis in ea admiſſa indicare piget, quae conſtanter eſt ut in noſtro n. 154.

159. 160. Si vera ſunt quae feruntur de Heracleopolitarum atque Arſinoitarum contentione, quorum hi crocodilum co-

161. LIA ΜΕΘΑΙ. Accipiter. (III.) Vaill. e M. Fouc.

162. LIA ΦΘΕΝΕΟΥ. Vir nudus ſtans utraque manu extenſa incertum quid tenet. (III.) Eckhel. e M. Virzai.

163. LIA ΚΑΒΑCΙ. Figura palliata ſtans d. tenet avem, s. haſtam. (III.) M. R. G. *not.*

164. LIA ΚΑΒΑC. Serapis ſtans d. ibin, s. haſtam. (III.) Vaill. ex M. Bruni.

LIA

coluere, illi ichneumona acerrimum belluae hoſtem, eoque inſaniae progreſſi ſunt Heracleopolitae ut famigeratum labyrinthum ſacrorum crocodilorum ſepulcrum animalis odio deſtruxerint: prudentius ſane fecere Letopolitae utroſque teſtantibus numis pari honore afficientes, & dum placare ſtuderent terribilem belluam, ipſique a caede abſtinerent, velut remedium a numine praeparatum ſuſpicientes ichneumona. Videtur enim hoc fuiſſe commune Aegyptiorum conſilium, in quibuſcunque animalibus aliquam numinis virtutem velut in obſcuro creſpuculo reſplendentem deprehendiſſe rebantur, ea haud temere necare, ſed ubi moleſta evaderent ab ipſa natura creatrice calamitatis levamen expectare. Hoc contra ſaevientes crocodilos adtuliſſe ichneumona ridicula quidem narratione produnt veteres, fabula inde nata quod orientalem metaphoram de animalculo, dum ova frangit atque exſorbet, belluae inteſtina corrodente, male intellexerint miraculis inhiantes Graeci. Dum vero nuperrime docemur in Anthologia Romana anni 1785. n. 3. auctoritate Soninii de Manoncourt ex Aegypto reducis, rem omni fundamento deſtitui, obvium eſſe ichneumona in ea potiſſimum Aegypti parte, quae a crocodilis prorſus immunis eſt, dumque perraro crocodilorum laedat progeniem, devorando domeſticarum avium pullos incolis grave damnum inferre, cavendum eſt ne antiquitati nimis derogemus, quae fabulis ſcatens vix ullam habet penitus inanem. Credamus quae de hodierna Aegypto narrat Soninius, ſed advertamus, etiam circa res naturales magnas in ea eveniſſe converſiones. Dum enim a viatore nobis perſuaderi patimur, crocodilos hodie extra Thebaidem non vagari, ſed Siut urbem, ubi vetus Lycopolis, terminum eis ponere: aequum eſt ut ipſe fidem habeat Babillo totius Aegypti imperante Claudio praefecto, qui in Heracleotico oſtio ſpectavit crocodilorum ludentia agmina. (Senec. *quaeſt. natur.* 4, 11.) Si vero tunc Delta belluis abundabat, credibile eſt in provincia carente Thirſea teſtudine, quam crocodilis in Thebaide atque Nubia exitialem ante Soninium celebraverat & pictum exhibuerat Paulus Lucas, ad minuendam peſtem non parum contuliſſe ichneumonas. In numo Serapis ex radiis pro Sole agnoſcitur, cui & ſacris accipitribus, Solis ὀπαδοῖς δαίμοσιν, inimicum ferunt crocodilum, ita ut conſonum ſit ichneumona quoque ipſi conſecrari.

163. Vereor ne pro uno huius urbis numiſmate tria dederimus, nam Serapis, Oſiris, antiquariis dicitur pro quacunque Aegyptia virili figura, ibis, cervus in parvae molis numo perfacile confunduntur. Deſcripſi equidem qualem vidi in regio muſeo, atque ad ſolarem cultum ſub accipitris imagine pertinere cenſeo. Si vero ibis eſt, figura erit Mercurius, quem ter maximum vocant.

Digitized by Google

165. LIA ΚΑΒΑϹ. Oſiris cum loto in capite, d. cervum, s. haſtam. (IIL) Vaillant.

166. LIA ϹΑΙΤ. Pallas ſtans d. noctuam tenet, s. bipennem. (IIL) M. Braccian. *not.*

167. LIA ϹΑΙΤ. Caduceus alatus. (IIL) Vaill. e M. Chriſtinae. *not.*

168. LIA ΝΑΥΚ. Vir ſtans palliatus d. extensa velut parvam pyramidem ſuſtinet, s. veſti habet involutam. (IIL) M. R. Taurin. *not.*

169. LIA ΠΡΟϹⲰ. Harpocrates ſtolatus ſtans d. ori admovet, s. tenet clavam. (IIL) M. R. G. *not.*



166. Armorum genus, quo inſtructa exhibetur Aegyptia Minerva, huic genti praecipue in navali expeditione proprium praedicat Herodotus ſingulari loco vocabulo uſus, quod e vulgaribus lexicis exulat, *τυχῳ*. Id interpretati ſunt gloſſator Herodoti atque Heſychius *ορυγα, λιθοξοικον εργαλειον*, foſſorem nimirum, inſtrumentum excavandis vel ſcalpendis lapidibus inſerviens, cujus quidem in navali exercitu vix ulla potuit eſſe utilitas. Sed praeſenti numo, aliiſque n. 216. 217. & Antonini n. 216. 380. docemur, fuiſſe bipennem ſimilem illi quae Amazonibus tribui ſolet, quaque alios praeterea bellatores populos uſo, novimus. Reliquam Aegyptiorum armaturam, cuiuſque ipſi feruntur inventores, produnt Herodotus atque Xenophon, galeas plexiles; clypea cava lignea & praegrandia, quae totum fere corpus tegebant, humeriſque alligata & prominente umbone cum excipiendis telis tum propellendis hoſtibus apprime apta; haſtas praelongas, & machaeras ſive incurvos enſes. Herod. 7, 89. 91. 9, 31. 4, 180. Xenoph. *Cyrop.* 7. p. 177. ed. Amelb. *Exp. Cyr.* 2, p. 273.) Hoc modo inſtructi in praelio ad Artemiſium, quo reliqua Perſarum claſſis ingentia damna perpeſſa eſt, ſoli Aegyptii ſtationem tuiti ſunt & quinque naves Graecas captas abduxere. (Herod. 8, 17.)

167. In Braccianeo theſauro hodie non exſtat.

168. Naucratis nomen nondum lectum fuerat in Hadriani pecunia. De eo quod manu gerit genius certum iudicium ferri nequit. Forte eſt ſolaris accipiter, ſorte ibis Theuthi, de quo ad Traiani n. 97, forte pyramis, quae manu geſtata obvia eſt in hieroglyphicis, nec abſonum ea innui monumentorum extructionem, inde generatim honores quibus principes demulcere ſolent civitates.

169. Quis fuerit nexus Proſopitidem inter atque Harpocratem non invenio, neque etymos anſam praebet, quem tantum non certum deprehendiſſe mihi videor in voce ⲡⲱⲩϫⲛ, habente humiliandi ſignificationem, ut ab humili ſitu vocata ſit regio, quae ut hodierni Belgii provinciae (*Paeſ Baſſ* ⲛⲓⲡⲱⲩϫⲛ) foſſarum artificio modo inſula reddebatur modo paluſtris continens. (Diod. 11, 77. Thucyd. 1, 109.) Eadem humilis poſitio effeciſſe videtur ut lugubri ritu dedicarent Athori, ſive Aegyptiae Veneri, mortis noctiſque numini, (Libitinae, *επιτυμβιῳ αφροδιτῃ*), & huc in commune ſepulchrum colligerent ſacrorum boum oſſa. Inde forte nata Proſopitica myſteria Harpocratis cu-

Digitized by Google

171. LIA ΠΡΟϹΩ. Serapis ſtans d. cervum. (III.) Vaill.
172. LIA ΠΡΟϹΩ. Ibis. (III.) Vaill.
173. LIA ΠΡΟϹΩ. Ibis clavae inſiſtens. Patin. ex M. Moroſ.
174. LIA ΠΡΟϹΩ. Caput velatum. Patin. ex M. Moroſ.
175. LIA ΠΙΝΑ. Vir radiatus ſtolatus ſtat d. tenens cervum, s. demiſſa & veſti involuta. (III.) M. R. G. *not.*
176. LIA ΠΙΝΑ. Caput Herculis cum exuviis. (III.) Vaill. e M. Magnavacca.
177. LIA ΠΙΝΑ. Caput Iovis & Ibis. (III.) Harduin. e M. S. Genovefae. *not.*
178. LIA ΞΟΙΤ. Hercules togatus cum loto in capite, d. avem ſuſtinet, s. clavam elatam. (III.) Belley e M. de Beau. *not.*

LXIII. 179. Caput Hadriani laureatum anepigraphon.
LIA ΞΟΙΤ. Aries ſtans cum globo ſupra caput. (IV.) *not.*

LXIV. 180. Adverſa, ut n. 154.
LIA ΑΘΡΙΒ. Mulier tutulata ſtans d. avem ſuſtinet, s. veſtem ſublevat. (III.) *not.*

Alius

cuſtodiae commendata, quem deum peculiari modo Proſopi vindicant numi ſub tribus imperatoribus cum eodem typo percuſſi: accedente quarto numiſmate, in quo vidit Vaillantius ibin, ſed accuratior Patinius dum clavae ibidem ſuperimponit, upupam prodit Harpocrateae clavae inſiſtere ſolitam.

175. Pinamys urbs e ſolis numis atque Stephano cognita, ipſi Danvillio Aegyptiae geographiae reſtitutori neglecta. Apud Ravennatem geographum legitur Pilemus.

177. Inſpexi numum: epigraphe incerta eſt, typus ut in n. 220.

178. Pro togato Hercule ſubſtitue Harpocratem ſtolatum.

179. Elegans numulus haſtenus anecdotus.

180. Coniecere viri eruditi parvum animal quod in numo conſpicitur eſſe murem araneum (*μυγαλην*) apud Athribitas ſacrum, at cum bini noſtri tum tertius in muſeo regis Galliae Traiani n. 93. manifeſto aviculam exhibent quam pro Veneris columba accipio. Etenim Athribis facili etymo ab Athyr ſive Athor deducitur, dea, quam Venerem interpretati ſunt Graeci, Aegyptiis vero ut videtur pro rerum matre habita, obſcuro corporeo principio, velut chao, e quo omnia progreſſa ſunt, omnia in id revertuntur. Inde mygale, quam caecam reputarunt Aegyptii atque Plutarchus, deae ſacra & in hac praeſertim civitate inviolabilis, quia caligo, ut idem loquitur, luce antiquior. (*Sympoſ.* 4.) ϩϫⲣ, ⲁϫⲱⲣϩ nox: ⲃϫ, ⲃⲁⲕⲓ, urbs: ⲁϫⲣⲓⲃⲏϫ, Athribis, civitas numinis tenebrarum.

Digitized by Google

LXV. 181. Alius parum diverſus. (III.)

182. ΛΙΑ ONOYΦI. Mulier ſtans d. extenſa. (III.) M. Theup.

183. ΛΙΑ MЄNΔ. Serapis ſtans d. extenſa ſuſtinet hircum. (III.) M. R. Taurin. *not.*

184. ΛΙΑ MЄNΔ. Caput Serapidis. (III.) Vaill. e M. Bignan.

185. Adverſa, ut n. 179.
ΛΙΑ MЄNΔ. Hircus ſtans. (IV.) M. R. G.

LXVI. 186. Adverſa, ut n. 154.
ΛΙΑ ΛЄON. Figura habitu ſuccincto ſtans d. tenet haſtam, s. leonem. (III.) *not.*

LXVII. 187. Eadem adverſa.
ΛΙΑ CЄBЄ. Figura galeata habitu brevi ſtat d. gerens haſtam, s. parazonium. (III.) *not.*

188. ΛΙΑ CЄBЄK. Vir ſuccincto habitu ſtans d. demiſſa tenet botrum, *s.* thyrſum. (III.) M.R.G.

LXVIII. 189. Adverſa, ut n. 154.
ΛΙΑ CЄBЄK. Botrus. (IV.) *not.*

LXIX. 190. Adverſa, ut n. 154.
ΛΙΑ BOYCI. Mulier ſtans cum flore in capite d. ut videtur bovem ſuſtinet, s. facem. (III.) *not.*

191. ΛΙΑ BOYCIP. Serapis ſtans d. cervum, s. lotum. (III.) Vaill.

192. ΛΙΑ BOYCIP. Oſiris palliatus cum loto in capite ſtans d. cervum, s. haſtam. (III.) Vaill.

193. ΛΙΑ TANI. Vir paludatus ſtans capite tutulato d. tenet accipitrem, s. haſtam. (III.) M.R.G.

ΛΙΑ

183. Vide Marci n. 11.

186. Vide Antonini n. 377.

187. Vide Traiani n. 99.

189. *Poſt vina Thaſium, Chium, Lesbium, dignatio eſt Sicyonio, Cyprio--Sebennytico. In Aegypto hoc naſcitur, tribus generibus uvarum ibi nobile, thaſia, aethalo, peuce.* Verba ſunt Plinii *H. N.* 14, 7, quibus & praecedens numus illiuſtratur.

190. Iſis Ceres geſtans bovem ſui Oſiridis ſymbolum. Inſpicias notam ad Antonini n. 214.

194. LIA ΦΑΡΒΑΙ. Figura ſtans d. haſtae innititur, s. ſuſtinet avem. (IIL.) M. R. G. *not.*

LXX. 195. Adverſa, ut n. 154.
LIA ΠΗΛΟΥ. Caput muliebre cincinnatum, taeniatum, & flore ornatum. (IIL.).

LXXI. 196. Alius fere ſimilis. (IIL.).

197. LIA ΠΗΛΟΥ. Caput Serapidis cum modio, ante quod ibis. (IIL.) Vaill. e M. Bruni. *not.*

198. LIA ΠΗΛΟΥ. Serapis radiatus ſtens d. cervum ſuſtinet. (IIL.) Vaill. e M. R. G.

LXXII. 199. Adverſa, ut n. 179.
LIA ΠΗΛΟΥ. Bulbus, ut videtur. (IV.) *not.*

Adver-

194. Perperam in hoc numo leonem vidit Belleyus: nec dubium eſt quin & hic & praecedens Taneos numus ad ſolarem cultum ſpectent. Ceterum Pharbaithus, vel Pharbetus, nam utroque modo perſcribitur, nomen accepit a palmarum proventu, ut Tanis a ſitus amoenitate. (ϯ-ⲈⲠⲈⲤⲈ ἡ χαριεσσα: Ⲫ-ⲈⲢ ⲂⲎϪ ὁ φερων φοινικας).

197. Numo fidem non habeo, at quo pacto reſtituendus ſit haeſito.

199. Ex coniectura potius quam e certa perſuaſione bulbum vocavi rem in numo non probe perſpiciendam. Suadet enim nomen Peluſii ut pro cepa accipiamus vel allio ſive porro, quae olera a Peluſiotis divino honore affecta ferunt; perperam quidem ut cum Goguetio nobis quoque perſuaſum eſt, ſed non ſine aliqua male intellecta apparentia. Goguetius in praeclaro opere de legum & artium origine (*l. 6, c. 2*) rem totam ad fabulas ablegat, ſola calumniandi & irridendi libidine a Iuvenale Lucianoque Aegyptiis obiectam, ſilentibus Herodoto, Platone, Ariſtotele, Diodoro & Strabone, verbo cunctis qui vetuſtiores & cordatiores Aegyptiarum rerum ſcriptores. Contrariam ſententiam amplexus Schmidtius inſeruit opuſculis antiquariis diſſertationem de cepis & aliis ab Aegyptiis cultis, qua congeſtis quotquot fere exſtant locis veterum adſtruere ſtudet, iſta olera Peluſiotis pro diis fuiſſe, eo quod Peluſium oppidum cum adiacente regione mari & paludibus Typhoni ſubiectum fuerit, ideoque herbas Typhoni ſacras colere coactum, praecipue ſcillam ſive marinam cepam veteribus herbariis Typhonis oculum appellatam. Denique Pauwius in diſquiſitione de Aegyptiis & Sinenſibus a diaeteticis praeceptis deduxit acrium bulborum reverentiam, quod manducati acrimonia ſua repellerent peſtiferas Sirbonidis exhalationes, atque in magnificando olerum cultu apud Peluſiotas eo progreſſus eſt, ut in ſigno militari draconis aliuſve ſimilis rei Romanis cohortibus ſolitae, quod in Notitia Imperii Peluſii oppidi effigiei ſuperimponitur, agnoverit horribile cepe. Nobis dum eorum nemo penitus perſuadeat a ſingulis nonnulla mutuo videntur accipienda, quo faciliorem firmemus ſententiam, neque infringentes ſcriptorum auctoritatem, quicunque idonei teſtes videri poterint, neque mirum quid & inauditum ſtatuentes. Cepae, allium reliquique bulbi, calida fere olera, acce-

Digitized by Google

LXXIII. 200. Adverſa, ut n. 154.



accepta fuere plebi Aegyptiorum, ut ſunt univerſis fere calidarum regionum incolis omnia quae augendo interiorem calorem reſtituunt tenſionem nervis exteriore calore dilaxatis. Cum vero eodem modo quo fabae & reliqua legumina ventrem inflent, capiti gravedinem incutiant, inſimulque ad res Venereas reddant hominem procliviores, a ſacerdotibus puritatis, vigilantiae & temperantiae ſtudioſis e cibis proſcripta fuerunt, eorumque eſus initiatis ſolemni effato interdictus. Hoc tamen minime obfuit quin circa domus ſuſpenderentur, geſtarentur de collo & inter potentiſſima ſacratiſſimaque recenſerentur amuleta, dum forte acer ſpiritus qui aëris putredini mederi videbatur, creaſſet ſuperſtitioſam opinionem de inſita vi quodvis malum averruncandi. Haec ſi recte expoſita ſunt opus non erit vim inferre loco Herodoti (1, 124) narrantis, inſcriptum fuiſſe pyramidum maximae, quantum pro raphano, cepis, alliis in operariorum uſum fuerit erogatum. Qui enim aiunt pyramidas ab Hebraeis aliiſve captivis Aegyptiae religioni non addictis exſtructas fuiſſe, e regione obverſantur Herodoto atque Diodoro, quorum ille ipſos Aegyptios a Cheope tyranno ad opus coactos prodit, hic pyramidis conditorem propter populare odium ſepulcro privatum tradit. Ubi vero cum Schmidtio ſolos Peluſiotas a cepis abſtinuiſſe credis eorumque in pyramidis epigrammate nullam habitam fuiſſe rationem, adverſaris Plutarcho in tractatu de Iſide ceparum abominationem copulanti cum Iſiaca ſuperſtitione univerſae Aegypto communi. At ſi de ſolis ſacerdotibus atque initiatis ſermo eſt, ut quidem manifeſto eſt apud Plutarchum, nihil turbat Herodoti narratio, quam licet pro fabella accipiam, tamen evincit quo tempore Aegyptum inviſit hiſtoricus, vulgarem cibum fuiſſe cepam atque allium. Cur a ſacerdotibus devoverentur atque exſtirparentur, binas affert rationes Plutarchus. Alteram ut egregie advertit Schmidtius commentitiam, & ſolitam circa res vetitas in medium adſerri a ſacerdotibus, antipathiam nimirum cum luna aliiſve coeleſtibus: alteram eodem Schmidtio iudice vetuſtam involventem traditionem. Cecidit in mare Dictys (ſuſpectum mihi vocabulum, nec dubitarem ſubſtituere Linum, qui eſt Manerôs) Iſidis alumnus, cum cepas decerperet: abſonam fabulam vocat Plutarchus, ſed moralis ſenſus obvius eſt: puer prohibitorum guſtatione in voluptates ſe proiecit, periit. Remotiorem interpretationem quaerit Schmidtius, a ſcilla quam cepam marinam vocant, πικραν καὶ θανατηφορον βοτανην (Suidas) Typhonis oculum, (Apuleius & Pſeudodioſcorides), quia cuncta quae nociva Typhoni adſcribi ſolent. At recentiuſculi ſunt auctores, vetuſtioribus nonniſi ſalutares memorantur ſcillae effectus. Pythagoras; quem perpetuum ipſe ait Aegyptiorum imitatorem, ſcillam non pro noxia Typhonis parte habuit, ſed in libro quem de ea ſcripſit, ut ſummum omnium fere infirmitatum medicamen celebravit, imo in limine ſuſpenſam malorum medicamentorum introitum pellere tradidit. (Conf. Plin. *H.N.* 19, 15. cum 20, 9; & Theophr. *hiſt. plant.* 7, 12) Statuemus igitur non medicinalem ſcillam, circa quam varia fuit veterum ſuperſtitio (Clem. Al. *Str.* 7, 4. Theocrit. *Thalyſ.* v. 107.), ſed vulgares bulbos culinarios ſacerdotibus & Iſiacis abhorritos fuiſſe, & cum Diodoro recenſebimus cepas, & allia una cum lentibus & fabis inter eos cibos a quibus temperabant ſanctioris vitae ἀσκηταὶ in Aegypto, ne indiſcreto & multifario eſcarum uſu corpus ſuper animam praevaleret. Nec ſolis Iſiacis adhaeſit

iſta

LIA APABIA. Mulier ſtans d. demiſſa tenet ſpicas, s. facem. (III.).

LIA

iſta opinio, diffuſa etiam ad Lybicam Venerem, quae Phoenicia Carthaginem advecta, & ad Caſia ſacra apud Peluſium quibus nihil commune cum Aegyptiis, ſed patria Syria, cognatio cum Caſio Antiocheno & cum Emiſeno Helagabalo. (Sext. Empir. *adv. mathem.* 3, 24) *Sicut vero cepas & allium comedere malum, ita habere bonum*: verba ſunt Artemidori ſomniorum interpretis apud Schmidtium (1, 69), quibus iungendus alius locus Schmidtio neglectus (*Onirocrit.* 1, 79): *Κρομμυοις εστεφανωσθαι δοκειν, τον μεν ιδοντα οφελει, τας δε περι αυτον βλαπτει*, *Cepis per ſomnium coronari, ſomniantem iuvat, eos autem qui circa eum ſunt laedit*: qui plenam lucem illis obſundit, inſimulque veram probat eam Perſii lectionem, quam e Bernenſi codice prodidit Schmidtius:

> . . . . . . *Si non*
> *Praedictum ter mane caput geſtaveris alli.*

Ergo ut ſcillis, ſic cepis quoque & alliis fuit vis *αποτροπαιος*, & olera pro periammatis geſtabantur; nec mirum Plinium, ſerium ſcriptorem, antiquiorem Iuvenale atque Luciano, a Goguetio vero praetermiſſum, prodere Aegyptios iurare per allium cepamque, ut ſingulae fere gentes in iureiurando habuere res multas variaſque, quae ipſis peculiari modo verendae viſae ſunt vel abominandae, gravem errorem errante qui inde inferret res iſtas pro diis haberi. Imo ſapientes & legum latores humanae conditionis perſpicientes infirmitatem, ne res vere auguſtae quotidiano abuſu vileſcerent, nonnunquam conſuetudinem exemplo atque auctoritate probarunt. Sic Radamanthys, ſic Socrates, de quorum *μα τον κυνα*, *μα τον χηνα*, tot prave intellecta legiſſe memini. Neque Iuvenalis mendax erit, licet ſcurra: nam omnino

> *Porrum & cepe nefas violare & frangere morſu*:

quae vero ſubiungit:

> *O ſanctas gentes, quibus haec naſcuntur in hortis*
> *Numina*:

hiſtoricum ſenſum non habent, ſed mere ludricum. Fuit praeterea ſacrum Aegyptiorum effatum, quod cum offenderem apud Porphyrium *de abſtinentia* (*l.* 1. *p.* 41. *ed. Lugd.* 1620.) magnam mihi creavit de Aegyptiorum philolophia opinionem: *ότι και των φυτων αδικουμεν άπτομενοι*: *iniuſtos eſſe nos dum plantis ultra neceſſitatem utamur*. Tendebat enim univerſum ſacerdotum Aegyptiorum inſtitutum ad rerum conſervationem: ideo illis quae animantium damno parantur fere abſtinebant, praeterea quantum fieri poterat vegetabilibus; perſuaſi in ea tantum ius eſſe homini, ſine quibus ipſe vitam tolerare nequit, reliquas vero res coexiſtentes idem habere ius propriae conſervationis quo gaudet homo. Ex hoc principio in Aegyptia antiquitate multa clareſcunt & nobilitantur quae multitudini obſcura apparent & ridenda.

> *Αλλα τιη μοι ταυτα περι δρυν η περι πετραν?*

Lucianum quomodo defendam non invenio, at ſcriptor eſt ut ſummae venuſtatis ita auctoritatis infimae, ſcurrarum nobiliſſimus, qui ut riſum moveat, ut res reliquis hominibus venerabiles viſas in iocum convertat, omnia miſcet, magis ſollicitus de verborum rythmo quam de rerum cohaerentia. *Omnibus Aegyptiis commune numen aqua*. At quis neſcit mare averſari Aegyptios? *Privatim Memphitis*

*bos*

Digitized by Google

201. ΛΙΑ ΑΡΑΒΙΑ. Mulier turrita geminos infantes lactat. (III.) Hard. *not.*

202. ΛΙΑ ΑΡΑΒΙΑ. Caput muliebre turritum. (III.) Belley e M. Lebeau.

203. ΛΙΑ ΒΟΥΒΑϹ. Mulier ſtans d. avem tenet, s. veſtem ſublevat. (III.) Belley e M. Pellerin. *not.*



*bos deus*. Quaſi non univerſa Aegyptus Apidem fuiſſet venerata. *Peluſiotis deus cepe*. Credemus eum qui bina in vulgus cognita prave protulit, in tertio obſcuriori argumento ſcrupulum conſuluiſſe? Forte in Caſii Iovis ſacris peculiari exſecratione devovebantur bulbi, quod iam ſupra ſuſpicari fecit Sextus. Inde Peluſiotis praeſertim ſacri & inviolabiles crediti ſunt Luciano & ſequioris aetatis ſcriptoribus fere cunctis. Pronus error eſt veterum, ut res ſacras i. e. inviolabiles, interdictas, nefandas, cum divinis i. e. adorandis confundant. Sic ſuem ab Hebraeis divino honore affectam narrat gravis hiſtoricus Tacitus: inſulſam eſſe fabellam nunc ſcimus omnes; ſi de alia gente narraſſet omnes pro certo crederemus. Haeſitat Plutarchus num propter venerationem a ſuum eſu abſtineant. Sic multos deos crearunt Graeci Aegyptiis, quos ad privatam conditionem revocare hic non vacat. Saltem obſervabimus exiguum eſſe numerum animalium ab Aegyptiis divino culto honoratorum: in his non eſſe felem, ibin, ichneumona, piſces, alia. Obſervabimus porro nullum eſſe in univerſa antiquitate exemplum fruticum vel herbarum divino ritu cultarum, neque eſſe probabile tale quid umquam extitiſſe: vix cogitabili caſu ut erga herbam crearetur in homine is affectus, quo opus eſt ad numinis praeſentiam agnoſcendam. Dodonaea quercus ſane venerabilis, Peloponneſiaca cupreſſus, Germanorum ſacrae tiliae, quae ſanctiora creatoris numinis templa? Reliqua adiecit elegantiarum licentia, dedicatas frutices, conſecratos flores.

At ne in numo noſtro pro certo agnoſcam bulbum alexicacum, obſtat praeſertim epigraphes ratio, quam ſi ex reliquorum huius provinciae numorum conſenſu ordinatam ſtatuas, figuram invertere opus eſt ut barbiculae verticem occupent, germen imum, & fructus corolla decorus ſimilior evadat punico malo quam cepae. Celebrantur autem Plinio punica Aegyptiaca *N. H.* 23, 6, iſque fructus acinorum multitudine evadit pulcrum ubertatis ſymbolum. At ſolemnia fuere punica in myſteriis Atticae Cereris atque Siculae Corae, etiam in Hebraeorum ſacerdotum ornatum adlecta, non ſine ſuſpicanda Aegyptiorum rituum imitatione. Arborem primo in Cypro a Venere ſatam perhibet Eriphus poeta apud Athenaeum (3, 7). Sed maxime inclaruit quod Proſerpina apud inferos tres mali punici acinos deguſtaſſe ferebatur, ideoque apud Plutonem manere coactam fuiſſe. (Apollod. 1, 5. Ovid. *faſt.* 4, 1213.) Inde in myſteriis vetita punici mali deguſtatio, ne reditus e ſacro horrendo antro obliviſceretur initiatus. (Clem. Al. *Protr.* 2. p. 16) Clemens quidem aliam profert fabulam ſed eiuſdem ſenſus, nimirum de natis e Bacchi ſanguine punicis, cui fere reſpondet quam narrat Arnobius (*adv. Gentes* l 5.) de Agdi montis dea, ut mittam tot alias, quae quorſum ſpectent nemo non videt. (Pauſan. 2, 17).

201. Vide Traiani n. 101.

203. Dianam coluiſſe ferunt Bubaſtitas,

204. LIA ΗΛΙΟΠ. Serapis ſtans, d. tenet, ut videtur, cervulum. (III.) M. M. D.

205. LIA ΗΡΟ. Protome calanticata cum  ſupra verticem, d. verſus faciem elevans. (III.) M. R. G. *not.*

206. LIA ΕΠΤΑΝΟΜ. Accipiter ſtans. (III.) M. Arig. *not.*

207. LIA ΜΕΜΦ. Capra. (III.) Vaill.

208. LIA ΜΕΜΦΙ. Caput Iſidis flore ornatum. (III.) M. R. G.

209. LIA ΜΕΜΦ. Mulier ſtans utraque manu icunculam. (III.) Vaill. e M. Molin. *not.*

LXXIV. 210. Adverſa, ut n. 179.
LIA ΑΡC. Crocodilus ſtans cum cauda deorſum flexa capite ſuſtinet globum. (IV.) *not.*

LXXV. *a.* 211. Adverſa, ut n. 154.
LIA ΑΡCΙ. Caput muliebre cum calantica & vipera ſupra frontem. (III.) *not.*

LIA

baſtitas, at figura in numo ſimilior eſt Veneri, cui cum Bubaſti urbe cognationem aliquam interceſſiſſe, inde quoque colligo quod hic commune ſepulcrum exſtitit. Quotquot enim per Aegyptum moriebantur feles huc deferebantur, inviolabile Aegyptiis animal, inde Graecis pro deo haberi creditum. Urbis vocabulum felem ſignificare ait Stephanus, ſed alium etymon a voce ⲂⲰⲦⲤ, quae Coptis bellum ſonat, ſuadet ſitus excelſo agere ſupra reliquas Aegypti urbes eminens, ut videatur aliquando fuiſſe propugnaculum. Si ita, deae nomen gentilitium eſt, ut Dindymenae vel Cypridos: ϮⲚⲞⲨϮ ⲚⲦⲈ ⲠⲒⲂⲰⲦⲤ, dea Bubaſtitis, quod praecipuo ritu ibi colebatur.

205. Harpocratis protome in numo Heroopoleos novum praebet indicium adfinitatis eum inter & Herculem. Nam ſi credimus Danvillio & Copto Geneſeos expoſitori Heroopolis Aegyptiis dicitur Pithom, Herodoto Patumos, i.e. Hercules. ϬⲰⲘ, ϪⲰⲘ, ϹⲈⲘ eadem vox cum ſignificatu roboris.

206. Numus Heptanomidos nullo dubio obiacens, in Arigonianis tabulis male exaratus ΕΠΤΑΚΩΜ, haſtenus fugit antiquatiorum ὀξυδερκίαν.

209. *Alter Sacerdos manibus ambabus gerebat altaria, id eſt auxilia, quibus nomen dedit proprium deae ſummatis auxiliaris providentia*, Apuleius metamorpheſeon libro ultimo. Quod mulierem vocet Vaillantius nihil refert. Quae autem fuit praeciſa horum auxiliorum figura diſces e baſi Syeritae in muſeo magni ducis Etruriae a Kirchero *in Oed.* tom III. pag. 426. negligentiori quidem delineatione exhibito.

210. Globus ſupra caput a communi crocrodilo diſtinguit Arſinoitam deum, ante haec in numographorum libris haud conſpiciendum.

211. Forte Arſinoe - Iſis; in ſubſequenti velata cernitur Arſinoe, ut mos eſt reginarum in numis.

Digitized by Google

212. LIA ΑΡϹΙΝΟΙ. Caput muliebre velatum. (III.) M. S. Genovefae.

LXXV.*b.* 213. Adverſa, ut n. 154.

LIA ΗΡΑΚ. Caput Herculis barbatum & taeniatum. (III.).

214. LIA ΗΡΑΚ. Hercules ſtans d. extenſa ſuſtinet cerberum, s. tenet clavam & exuvias. (III.) M. Ennerii. *not.*

215. LIA ΗΡΑ. Caput Serapidis cum loto herba, ante quod ibis. (III.) Vaill. *not.*

216. LIA ΟΞΥΡ. Pallas ſtans d. victoriolam tenet, s. bipennem. (III.) M. Braccian.

217. LIA ΟΞΥΡ. Bipennis. (IV.) M. R. G. *not.*

218. LIA ΟΞΥΡ. Serapis ſtans d. cervum. (III.) Vaill. e M. Chriſtinae.

219. LIA ΚΥΝ. Vir palliatus capite canino ſtans d. tenet ſiſtrum, s. ſagittam. (III.) Vaillant. *not.*

LXXVI. 220. Adverſa, ut n. 154.

LIA ЄΡΜΟ. Caput Theuthi barbatum diadematum, & flore ornatum: ante id ibis ſtans. (III.) *not.*

221. LIA ЄΡΜΟΠΟΛΙΤΩΝ. Senex togatus d. victoriam, s. caduceum. (I.) Vaill. e M. Capello. *not.*



214. Inferorum cuſtos Hercules.

215. Erit idem cum noſtro n. 220.

217. Inſpicias notam ad n. 166.

219. Vereor ne pro caduceo ſagittam viderit Vaillantius. Si vero figura talis qualem deſcribit, argumento erit, ſuperfuiſſe adhuc apud Aegyptios aliquam notionem de primitiva Anubidis provincia, venatione nimirum, de qua re infra: eodem forte collimantibus binis figuris ibidocephalis in ſuperficie genii pantaſtici in Muſeo noſtro ſagittis arcubuſque inſtructis, nam ibides Theuthi ſunt, qui & Anubis. Attamen magis arridet hiſce reſpici ad celebrem ibidum atque ſerpentum pugnam quotannis peractam in Arabiae limite iamque Herodoto celebratam.

220. Novum eumque certum deum in moneta indagare primam occaſionem obtulit praeclarus numus, inique a Vaillantio ad Serapidis inferna clauſtra relegatus. Urbis appellatio, capitis habitus qualis Homerus pingi ſolet Iovis diademate decorus, Iſiacus ornatus Aegypto heroem vindicans, adſtans ibis, ſi dubio locum reliquere totum elevarunt bina nomiſmata Regis Galliae infra deſcribenda Hadriani n. 494. & Antonini n. 62.

221. Numum prava deſcriptione peſſumdatum ſibi & antiquitati reſtituimus n. 494.

222. LIA ΕΡΜΟ. Cercopithecus cynocephalus erecte ſedens cum cauda arrecta. (IV.) M. Ennerii *not.*

223. LIA ΛΥΚΟ. Serapis ſtans cum modio, d. cervum, s. haſtam. (III.) Vaillant. e M. Faeſch.

224. LIA ΥΨΗΛΙ. Aries. (III.) Vaill. e M. Fauvel. *not.*

225. LIA ΥΨΗΛΙ. Vir ſtans cum flore in capite d. extenſa ſuſtinet bovem Apidem diſco inter cornua inſignem, s. tenet haſtam. (III.) M. Ennerii.

LXXVII. 226. Adverſa, ut n. 154.

LIA ΑΝΤΑΙ. Vir palliatus ſtans d. tenet haſtam, s. crocodilum. (III.) *not.*

227. LIA ΘΙΝΙ. Vir ſtans cum bina facie, ad d. ſenili, ad s. iuvenili; d. demiſſa, s. icunculam. (III.) M. Theup. *not.*

228. LIA ΘΙΝΙ. Oſiris capite radiato ſtans d. extenſa & ſubmiſſa, icunculam forte deae ſpei. (III.) Vaill.

LIA

222. *Cynocephalum colunt Hermopolitae.* Strabo l. 17. pag. 1167. Si ante haec in numis conſpecta eſt beſtia, ego quidem ignoro. In plumbea teſſera cernitur in Muſeo noſtro, cuius averſam occupat ſiſtrifera Iſis.

224. Num ab urbis etymo petitum Symbolum? ⲟⲩⲟⲃϣ Coptis albus: ⲱⲓⲗⲓ aries: inde ὑβσοιλις, ὑψηλις pari fere pronuntiatione.

226. Prope Antaeopolim in crocodilum ſe convertiſſe Typhonem ab Oro fugatum, narrat Plutarchus in *tract. de Iſide*, idemque auctor diſſerens de animalium ſolertia prodit, Antaeopoli olim in lectulo eleganter compoſito cum vetula concubuiſſe crocodilum. Improbabile non eſt haſce fabulas propter vocabuli etymon huc relatas fuiſſe; nam Coptis ⲁⲛⲑⲟⲩⲥ reptile ſignificat: de Graeco vero ſive Libyco Antaeo hodie neminem cogitare ſpero. Vid. Antonini n. 61.

227. Και εγω τουτο των σοφων αιγυπτιων εθαυμασα τον ἑρμην, αιγυπτιοι γαρ διπλην ποιουσι την ιδεαν του δαιμονος, νεον ἱςαντες παρα πρεσβυτῃ, αξιουντες, ει περ τις αυτων μελλει καλως εφορευσειν, εννουν τε ειναι και αλκιμον, ως ατελες εις ωφελειαν θατερον παρα θατερον. *Equidem inter ea quae a ſapientibus Ægyptiis fiunt, illorum ſum Mercurium admiratus. Aegyptii enim duplice deum ſpecie fingunt iuvenem iuxta Senem collocantes, eaque re ſignificantes, ſi quis ipſorum praeclara ſacra ſit inſpecturus, eum & ſagacem & fortem eſſe oportere: quandoquidem alterum ſine altero parum adiumenti conferre poteſt.* Verba ſunt Syneſii *de regno*, (edit. Patav. pag. 7. & pag. 101. *de provid.*) quibus ſubſcribit numus ſiſtens Mercurium bifrontem, dextra tenentem caduceum, ſiniſtra Agathodaemonos imaginem. Peſſime typum deformat Vaillantii deſcriptio, qui in Aegypto numiſmatica eundem numum exhibuit, nobis n. 228.

Digitized by Google

229. LIA ΠΑΝΟ. Pan cum cornubus in capite, parte ſuperiore homo, infima hircus, d. lotum, s. pedum. (III.) Vaill. e M. Magnav. *not.*

230. LIA ΠΑΝΟ. Serapis ſtans d. extenſa tenet volucrem, s. ut videtur icunculam. (III.) Neumannus.

231. LIA ΔΙΟΠ. Oſiris ſtans d. haſtam, s. bovem, (III.) Belley e M. Pellerin.

232. LIA ΤΕΝΤΥΡ. Serapis ſtans d. accipitrem, s. haſtam. (III.) M. R. G. *not.*

233. LIA ΤΕΝΤΥΡ. Mulier ſtans d. avem, s. haſtam. (III.) Liebe e M. Gothano *not.*

234. LIA ΚΟΠΤ. Saturnus velatus cum globo in capite ſtat d. hinnuleum tenens, s. harpen. (III.) M. R. G. *not.*

235. LIA ΚΟΠΤ. Vir ſtans d. haſtam, s. cervum. (III.) M. Theup.

236. LIA ΚΟΠΤ. Serapis ſtans d. extenſa, s. haſtam. (III.) Vaill. e M. Moroſ.

237. LIA ΔΙΟΠΟΛΙ ΜΕ. Eques paludatus, d. elata, s. habenas. (III.) M. Braccian. *not.*

238. LIA ΔΙΟΠΟΛΙ ΜΕ. Serapis ſtans, d. ſuſtinet parvum animal, s. tenet haſtam. (III.) M. R. G.

239. LIA ΔΙΟΠΟΛΙ Μ. Vir ſtans d. demiſſa, s. animal. (III.) M. Theup.

240. Caput Hadriani laureatum anepigraphon.
LIA ΛΑΤΟΠΟΛ. Piſcis Latus dictus, figura brevi atque craſſiuſcula. (IV.) M. R. G. *not.*

LIA

229. Inſpicias notam ad Marci n. 55.

232. Tentyritis & accipitribus commune fertur adverſus crocodilum odium.

233. Memoratur Straboni Veneris apud Tentyra delubrum (l. 17. p. 1169.)

234. Vide n. 105. in Traiano. Ceterum vereor ne eundem numum ter deſcripſerimus.

237. Affinitatem ſuſpicor inter hunc numum & alterum minoris ut videtur Dioſpoleos in Antonino n. 217.

240. Nova epigraphe cum novo typo. Latopolin urbem in Thebaide produnt veteres: de nomo nulla memoria.

Digitized by Google

241. LIA ΕΡΜωΝΘ. Figura ſtans d. haſtam tenet, s. avem. (III.) M. R. G.

242. LIA ΕΡΜωΝΘ. Figura ſtans d. haſtam, s. leonem. (III.) Belley e M. Pellerin. *not.*

243. LIA ΕΡΜωΝ. Vir ſtans d. haſtam, s. aquilam. (III.) M. Theup.

LXXVIII. 244. Adverſa, ut n. 154.

LIA ΑΠΟΛΛ. Vir ſeminudus cum flore in capite ſtans d. haſtam tenet, s. accipitrem. (III.) *not.*

245. LIA ΑΠΟΛΛ. Apollo habitu ſuccincto gradiens d. ad caput affert, s. tenet avem. (III.) M. M. D. *not.*

246. LIA ΑΠΟΛΛ. Mulier ſtolata ſtans d. pateram ſupra aram, s. cornucopiae. (III.) Vaill. e M. Chiſtinae. *not.*

247. L ΔωΔΕΚΑ. Ceres velata & loto ornata ſtat d. demiſſa ſpicas & papavera tenens, s. facem. (II.) M. M. D.

248. L ΔωΔΕΚΑ. Figura muliebris ſtolata d. haſtam, s. ſpicas tenet. (II.) Pocock.

LXXIX. 249. Adverſa, ut n. 114.

L ΔωΔΕΚ. Mulier cum flore in capite decumbit veſte ſinum faciens, d. tenens faſciculum ſpicarum & papaverum, s. cubito ſphingi innixa. (II. fere I.)

LXXX. 250.
LXXXI. 251. Alii duo nonnihil diverſi (II. fere I.)

252. LIB. Genius decumbens d. ſpicas & papavera, s. sphingi innixa. (I.) M. Ver.

Adver-

242. Mirum non foret, pro avi quam mecum vidit Muſei Theupoli editor, leonem finxiſſet Belleyus.

244. Ultima urbs in meridiem cuius nomen praefert vetus pecunia: accipitrem Soli, Oro, Appollini ſacrum omnes norunt.

245. Nonnihil aberravit Vaillantius, qui in dei ſiniſtra arcum vidit, in dextera ſagittam.

246. Hodie in Muſeo Braccianeo non invenitur.

LXXXII. 253. Adverſa, ut n. 114.
L ΔωΔΕΚ. Nilus ſeminudus arundine coronatus decumbit, d. tenens cornucopiae, e quo emergit puerulus; s. ſaxo innixus: in area Iϛ. (I.).

LXXXIII. 254. Eadem adverſa.
L ΔωΔΕΚ. Nilus decumbens d. tenet cornucopiae, s. arundinem, & ſimul innititur hippopotamo. (I.).

LXXXIV.* 255. Alius addito in area Iϛ. (I.).

LXXXV. 256. Eadem adverſa.
L ΔωΔΕΚ. Nilus decumbens & d. tenens cornucopiae, s. vero arundinem, innititur crocodilo. (I.).

LXXXVI. 257. Alius, in area Iϛ. (I.).

LXXXVII. 258. Eadem adverſa.
L ΔωΔΕΚ. Nilus decumbens cum crocodilo, d. cornucopiae, a quo emergit puerulus, s. arundinem. (I.).

LXXXVIII. 259. Alius nonnihil diverſus. (I.).

260. LIB. Serpens. Pat. ex M. Moroſ.

261. L ΔωΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis ſedens in templo diſtylo filium lactat. (I.) M. Arig.

262. LIB ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟϹ. Dexterae iunctae. (AR) M. R. G. *not.*

Adverſ-

262. Patris Patriae compellationem bis ſibi delatam, ſi Spartiano credimus, bis diſtulit imperator. Tempus autem quo admiſit produnt chronica circa annum x vel xi. Euſebius quidem ſecundum Scaligerum anno x, ex editione Vallarſii xi, Faſti Siculi x, Syncellus poſt colonias in Libyam deductas. Cum vero titulum iſtum numi atque inſcriptiones variorum annorum hiſce anteriorum poſt imperatoris nomen addant, viri eruditi verba Spartiani ita interpretati ſunt ac ſi de ficta recuſatione eſſet locutus, & chronica, quorum auctores plerumque alter alterum tranſcribere ſolent, manifeſti erroris redarguere. At numi duo Alexandrini proſtantes alter in Muſeo regis Galliae, alter in Borgiano, qui contra quam in hac moneta ſolitum eſt nomen Patris Patriae in averſae area perſcribunt additis notis annorum xii & xiii, ſive trib. pot. xi, xii, oppido docent ſub haec tempora novi quid circa appellationem iſtam accidiſſe, quod niſi integram rerum ſeriem expendentibus difficile erit eruere. Primo enim imperii anno teſtantibus numis Senatus in Hadrianum contulit quotquot cognomina habuerat Traianus;

at

LXXXIX.* 263. Adverſa, ut n. 114.
LIΓ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟC. Dexterae iunctae. (AR).

XC. 264. Alius. (II.).
265. LIΓ. Victoria ſtatuens tropaeum. (I.) M. Arig.
266. LIΓ. Victoria gradiens. (II.) M. Arig.
267. LIΓ inter duo cornuacopiae. (III.) M. Caeſ.
268. LIΓ. Serpens arrectus. (III.) M. Arig.
269. Caput Hadriani anepigraphon.
LIΓ. Faunus nudus gradiens d. elata, s. geſtat pedum. (IV.) M. R. G.
270. L ΤΡΙCΚΔΕ: Nilus decumbens cum crocodilo, d. cornucopiae, s. arundinem. (I.) M. Theup.

XCI. 271. Adverſa, ut n. 113.
L ΤΡΙCΚΑΙ. Nilus decumbens cum crocodilo d. cornucopiae, s. arundinem, in area Iς. (I.).

XCII. 272. Eadem adverſa.
L ΤΡΙCΚΑΙ. Mulier cum flore in capite decumbit veſte ſinum faciens, d. tenens faſciculum ſpicarum & papaverum, s. cubito ſphingi innixa. (II. fere I.).

XCIII. 273. Alius parum diverſus. (II. fere I.).

LH.

at imperator pro modeſtia ſua honoribus a ſe nondum meritis nolens abuti, cum Senatu praevaluit ne amplius monumentis insererentur, ne Patris Patriae quidem titulum admittens. Inde eſt quod neque facile in numis ſecundi conſulatus, neque in inſcriptionibus Urbanis ſecundi anni legatur; quam enim complures citaverunt Romae extantem TR P COS II PP, ad primum imperii annum pertinet, antequam ex Oriente Romam perveniſſet; atque idem autumandum de numis COS II PP, ſi qui exſtant. Deinde tertio conſulatu Hadriano in Gallias profecto renovavit titulum ſenatus, & intulit numis quotquot adventus in provincias reſpiciunt: ſed poſt reditum denuo abolevit imperator, cuius teſtes ſunt ingens numerus numorum tertii conſulatus eo carentes. Demum circa medium imperii tempus, cum Senatus Populuſque optimi Principis recuſationem ferre amplius nollet, praeclaro quodam & hactenus non uſitato more, publica reor acclamatione, ipſi eſt tributus, quod factum occaſionem praebuit Alexandrinis, ut integrum cognomen numis inſcriberent addito typo dexterarum iunctarum, quo inſignem concordiam celebrarent populum inter atque imperatorem, qui rempublicam ita ſe gerere profitebatur, ut ſciret populi rem eſſe non ſuam.

Digitized by Google

274. LII. Templum diſtylon, in quo figura ſuccincta ſtans cum quadrupede ante pedes. (I.) M. Arig.

XCIV. 275. Adverſa ut n. 113.
LIΔ. Caput Solis radiatum. (AR).

XCV. 276. Alius fere ſimilis. (AR).

277. LIΔ. Apollo. Pat. ex M. Moroſ.

278. LIΔ. Caſtor & Pollux nudi ſtantes, unuſquiſque tenens equum fraeno, & haſtam. (I.) M. Theup.

279. LIΔ. Aquila fulmini inſiſtens dorſo geſtat Iovem ſeminudum d. ſceptrum tenentem. M. Caeſ.

280. LIΔ. Mulier ſeminuda decumbens ſupra aquilam volantem, d. pateram, s. ſceptrum; in unguibus aquilae fulmen. (I.) M. Theup. *not.*

XCVI. 281. Adverſa, ut n. 114.
LIΔ. Pallas ſtans d. extenſa ſuſtinet victoriolam, s. clypeo innititur. (I. ſolito maior).

XCVII. 282. Alius fere ſimilis. (I.).

283. LIΔ. Iſis velum explicans. (I.) M. Theup. (II.) M: M. D.

284. LIΔ. Protome muliebris, flore ornata, cuius pectori adpenſae ſunt duae icunculae, velut puerorum flexis genibus in nates ſubſidentium. (II.) M. M. D.

285. LIΔ. Harpocrati ſtanti ſeminudo & d. ad os elevanti, s. vero clavam geſtanti cum avicula, adſtat aries. (I.) M. R. G. *not.*

R LIΔ.

280. Deum pater antiquario viſus eſt mulier: nec magna iniuria, nam
*Ζευς αρσην γενετο, ζευς παρθενος επλετο αγνη.*

285. De ariete adi notam ad n. 495. Avicula upupa eſt, ſymbolum mutui inter parentes liberoſque amoris, antiquum Ori attributum, quod ultus eſſet

286. LIΔ. Harpocrates nudus ſtat cum cornucopiae columnae innixus: ante eum ara. (II.) M. R. G.

287. LIΔ. Harpocrates nudus ſtans ut ſupra: ad pedes flos. (II.) M. Theup. *not.*

288. LIΔ ΗΡΑΚΛΕωΠΟΛΙΤωΝ. Figura ſtolata & tutulata d. ori admovens, s. tenens incertum quid, forte clavam, inſidet monticulo e quo provenit vitis. (I.) M. Arigon. *not.*

XCVIII. 289. Caput Hadriani laureatum anepigraphon. LIΔ.

eſſet patrem, at ſequiore aevo in Harpocratem translatum, quem cum Oro commutavere, mox univerſalem genium & commune quoddam deorum repertorium effecerunt Alexandrini. Eſt inter ſigilla aenea Muſei Borgiani icuncula operis Romani referens Harpocratem nudum, alatum, & cincinnatum eo more quo ſolent eſſe Cupidines, cum bulla in pectore, in capite gerentem fructum pyriformem atque lunulam, ad humeros arcum, dextra cornucopiae & baculum ſerpente cinctum, ſiniſtram ori admoventem, comitibus cane, upupa, teſtudine: en tibi Genium bonum, Cupidinem, Lunam, Appollinem ſive Solem, Abundantiam, Aeſculapium, Angeronam, Larem, Orum, atque Mercurium.

287. Qui hic & in n.450. flos creditus fuit editori, dubium non eſt quin ara fuerit; nam arae in numis, aliiſque monumentis Aegyptiis, cum ſint menſae, nonnunquam anguſtiores, ſubtili fulcro impoſitae & frugibus onuſtae, non raro floris tripetali figuram imitantur. Huius generis arae frequentes ſunt in tabulis gypſeis Muſei Borgiani, conſpiciuntur etiam in hieroglyphicis veteris ſepulcri apud Nordenium. Nam cum Aegyptii diis plerumque frugum offerrent primitias & quotidiana ſuffimenta, neque praeter quam in expiatoriis pecude & ſanguine ſacrum facerent, pro aris utebantur menſis affabre factis, quibus imponerent oblationes, cui rei inſerviſſe tabulam Bembinam apte coniicit Pignorius. Ab his diverſae ſunt arae Aegyptiae, quas luce donarunt Montfauc. in ſuppl. to. II. p. 172. & Caylus in collect. tom. I. tab. 19., quae dum proprius accedunt ad formam quae Graecis ſolita, in ſumma ara praeditae ſunt cavitate, & uſque ad imam perforatae, forte ut aquam reciperent feſtis diebus in templis effundendam.

288. Tolle literas ωN editoris ſupplementum, & integritati reſtitue numum merito praeſtantiſſimis adſcribendum, qui monticulo vitibus plantato eleganter adumbrat inſulam naturae proventibus abundantem, qualis Heracleopolitis praefectura in Heptanomide proditur veteribus. Adiuvat praeterea coniecturam iamdudum mihi probabilem, adfinitatem fuiſſe Harpocratem inter atque deum, quem Aegyptium Herculem appellat Herodotus, negligunt fere poſteri, vetuſtioris numinis munus atque gloriam uſurpante recentiore Harpocrate, qui ut ille ἀποτρόπαιος, ideoque Graecis claviger.

LIΔ. Flos qualem Iſidis ſimulacra capite gerere ſolent. (IV.) *not.*

XCIX. 290. Eadem adverſa.

LIΔ. Flos formatus ex infula Oſiridis: in media ſuperficie vipera. (IV.) *not.*

C.* 291. Adverſa, ut n. 114.

LIΔ. Serpens mas arrectus inter ſpicam & caduceum. (II.)

CI. * 292. Adverſa, ut n. 131.

LIΔ. Delphinus tridenti circumvolutus. (III.)

293. LIΔ. Caduceus alatus. (IV.) M. Ver.

294. LIΔ. Mulier ſtans d. tenet ſpicas, s. caduceum. (II.) M. Bracc.

295. LIΔ. Aequitas ſtans. (I) M. Theup.

CII. 296. Adverſa, ut n. 114.

LIΔ. Fortuna ſtans ſolito more d. gerit temonem, s. cornucopiae. (II.)

297. LIΔ. Imperatori in quadrigis ſtanti obviam eſt Alexandriae Genius. (I.) M. Ennerii & R.G.

298. LIE. Imperator d. efferens, s. autem tenens haſtam ſedet in ſella ſupra triremem acroſtolio ornatam, in qua ſimul conſpicitur gubernator. (II.) M. R. G.

CIII. * 299. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LIE. Imperator togatus laureatus ſtans in quadrigis triumphalibus, s. tenet ſceptrum cum aquila, d. vero effert, velut accepturus corollam, quam ipſi porrigit ſupervolitans victoria: e regione ſtat Genius Alexandriae habitu ut aſſolet ſuccincto cum elephanti-

R 2 nis

289. 290. De praeſtantibus hiſce numulis & tertio Traiani n. 29., quos neque in numiſmaticis libris luce donatos offendi, neque in Muſeis, quot equidem adii, conſpexi, cum multum faciant ad Aegyptiorum tunc temporis theologiam dilucidandam, ſermo erit in diſſertatiuncula in calce catalogi adiicienda.

nis ſpoliis in capite, d. verſus imperatorem elata, s. palmae ramum gerens. (I.).

CIV. * 300. Eadem adverſa.

ΛΙΕ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. Imperator togatus laureatus ſtans, & s. ſceptrum tenens, d. oſculandam praebet Genio Alexandriae, qui d. prehendens manum imperatoris, s. demiſſa tenet ſpicarum faſciculum. (I.).

CV. 301.
CVI. 302. Alii duo fere ſimiles. (I.).

CVII. * 303. Eadem adverſa.

ΛΙΕ. Genius Alexandriae: i. e. figura muliebris veſte ſuccincta, & palliolo volitante, geſtans capite ſpolia elephantina, s. autem vexillum: & imperator togatus, in capite lauream gerens, s. tenens haſtam, dexteras iungunt, & una ſuſtinent faſciculum ſpicarum. (AR) *not.*

CVIII. * 304. Alius. (II.).

305. ΛΙΕ. Imperator in quadrigis, cui obvia mulier d. elata, s. porrigit haſtam. (I.) M. Theup.

306. ΛΙΕ. Imperator in quadrigis triumphalibus. (I.) M. Arig.

CIX. 307. Adverſa, ut n. 299.

ΛΙΕ. Imperator togatus & velatus ſtans, d. ſacra facit ad aram, s. haſtam. (I.).

CX. 308. ΑΥΤ ΚΑΙC ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟC CEB. Caput laureatum cum paludamento.

ΛΙΕ. Serapis ſedens d. extenſa ſuper cerberum, s. haſtam. (II.).

Eadem

303. Quod vexillum dixi rectius forte diceretur malus navis cum antenna & funibus volitantibus, ad innuendum nauticum commercium, quo urbs potiſſimum florebat: nam militaris vexilli nullam invenio ſignificationem.

Digitized by Google

CXI. * 309. Eadem adverſa.

LIE. Triremis, in qua Serapis ſedens d. extendit ſuper globum columellae impoſitum, s. tenet haſtam; ante eum Iſis ſtans ab eo averſa ambabus manibus velum explicat, & s. ſimul tenet ſiſtrum; pone autem alia mulier tutulata ſtans d. gerit taedam. (I.) *not.*

310. LIE. Triremis cum duobus nautis, in cuius medio mulier ſedens in ſella d. elata, s. baculum. (III.) M. Theup. *not.*

311. LIE. Iſis velifica, & Pharus. Triſtan.

312. LIE. Mulier ſedens d. palmam, s. haſtam. (II.) M. Arig.

CXII. 313. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ ΣΕΒ. Caput laureatum cum toga.

LIE. Cervus ſtans. (III.)

314. LIϚ. Iuppiter ſeminudus d. pateram, s. ſceptrum, fertur ab aquila fulmen unguibus gerente. (I.) Patin.

315. LIϚ. Caput Serapidis laureatum. (I.) M. Theup.

316. LIϚ. Serapis ſedens d. porrigit adſtanti cerbero, s. haſtam. (II.) M. Caeſ.

317. LIϚ. Serapidi ſedenti adſtat parvulus. (II.) Patin.

318. LIϚ. Serapis ſedens d. extenſa, s. haſtam; ad pedes aquila, in parte ſuperiore ſellae Victoria. (I.) M. Theup.

319. LIϚ. Serapis ſedet cum cornucopiae: iuxta crocodilus. (I.) Hard. ex M. Fouc. *not.*

LIϚ.

309. Primam Serapidis ſtatuam ex Ponto Alexandriam navi advectam ferunt: quod factum dum numo repraeſentant Alexandrini, apte ſane comites dant deo Iſidem velificii inventricem, Cereremque cuius dona navibus tranſvehuntur. Quod vero Aegyptii deorum imagines in navigiis conſtituere ſoliti, pro hoc numo facere non videtur, nam neque Serapis Alexandrinus in horum numinum numerum referendus, neque in triremibus deos collocarunt Aegyptii, ſed in Niloticis ratibus. Praeterea typo adumbrari cenſeo adventum Auguſtorum Alexandriam, qui ſub hoc tempus accidit.

310 Suſpicor typum eundem eſſe cum n. 298., ſed male deſcriptum.

319. Calami lapſus; ſcribendum erat Nilus.

320. LIς. Nilus rupi inſidens cum crocodilo: infra THCA. Hard. *not.*

CXIII. * 321. Adverſa, ut n. 299.
LIς. Nilus rupi inſidens, d. arundinem, s. cornucopiae; in rupis latere crocodilus. (I.).

CXIV. 322.
CXV. 323. Alii duo parum diverſi. (I.).

CXVI. 324. Eadem adverſa.
LIς. Nilus decumbens d. geſtat arundinem, s. cornucopiae, ſimulque crocodilo innititur. (AR).

325. LIς. Nilus coram Iſide gerente ſiſtrum & papaver. Pat. ex M. Moroſ.

CXVII.*a.* 326.*a.* Adverſa, ut n. 299.
LIς. Iſis ſedens filium lactat. (II.).

CXVII.*b.* 326.*b.* Alius, ſed adſtituto ante Iſidem palmae ramo. (II.).

327. LIς. Iſis ſedens filium lactat: ante eam palmae ramus, pone Canopus. (AR) M.R.G.

328. LIς. LectiſterniumFortunae. (I.)Hard.exM.Fouc.

329. LIς. Fortuna ſtans. (II.) M. Theup.

330. LIς. Mulier ſtans d. ſpicas, s. caduceum. (II.) M. Arig.

331. LIς. Neptunus nudus ſtans d. pede ſaxum premit, d. tenet delphinum, s. tridentem. (I.) M. R. G.

232. LIς. Victoria gradiens. (II.) M. Theup.

CXVIII. 333.*a* Adverſa, ut n. 299.
LIς. Imperator in quadrigis triumphalibus. (I.).

CXIX. 333.*b* Alius fere ſimilis. (I.).

334. LIZ. Imperator in quadrigis elephantorum. (I.) M. Theup.

CXX. 335. Adverſa, ut n. 308.
LIZ. Templum diſtylon, in quo ſtat Serapis d. elata & extenſa, s. tenens haſtam: e regione eſt vir barbatus togatus & laureatus, vultu ut videtur Hadria-

320. Lege L TPICKA, in area Iς cubitorum numerus.

Digitized by Google

Hadrianum referens, s.tenens haſtam, d. vero extendens ſuper aediculam, quae ipſis in medio, & cui inſcriptum eſt ΑΔΡΙΑΝΟΝ. (I.).

CXXI. 336. Alius parum diverſus.

337. LIZ. Serapis ſtans d. extenſa, s. haſtam, ad pedes hippogryphus. (II.) M. Theup.

CXXII. 338. Adverſa, ut n. 212.

LIZ. Aquila alis explicatis ſtans collo ſuſtinet caput Serapidis: in area palmae ramus. (I.).

CXXIII.* 339. Eadem adverſa.

LIZ. Iſis gradiens cum ſolito capitis ornamento, cumque pallio volitante, ambabus manibus velum explicat, d. ſimul tenens ſiſtrum: e regione Pharus, in cuius vertice ſimulacrum haſtatum, d. ſuſtinens globum, in inferioribus vero tecti angulis ſinguli Tritones bucinas inflantes. (I.) *not.*

LIZ.

339. Iſidi a Pharo cognomen tribuere, cum ſcriptores, ut Euſebius in *Praep. Evang.* 5., 7. ex oraculo Apollinis Didymaei.

> *Ισιδι δ'αυ φαριῃ γονιμοις παρα χευμασι νειλου*
> *Μαςευειν σειςροισιν ἑον ποσιν ἄκρον οσιριν:*
> *Iſidi vero Phariæ geniales prope fluctus Nili.*
> *Quaerere ſiſtris ſuum maritum tenellum Oſirin.*

tum numi, praeſertim qui Iuliano imperante percuſſi ab altera parte epigraphen habent ISIS FARIA, addito capite Helenae Auguſtae ad inſtar Iſidis flore ornato, ab altera VOTA PVBLICA cum variis typis, quorum ingentem numerum, haud paucos nondum editos, adſervat Romae eruditiſſimus abbas Taninius. Fuitque adeo ſolemnis iſta appellatio, ut in calendario veteri Farneſiano (*in Thes. Graev.* tom. VIII. pag. 22.) omiſſo Iſidis nomine ſcriptum inveniatur SACRVM PHARIAE ITEM SERAPIA. Coniiceret aliquis hoc vocabulo nihil innui praeter originem cultus ex Aegypto, & Phariam deam idem eſſe ac ſi diceretur Dea Aegyptia, eodem more quo ait Flaccus *Argon.* 4, 46:

> . . . . . . . *Io*
> *Spectat ab arce Phari*:

licet tunc temporis neque exiſteret Alexandria neque turris, ſed arx Phari pro Aegypti regno ſit accipienda. At numus noſter, una cum aliis eiuſdem typi, docet peculiarem interceſſiſſe cognationem Iſidem inter atque Pharum, cuius naturam indigitare puto velum quod Iſis, quandocumque turri adſtituitur, manibus explicat. Deae enim velificii inventionem tribuunt Scriptores veteres, & Iſidis navigium certo die celebratum, praeter Apuleii & Lactantii indicium, teſtantur calendaria antiqua, ruſticum quod eſt in Aedibus Farneſianis, & Lambeccianum (*in Graev. Theſ.*

tom.

340. LIZ. Iſis ſtans velum explicat. (I.). M. Caeſ. LIZ.

tom. VIII. pag. 98.) ad diem v. Martii, dum, ut ait Apuleius, ſedatis hyemis tempeſtatibus & lenitis maris procelloſis fluctibus, navigabili iam pelago rudem dedicantes carinam primitias commeatus libant Iſidis Sacerdotes. Sic dea nauticae artis, & nautarum genius, Pharo, quæ navigantium ſecuritati inſerviebat, adſtituta ſecuram navigationem, felicem adventum in portum reditumve indicat. Hinc arrepta occaſione Iſis pro felicitatis ſymbolo habita eſt & fortunae genio. Sic in ſacris Iſiacis apud Apuleium fauſta vota praefatur grammateus principi magno ſenatuique & equiti & toti populo Romano, navium adhibito emblemate; ſic in calendario Lambecciano quatuor ultimis diebus menſis Octobris & Kal. Novembris Iſidi dedicatis, eorum ſecundo & tertio ludi votivi notantur; ſic demum numi aevi Conſtantinianei vota publica offerentes vel Iſidem vel aliud numen Iſidi ſynthronon celebrant. Haec ex Romanis monumentis collegimus, at rei origo ab altiori repetenda. Priſci Aegyptii in tanta paterni ſoli omnium rerum abundantia mare haud temere tentabant, ſed expaveſcentes odio habebant. Ideo nullus ipſis Neptunus, nullus Portumnus, vel Nereides, vel Amphitrite. Qui flumine remigabant, ſi iter propoſitum erat longius vel difficilius, Iſidem invocabant, quae prima amnem navigaſſe & vela inveniſſe credebatur, dum mariti conquireret reliquias. Sic navigia Nili non fluminis genio Oſiridi, cui accepta referebant aeſtuantis aquae beneficia, ſed Iſidi velificae ſacra habita ſunt; nec ullus dubito quin velorum celebritas, quam in tabula gypſea muſei noſtri pictam inveni, licet deperdita deae figura, Iſidi fuerit dedicata, atque eadem ſit quam Iſidis reditum vocat Plutarchus die VII. Tybi vel II. Ianuarii obſervandum. Haec vetuſta Aegyptiorum doctrina etiam Hygino, ſeu quis fuerit iſte fabularum compilator, cognita fuit, quamvis male intellecta: dum narrat Iſidem Harpocratem filium ſuum quaerentem primam rate velificaſſe. Cur enim quaerendus Harpocrates quem nunquam perdiderat? At poſt exaltatam in Aegypto Serapidis cultum & Serapidem factum Iſidis coniugem, Oſiris obſcuratus eſt, multis, in quibus Lactantius *div. inſtit.* I, 21. deae filius creditus, ita demum cum Harpocrate confuſus. Recentius commentum eſt de Iſidis transfretatione Byblum Phoeniciae, verborum luſus, quod Oſiridis corpus inventum diceretur ἐν βυβλῳ, in alga ſive arundine, quae ſtagnantibus aquis naſcitur circa fluvii oſtia. Cum hac commiſcuere Graeci Ius errores, quam hanc ob cauſam non tranaſſe aſſerit Lactantius, ut habent veteres mythologi, ſed navigio Aegyptum petiiſſe. Sic Iſidis navigium cum maritimo itinere coniunctum ineunte menſe Martio, placato iam pelago, celebrabatur Corinthi atque Romae, nec dubium quin & Alexandriae. Praeter velum in numo noſtro ſiſtrum geſtat Iſis, de quo mentio in oraculo quod ſupra citavimus, eadem fere ſignificatione ei tributa, quam in medium adfert Servius ad *Aen.* 8, 696., aiens: *Iſis Aegypti genius eſt, qui per ſiſtri motum quod gerit in dextra Nili acceſſus indicat*. Nam quaerere tenellum Oſiridem nihil aliud eſt, quam Nili acceſſus obſervare. Aliam ſiſtri rationem prodit Plutarchus, nimirum eius ſonitu, cum dea manu quatit, fugari Typhonem. At quid mirum, muſicum inſtrumentum antiquiſſimae ſane, uti eſt ſimpliciſſimae inventionis, in variis adhibitum ſacris varios habuiſſe ſignificatus?

Digitized by Google

341. LIZ. Harpocrates ſtans ut ſupra. (II.) M. Caeſ.
342. LIZ. Protome iuvenis chlamydati cum flore in capite & d. ori admota: pone ſceptrum cui inſidet upupa. (II.) M. M. D.
CXXIV.* 343. Adverſa, ut n. 308.
LIZ. Genius Alexandriae in bigis ſerpentum alatorum, s. ſinum colligit frugum plenum, d. poſt ſinciput elata ſemen ſpargit: ante ſerpentes proveniunt ſpicae. (I) *not.*
344. LIZ. Nilus ſtans coronatur a Genio Aegypti. (I.) M. Arig.
CXXV. 345. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ ΣΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LIZ. Nilus decumbens cum crocodilo, d. tenet arundinem, s. cornucopiae. (AR).
CXXVI. 346. Alius parum diverſus. (AR).
347. LIZ. Canopus. (II.) M. Arig.
348. LIZ. Pharus. (II.) M. M. D.
CXXVII. 349. Adverſa, ut n. 308.
LIZ. Fortuna ſtans. (I.)
CXXVIII. 350. Adverſa, ut n. 308.
LIZ. Pallas ſtans d. geſtat victoriolam, s. clypeum ad terram. (I.).
CXXIX. 351. Alius parum diverſus.
CXXX. 352. Eadem adverſa.
LIZ. Pallas ſtans d. tenet duas ſpicas, s. clypeum ad terram. (I.) *not.*

S Eadem

343. Elegans typus, qui praeter tot alios foecundum Aegyptiorum ingenium teſtatur, & ſingulare in rebus ſymbolice exprimendis acumen. Triptolemum, qui arationis genius eſt, ſerpentibus vehi tritum: hic ut peculiarem provinciae, cuius caput erat civitas, fertilitatem & cerealium donorum abundantiam ſignificarent, Genium finxere Alexandriae, quem produnt elephantina ſpolia, Triptolemi curru vectum, & ſpargentem ſemen, quod confeſtim in ariſtas enaſcitur.

352. Neſcio an praeter numos Alexandrinos alia monumenta Palladi ſpicas in manus tradant. Artium inventrici ut referatur artium nobiliſſima, nullo pacto videtur abſonum, at Graeci frugum inventionem Cereri acceptam referebant. Alexandrini vero quibus

CXXXI.* 353. Eadem adverſa.

LIZ. Pallas ſtans galeata, aegide armata atque ſtolata ut ſemper, d. ſuſtinet duas ſpicas, s. haſtam cum clypeo ad terram. (I.).

354. LI ☒ CAIT. Pallas ſtans d. noctuam tenet, s. haſtam. (III.) M. R. G.

CXXXII.* 355. Adverſa, ut n. 308.

LIZ. Dioſcuri lorica & paludamento induti, & aſtris ſuper capite inſignes, ſtant cum haſta & parazonio, intermedia lunula. (I.).

356. LIZ. Mercurius ſeminudus ſtans comite cane, d. tenet caduceum, s. oblongum palmae ramum. (I.) M. R. G. *not.*

Adver-

bus Iſis Ceres erat eademque Minerva Saitis, huius ſimulacro agri proventus offerre non dubitarunt. In numo *Traiani* n. 92. ex muſeo noſtro exhibuimus Minervam ſtantem in templo, quod, licet dea Graeco more ſit veſtita, Aegyptium eſſe docet globus alatus faſtigio inſculptus: forte celebre illud quod erat in urbe Sai Neithae dicatum, quam Minervam vocant Graeci.

356. Novum deum ex Anubide & Mercurio finxere Graeco-Aegyptii, quem a vetere Aegyptiorum numine diſtinguit elegans humana forma, a Graeco caduceatore palmae ramus. In nomorum quidem numis, in Latinis quarti poſt Chriſtum ſaeculi, atque in ſigillis gemmiſque Graeci artificii obvius eſt canino capite Mercurius; at Alexandrina moneta a monſtris iſtis abhorrens, ſi demas ſerpentem Serapideum & Harpocratem ſemi-crocodilum, vel totos homines vel integras beſtias effinxit deos. Attamen ut Anubidem eſſe docerent, non communem Mercurium, canem dedere comitem, qui Laribus adſtitui ſolitus, praeter priſtinam dei figuram innuit bonum genium, qualis Anubis ſive Cneph creditus fuerat antiquiſſimis in Aegypto hominibus. Diſtinguit praeterea, ut diximus palmae ramus, qui priſcis Aegyptiis aſtrologiae ſymbolum, inde, quod in rudi gente tantum non idem eſt, univerſae ſapientiae. Advertentes enim veteres, palmas ſtatis fere temporibus ſingula emittere germina, eaque adulta poſt ſtatum dierum numerum decidere, hoc indicio ad temporis ſpatia metienda uti coeperunt, poſtea in hieroglyphicis varia intervalla menſium, annorum, ſaeculorum ramulorum figuris varie expreſſere. Ideo palmae ramus factus eſt ſolemne geſtamen eius ſacerdotum claſſis, quos Horoſcopos vocat Clemens, id eſt Aſtrologos, ut quidem vetuſtiori eoque honeſtiori ſenſu vocabulum adhibeam, univerſam coelorum ſcientiam aſtrologia complexus, non meram iudiciariam, pro qua a ſequioribus uſurpari ſolet. Cum autem frequens ſit uſus palmarum in hieroglyphicis, ramum manu circumlatum, in Aegyptiae artis operibus, tantum offendiſſe memini in obeliſco Barberinio, qui Theuthi honori dicatus, praeter alios palmigeros ipſum exhibet ibidis capite inſignem, collocatum in throno, & altera manu tenentem oblongum palmae ramum, altera accipientem clavem & ſceptrum & ve-

Digitized by Google

CXXXIII.*357. Adverſa, ut n. 308.
LIZ. Apis, lunula in latere conſpicuus & diſco inter cornua, ſtat ante aram. (II.).
358. LIZ. Taurus, columna ante. (II.) Pocock.
CXXXIV.*359. Adverſa, ut n. 308.
LIZ. Ciſta cum frugibus columellae impoſita, utrinque aſſurgente ſerpente alato & praegrandi cum capite criſtato. (I.).
CXXXV.*360. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LIH. Duo ſerpentes criſtati arrecti, qui a dextris gracilior, craſſior alter, intermedio ſiſtro, appoſitiſque a dextris caduceo, a ſiniſtris papavere. (I.).
361. LIH. Genius Alexandriae ſtans in bigis ſerpentum. (I.). Geſn. ex M. Pancl.
CXXXVI.*362. Adverſa, ut n. 360.
LIH. Nilus decumbens cum crocodilo, s. cornucopiae, d. arundinem. (I.).
CXXXVII.*363. Adverſa, ut n. 308.
LIH. Sphinx alata & tutulata ſedens pedem rotae imponit. (I.).
CXXXVIII.364. Alius fere ſimilis. (I.).
CXXXIX.* 365. Eadem adverſa.
LIH. Sphinx flore ſupra caput, calantica, iuba leonina, barbula, & exigua vipera fronti inſidente ornata, ſtat cum cauda arrecta atque in ſerpentis mammoſae ſpeciem conformata, ſuſtinens ad pectus incertum

S 2

& velum nauticum ab adſtante figura ei oblata. Veteri Anubidi cynoproſopo, qui venationis non aſtrologiae genius, tributum nondum inveni. At Graecus Anubis, qui inſimul Theuth, artium inventor & ſacerdotum antiſtes, conſtanter eo gaudet, cuius rei praeter complures numos Alexandrinos & praeter indicium Apuleii in deſcribenda pompa Iſidis Cenchreae, teſtes proſtant ſtatua ex marmore candido in Muſeo Capitolino, & opus anaglyphon in ara ibidem adſervata. (Apul. *Metamorph.* lib. XI. Clem Alexand. *Strom.* lib. VI. pag. 757. ed. Oxon. Horap. I, 3. 4.)

certum quid, forte iugum, dorſo autem gryphum ſubſidentem, qui pedem anteriorem rotae imponit: adrepit exilior ſerpens. (L.) *not.*

ATT

365. Alis potiſſimum ab Aegyptia ſphinge diſcerni Graecum monſtrum egregie obſervavit Begerus *Theſ.Brand.* lib.3 pag.370. non obſtante quod paſſim inveniantur cum ſphinges alatae certo reſpectu Aegyptiae appellandae, tum Graecae alis deſtitutae, Alexandria omnia miſcente, atque ex duarum gentium aliquando penitus diverſa fabula unam efficiente: ſed aliud capi indicium certius forte atque foecundius e mammis, quae turgent in Graecis ſphingibus, ab Aegyptiis exulant, nemo quod ſciam hactenus advertit. Huius quidem loci non eſt totum argumentum de ſphingibus exſequi, in quo poſt Spanhemium ( diſſ.5. *de uſu numiſmat.*) ſumma cum adcuratione verſatus eſt eruditiſſimus abbas Fea ( ad Winkelm. *hiſt. art.* lib.1. cap.2.), nobis ea ſola relinquens, quae ſpectant ad utriuſque ſphingis ſignificationem, differentiam, atque affinitatem, de qua re leviuſcule egiſſe videntur Scriptores. Eamdem vero fuiſſe utriuſque originem cum vocabulum ſuadet, tum & figura, & quae feruntur de Graecae ſphingis occulta ſapientia. Vera & prima vocis ſignificatio nos latet, neque conſtat a quo hominum genere primum uſurpata ſit. Fruſtra quaeſivi in Copticis lexicis ſphingis vocabulum: Graeci in ſua lingua inveniſſe credunt, non plane improbabili etymo, quem ex Clemente atque Porphyrio infra proferemus. Quae vero narrant de ſphingibus, ſimiarum in Aethiopia ſpecie, mihi lucem non adferunt, licet non neſcienti ſummos viros totam rem inde explicandam crediſſe. Equidem pro certiſſimo habeo fluxiſſe a monſtro nomen ad ſimiam, ob aliquam ſimilitudinem, quam Graeci, quibus ſaltem ab inde Heſiodo nota erat Boeotiae vaſtatrix, in Aethiopica beſtia invenere, ſibi uſque ad ſecundum tertiumve Ptolemaeum ignorata. Neque magnam fuiſſe iſtam ſimilitudinem ex Plinio conſtat, quo ſcribente familiaris erat Graecis & Romanis ſimia, dum ſolas mammas in ea humanis ſimiles notat, muliebrem faciem, ſi tale miraculum adfuiſſet, vix taciturus. ( *Hiſt. Nat.* 8, 21: 6, 29. Agatharchid. de *M.R.* pag.50. ed. Hudſ. Lucian. *de merc. cond.*) Philoſtorgius tardae aetatis hiſtoricus pro ſuis rationibus deſcribit animal, tunc rarum, nam alias opus non erat addere ſibi conſpectum fuiſſe, ſed cuius *αυτοψια* vix perſuadebitur alicui, extare in natura ferocem beſtiam placido virginis vultu decoram, ( *συν πολλῃ τινι ευπρεπειᾳ εις γυναικειαν ἑλκοντα μορφην. H. Eccl.*3, 11.) obſtantibus praeterea Agatharchide &, qui hunc exſcripſiſſe videtur, Diodoro, dum ſimiam aliquo modo ſimilem (*παρομοιαν*) perhibent ſphingi a Graecis pictoribus fingi ſolitae, ſed manſuetam atque docilem. At ſit, deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne: etiam iſtud, quod in mentem venerat veterum ſcriptorum nemini, credemus quinti ſaeculi homini, Oedipodeo aevo in Boeotiam perveniſſe Troglodyticam beſtiam, advectam a Graecis mercatoribus, tunc ſi dis placet Indicis mercibus operam dantibus, & Oedipum ob egregium factum, gladio percuſſam ſimiolam, quae ludibrii cauſa oſtendebatur, & petulanter ſpectatorum aliquem petiverat, regnum eſſe conſecutum? Non ignorabatur ſimia ſphinx Palaephato & Pauſaniae, ſed homines nondum ad tales nugas deſcenderant, ſicut nec Graeco unquam creditum fuit Panem ſuum natum eſſe

e cor-

Digitized by Google

CXL. 366. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput nudum cum toga.

LIH.

e cornigera Indica ſimia, vel reliqua quae pro more ſuo pari argutia diſputat Philoſtorgius. Sed tranſeant: quae de Graecis rebus manifeſto ridicule aſſerit, de Aegyptiis dicta placebunt eruditis? Cur igitur in Aegyptiis ſacris nulla unquam Sphingis animantis mentio? Cur nihil diſſerunt Scriptores de ſimiae praeſtantia atque utilitate, qui de ſingulis adoratis apud Aegyptios beſtiis tot vera tot falſa protulere? Cur inter animalia ſacra ſola ſphinx non colebatur, ſed neglecta excubabat ad templorum oſtia, dum in ſacris cubilibus ingenti ſumptu alebantur leones, cebi, reliqui? Cur demum ſi effigies mutuata erat a ſimia, cuius princeps criterion conſtituebant humanis ſimiles mammae, ferino pectore nunquam non fingitur Aegyptiorum templorum cuſtos? Firmiſſimum peto ex mammis argumentum, Graecos, quorum ſphinx conſtanter muliebris eſt & turgente pectore luxuriat, propter aliquam cum ea ſimilitudinem beſtiae Aethiopicae nomen impoſuiſſe; eadem ratione qua varia ſimiarum genera Panes vocarunt, Satyros, Leontocephalos, Cynocephalos, cetera. Eadem obſervatione convellitur zodiacalis de ſphinge interpretatio, quam ex caeleſtibus ſignis, Virginis nimirum & Leonis, conflatam affirmant recentiorum complures. (Caylus *recueil*. 1. p. 45. Dupuis apud de la Chaux in *deſcript. de pierr. gr. du Duc d'Orl.* pag. 275. Pluche *hiſt. caeli* 1, 8. Schmidt *de zodiaci origine Aeg.* pag. 51.) Taceo quod fingendae inundantis Nili tempeſtati apta non erat parthenoproſopos leo, ſed omnino virgo leontocephalos, nam permeato Leone tranſit Sol in Virginem: taceo quod Horus creſcentem Nilum leonis imagine pingi tradit, fontes ornari leoninis capitibus, nihil profert de ſphinge anguſtiori atque αιγυπτιακοτερῳ Aegypti fluvii ſymbolo, quod de leone loquens velut manibus tangebat: evertitur ſyſtematis fundamentum, dum e monumentis quotquot ſuperſunt docetur Aegyptiam ſphingem compoſitam non eſſe leone & virgine, ſed nihil eſſe praeter leonem humano capite nobilitatum. Talem viderat Herodotus, antiquariorum & aetate & diligentia princeps, & monſtrum Graecae ſphingi aliquotenus ſimile, ſed omnino maſculum, ανδροσφιγγα vocavit; non quidem, ut exiſtimo, quod beſtiae διδυμους exploraſſet. Eodem modo Alexandrinus Clemens, magnus Aegyptiarum rerum interpres, bis ſphingi tribuit παν το σωμα λεοντος, προσωπον ανθρωπȣ, nunquam παρθενȣ: dum Oedipodeum monſtrum non aliter quam πτεροεσσα κορα, παρθενιον τερας, μιξοπαρθενος φοιτασι πτεροις χαλαισι τ' ωμοσιτοις poetis audiat, interpretibus autem modo Cadmi uxor, modo Laii filia, modo peregrina mulier piratarum Dux, modo obſcuro ſermone fatidica. (Sophocl. *Oedip. tyr.* 516. Eurip. *Phoeniſſ.* 815. & 1030. Palaephat. n. 7. Pauſan. 9, 26. Soſicrates apud Schol. Eurip. *Phoen.* 45. Steph. γεργις.). Sic data vera rei definitione facile patebit ſenſus, veterum quod memini ſolis Clementi & Syneſio proditus, robur cum mente, (αλλκη και συνεσις) vel ſumma perfectio, cui fere reſpondet altera ſignificatio ab eodem Clemente accepta nimirum amabile illud atque terribile, quod numini ineſt. Perelegans eſt locus Syneſii in oratione *de regno*: ἡ σφιγξ αιγυπτιοις επι των προτεμενισματων ιδρυεται τȣ συνδυασμȣ των αρετων ιερον συμβολον, την μεν ισχυν θηριου την δε φρονησιν ανθρωπου. *In ſacrarum aedium veſtibulis ſphingis effigiem collocant. Aegyptii arcanum utriuſ-*

LIII. Typus ſimilis, ſed ſphinx barbula caret & converſa eſt aliter. (I.).

LIII.

*utriuſque virtutis coniungendae ſymbolum, quae qua parte beſtia eſt robur, qua vero homo prudentiam demonſtrat.* (pag. 7. & 101. ed. Petav.) Ideo ſphingis vocabulo ſubinnuere virtutum complexum, rerum harmoniam, vel primigenium amorem qui omnia continet: σφιγξ ἡ παντων φιλια δια το συνεσφιγχθαι, ſive quod ex Orientali idiomate utraque vox accerſita ſit, ſive quod vetuſtiſſimi Graeci Aegyptium vocabulum complexus notionum involvens patrio ſermone σφιγγα verterint. (Clem *Strom.* 5, 5. 7. 8. Porphyr. apud Potterum ad Clem. Alex. p. 675.) Attamen neque ipſe ſibi conſtans Clemens mox ad τον αινιγματωδη και ασαφη περι θεου λογον refert templorum ſphinges, quae communis eſt Graecorum ſcriptorum opinio, Aegyptiam rem Graeca mente explicantium. Bina enim in Graeca ſphinge notarunt veteres rapacem crudelitatem & obſcurum ſermonem: utrumque natum e primitiva apud Aegyptios ſphingis ſignificatione, nimirum e fortitudine violentia, e ſapientia aenigma. At Graeci notionem, quam adhuc vehementer rudes, neque ut videtur ab ipſis Aegyptiis, ſed Phoenicum miniſterio acceperant, inanibus figmentis pro more ſuo ita ornaverant, auxerant, mutilaverant, ut poſteri patriam crediderint fabulam, neque ullus in interpretanda ſphinge, quam tentarunt praeſertim Pauſanias & Palaephatus, peregrinam originem vel ſymbolicum ſenſum reſpexerint, ſed varias hiſtorias commenti ſint in mythica narratione, ut putabant, latentes. Neque improbabile eſt veterem aliquem eventum, dum quis callido conſilio Boeotiam a repentibus latronum invaſionibus liberaverit, fuiſſe cum primitiva traditione commiſtum, & multum contribuiſſe ad novam fabulam conſarcinandam. Inde ſphingis appellatio a Graecis eleganter adhibita eſt vel ad rapacem populatorem innuendum, vel obſcurum nugatorem. (Athenaeus 6, 15. 14, 22.) Sed prima res quae ad ſphingis vocabulum in mentem incurrebat Graeco homini erat το αινιγματωδες, & poſtquam in Aegyptum penetraſſent, parum haeſitarunt Aegyptium monſtrum pro avaro myſticae theologiae cuſtode agnoſcere, ipſis Aegyptiis qui tunc ſupererant ad conſenſum paratis, dum patriae ſapientiae immemores vana ſectabant myſteria, & teſtante Bembina tabula in ipſis ſacris cum vetere perfectionis ſymbolo confunderent alatum rapax Graecae fabuloſitatis figmentum. Haec quae e ſingulis monumentis & ſparſis ſcriptorum locis conquaeſivi, firmat & extra dubii aleam ponit Alexandrina moneta, dum uno eodemque tempore utraſque ſphinges figura & habitu diverſas exhibet expreſſis in unaquaque characteribus quae naturam eius manifeſtant. Graeca alata ſphinx in numis *Hadriani* num. 84. 363. *Fauſtinae* 46., aliiſque obvia, praeter turgidum muliebre pectus per totum ventrem ferinis mammis conſita ſubſidet more felium anterioribus pedibus ſuffulta, quorum alter rotam dirigit, in capite modio ornata, cetera nuda. Hanc Serapidi Magno Deo Soli conſecratam ſuadent rota atque modius, quo pacto vero acciderit ut Soli dicarent fabuloſum animal, cuius cum rebus ſacris nexum oblivioni mandaſſe videntur Graeci ſcriptores, in expedito non eſt. Sunt quidem qui in Plutonis veſtibulum cum Cerbero Centauris aliiſque monſtris relegant etiam ſphingem virgineos rictus infectam cruore, (Sil. Ital. 13, 592.), ut aliquis credat ſphingem cum rota ſacram eſſe Plutoni quem Serapin vocant, atque

367. LIH. Similis ſphinx eodem modo ornata ſtat, exſurgente ſub eius pedibus ſerpente: ſupra eam librat ſeſe figura muliebris galea-

que Nemeſi. Sed ſphingis ibi nullum certum officium, neque Virgilio memoratur, ubi reliquos Ditis ianitores recenſet. (*Aen.* 6, 285.) Poëtae enim Eleuſiniorum doctrina abuſi, ex qua ii qui in Elyſium tendebant, traiecta ſtygia palude, omnigenis feris, monſtris atque ſpectris infeſtari credebantur (Ariſtoph. *Ran.* 143.), quaecumque immania celebraverat vetus fabula, ad fauces Orci convocavere. Bacchi eſſe ſphinges, quem alii in Serapide latere autumant, ſi quis argueret ex anaglypho Bacchico in pedibus antiquae menſae citatae a Buonarrotio (in *Medagl.* pag. 429.), obiicerem ſphinges & monſtra in huius generis operibus mera ornamenta eſſe ſine certo ad operis ſummam reſpectu, ut ſphinges in Olympii Iovis throno apud Pauſaniam (5, 11.) in galea Palladis paſſim cum Pegaſis, Scyllis, ceteris, in tripode quem Apollini offert in requieſcentis Herculis anaglypho Amphitruo, in tot aliis tripodibus, vaſibus, aris & cippis. Sed exſtat praeterea locus Herodoti (4, 79.) quem de ſphingibus nemo adlegavit, licet pro hoc argumento inter praecipuos recenſendum. Narrat nimirum Scylen Scytharum ad Boryſthenem fluvium regem Dionyſiacis ſacris deditum & myſteria praeparantem aedes ſuas ſphingibus & gryphis ex albo lapide cinxiſſe. Inde binas colligo obſervationes, mihi alicuius momenti viſas, Aegyptiam ſcilicet & Perſicam conſuetudinem, in templorum fronte velut cuſtodes collocare ferarum imagines, Graecis imitantibus (nam Scyllae regia fuit in Graeca Boryſthenitarum urbe) uſque ad Scytharum confinia penetraſſe: atque ſuperfuiſſe apud Graecos aliquam notionem de vetere ſphingis ſymbolico ſignificatu, abſconditam quidem ut videtur in myſteriorum ſacris tenebris, atque adeo obſcuratam ut vix & ne vix quidem certum eius apud ſcriptores veſtigium offendatur. Forte haec res adumbratur in gemma muſei Stoſchiani Cererem referentem ſtantem inter binas ſphinges, (Winkelm. *Pierr. gr. de St.* p. 79.) & in alia ducis Aurelianenſium (n. 86.) ubi quieſcenti Herculi, in cuius gratiam inſtituta ſcimus Eleuſinia minora, cum hoſpites maioribus initiari fas non eſſet, (Schol. ad Ariſt. Plut. v. 846.) abſidet idem monſtrum, editori viſum Boeotiae Genius. His indiciis ſi Canopicis myſteriis ſphingem Graecam in Alexandrina pecunia obviam adſociaret aliquis, me non haberet vehementer obloquentem, attamen magis arridet facilior opinio ex ipſis numis deducenda, nimirum pertinere ad Solem Serapidem ſymbolicum animal tutulo innuens ſummi numinis religionem, mammarum denſitate derivatam a Sole abundantiam, alis impetum, rota ordinatum aſtri curſum. Rotae ſenſus obvius: in numis conſtanter tribuitur grypho, quem Soli ſacrum norunt pueri, pervulgatis edocti monumentis atque teſtimoniis. Sed omne dubium quin Soli ſphingem dedicatum voluerint Alexandrini, elevat numus infra explicandus, qui cum Aegyptia ſphinge rotiferum gryphum coniugit. Haec de Graeca, cuius iuſtiorem imaginem vix aliunde petes quam ex aeneorum ſigillorum iconiſmo in quinto Herculanenſium antiquitatum volumine praefationi praemiſſo. Incidenter notanda occurrit gemma in Paſſerii *aſtriferis* tab. 18., cum tutulata Graeca ſphinge ſubſidente & unguibus tenente cranium, pro quo in archetypo rotam adfuiſſe ſuadent, quae in area inſculpta ſunt, aſtrum, lunula, caduceus, & verſari gemmam circa coeleſtia, non circa horridum tartarum. Vetus Aegyptias,

galeata pede d. ſphingis dorſum vix perſtringens, d. coronam ad collum eius protendens, s. haſtam geſtans tranſverſe. (I.) M. R. G.

Adver-

ptia, ut reliqua monumenta eam exhibentia hic praeteream, cernitur in numis a Domitiano uſque ſub Marco (*Domitiani* num.8. *Hadriani* n.66. *Marci* num.31.), Androſphinx decumbens ut decumbere ſolent leones anterioribus pedibus ante ſe porrectis, ut cum opus ſit aſſurgat ilico. In fronte gerit ſerpentulum, ſub mento nonnunquam ſubtilem illam atque fictam barbam Aegyptiis figuris propriam, qua etiam gaudent binae ſphinges ανθρωποχειρεις atque pileatae in obeliſco Flaminio. Caput obtegit linteum plicatum, quod calanticam appellare conſuevimus, eo quidem modo compoſitum, quo in muliebribus figuris nunquam conſpicitur, ſed in ſolis virilibus, praeſertim eis quae cuſtodum inſtar portis fuere adſtitutae. Pectus armoſque in numis perraro adumbrat iuba leonina villoſa hirſutie efficta. Veteres enim Aegyptii cum in ſphingibus tum in leonibus iubam non pilis indicare conſueverant, ſed linea ducta circum partes quas hirſutas ſignificare voluere; quae res ad monumentorum quidem aetatem diiudicandam valde opportuna, ob oculos lucebit, ſi conferes ſphingas Burgheſias cum leonibus ſcalae Capitolinae, & haſce cum leonibus aquae Felicis, graecizante, ut ſuo loco probabimus, opere. De ſignificatione egi, uſum invenio potiſſimum duplicem. Alterum quidem quem produnt Herodotus, Strabo aliique paſſim, firmat Herculanenſis pictura LX. quae eſt in II. volumine, & numi in *Traiano* num. 104. 111. 112. videlicet ut in templorum aditibus collocarentur, velut ſummi numinis ſymbolum, quod mentali adoratione ſine imagine ibi colebatur, inſimul placido ore mortales invitantes, unguibus terrentes profanos. Huic uſui inſerviſſe videntur ſphingum iacentes ſtatuae quae Romae hodie viſuntur, eodemque ſpectare decumbentes in Alexandrina moneta ſphinges. In unico Muſei Arigonii (*Veri* num.15.) Serapidis capite ſupra decumbentem ſphingem indicatum videtur numen, ad cuius limen iſta excubaret. Alterum ſilent Scriptores, nimirum ut ſphinx perfectionis ſecundum Aegyptios ſymbolum eodem tempore adhiberetur pro Aegypti emblemate, ut ſunt varia provinciarum ſymbola in Romanorum Imperatorum pecunia. Sic in obeliſco Campenſi ſphinges Aegypti populum referentes offerunt pyramidem ſedenti Principi, in Flaminio dona porrigunt ſingulae quatuor ſphingum, quas eodem pacto quo illae humanis manibus inſtructas eſſe antiquarios hactenus latuiſſe puto, iſtud vero nullo alio myſterio fieri quamquod ferinae ungues ſuſtinendis donariis parum aptae ſint. Huc pertinent ſphinges quae in Alexandrina pecunia decumbenti Ubertati adiacent, nonnunquam & Nilo. (*Hadr.* num.249. *Alexandri* num.14.) Sed praeclariori modo fingitur ſphinx, Aegypti ſymbolum, in numo qui notae titulum facit, ſtans, ornata ut reliquae, ſed addito eo capitis ornamento, quod Geniis proprium eſſe alio loco adſtruere conabimur, geſtatum quoque a binis ſphingibus obeliſci Flaminii, dum aliae duae regio pileo ornentur: arrecta cauda quae tranſit in foeminae ſerpentis figuram, prolificantis naturae imaginem; & circumrepente pedes graciliori undulato angue, foecundantis Nili ſymbolo; dorſo vero inſidente grypho cum rota, magni dei Solis comite. Quid ſit & quorſum ſpectet res ante pectus appenſa ſive a latere applicata, me prorſus ignorare fateor, licet integerrimum numum pluries excuſſerim. Cogitavi

de

Digitized by Google

CXLI. * 368. Adverſa, ut n. 308.
LIH. Templum duarum columnarum, in quo ſtant duo Canopi ſeſe invicem adſpicientes; qui a ſiniſtris calantica ornatus, qui a dextris cincinno Harpocrateo, uterque ſuper capite gerens infulam Oſiricam: in aetomate templi effictus eſt globus alatus. (I.)

369. Similis, ſed plumbeus. (I.) Schlaegerus *not.*

370. LIH. Duo Canopi adverſi. (I.) M. Farn.

371. LIH. Canopus cum capſula ante pectus, in qua duae icunculae ſubſidentes, a capſula dextrorſum tres aliae figurae caelatae, infra ſcarabaeus alatus. (I.) M. M. D.

372. LIH. Canopus & Iſis. (I.) Hard. ex M Fouc.

373. LIH. Duae figurae adverſae Canopi & Iſidis ſtantes in templo diſtylo. (I.) M. Ver.

CXLII. 374. Adverſa, ut n. 308.
LIH. Iſis velifica. (I.)

CXLIII. 375. Eadem adverſa.
LIH. Iſis velifica atque Pharus. (I.).

CXLIV. 376.
CXLV. 377. Bini alii nonnihil diverſi. (I.)

378. LIH. Iſis ſedens d. ſiſtrum, s. haſtam tranſverſam. (I.) M. Theup.

379. LIH. Capita iugata Serapidis & Iſidis. (I.) M. R. G.



de amuleto, de clava αλεξικακῳ, de Fortunae gubernaculo, denique de iugo aratri agriculturae emblemate: aſtrologi, ſuſpicor, librae iugum viderint. Si vero aratri iugum admittis, hic fere erit totius typi ſenſus: Aegypti regnum ſolis benigno dominio, fluvii liberalitate, & populi induſtria ſupra reliquas orbis provincias ferax atque beatum. In ſimili numo Muſei Arigonii (*Hadr.* n. 303.) inſiſtit ei Victoria ſphingem coronatura. In alio regis Galliae deſiderantur iugum & gryphus, & ſupra ſphingis dorſum librat ſe galeata alata Minerva, ſapientiae & fortitudinis genius, coronam protendens ſuper animalis caput.

369. De hoc numo plumbeo, invento in faſciis mumiae, ſi Arabibus fides qui peregrinanti in Aegypto vendiderunt, hodieque adſervato inter eruditam ſupellectilem Caroli Brunovicenſium Ducis, diſſertationem conſcripſit antiquaria eruditione refertam cl. Schlaegerus muſei Fredericiani director.

CXLVI.* 380. Adverſa, ut n. 308.
LIH. Serapis ſtans d. ſupra cerberum prope pedes excubantem extenſa, s. haſtam. (II. fere I.).

CXLVII. 381. Alius fere ſimilis. (II. fere I.).

CXLVIII.* 382. Adverſa, ut n. 366.
LIH. Serapis ſedens s. haſtam tenet, d. verſus Cerberum pro pedibus ſubſidentem porrecta. (I.).

383. LIH. Serapis ſtans in quadrigis lentis d. elata corollam, s. haſtam. (I.) M. R. G.

384. LIH. Serapis ariete vectus, d. haſtam. (I.) M. M. D. *not.*

385. LIH. Aquila alis expanſis ſtans: ſuperius ſtat Harpocrates inter capita adverſa Serapidis & Iſidis. (I.) M. R. G. *not.*

386. LIH. Harpocrates inter capita Serapidis & Iſidis volitante ſuper ipſum aquila. Patin. ex M. Moroſ.

387. LIH. Protome Harpocratis. (III.) M. R. G.

388. LIH. Protome Antinoi cum palliolo ſupra s. humero reiecto, in capite . (I.) M. R. G.

CXLIX. 389.*a.* Adverſa, ut n. 308.
LIH. Apis ſtans ad aram. (II.).

CL. 389.*b.* Adverſa, ut n. 345.
LIH. Leo gradiens. (II.).

CLI.* 390. Adverſa, ut n. 360.
LIH. Duae mulieres ſtantes cum flore in capite, altera d. haſtam, s. ſpicas; altera d. ſpicas, s. haſtam. (I.).

Adver-

384. Vel quod Serapidem cum Ammone permutarunt Graeco-Aegyptii, vel quod ſolem exiſtimantes ei tribuere animal ex aſtronomorum mente Harpocrati proprium.

385. *Principes dii caelum & terra: hi iidem qui in Aegypto Serapis & Iſis; etſi Harpocrates digito ſignificet ut ea taceam.* Verba ſunt Varronis in lib. IV. de *L. L.*

CLII.* 391. Adverſa, ut n. 308.
LIH. Pallas ſtans d. tenet haſtam cum clypeo terrae innixo, s. noctuam. (I.).

392. LIH. Dioſcuri ut ſupra ſtantes intermedia lunula. (I.) M. Theup.

393. LIH. Aequitas ſtans. (I.) Geſn. ex M. Pfau.

394. LIΘ. Aequitas ſtans. (I.) M. Arig.

CLIII. 395. Adverſa, ut n. 308.
L ЄNNЄAKΔ. Spes gradiens. (I.).

CLIV. 396. Alius fere ſimilis. (I.).

397. L ENNEAKΔ. Victoria gradiens. (II.) M. Arig,

398. L ENNEAKΔ. Caput Victoriae alatae. Patin. ex M. Moroſ.

399. L ENNEAKΔ. Figura ſeminuda ſtans d. haſtam, s. temonem : ante pedes avis. (I.) M. Arig.

400. L ENNEAKΔ. Lectiſternium Fortunae. (I.) M. Theup.

401. L ENNEAKΔ. Mulier tutulata decumbens d. ſpicas, s. cubito ſphingi innixa. (I.) M. Theup.

402. L ENNEAKΔ. Caduceus inter duas ariſtas. (II.) M. Caeſ.

CLV.* 403. ATT KAI TPAIAN AΔPIANOC CEB. Caput laureatum.
L ЄNNЄAKΔ. Caput Nili fronde coronatum, cum pectore nudo & pallio ad humerum ſiniſtrum, duobus copiaecornubus impoſitum. (AR).

CLVI. 404. Alius. (II.).

406. L ENNEAKΔ. Nilus decumbens cum crocodilo d. arundinem, s. cornucopiae. (I.) M. Ver.

407. LIΘ. Nilus ſtans coronatur a Genio Aegypti. (I.) M. Arig.

408. L ЄNNЄAKΔ. Templum tetraſtylon, in quo ſedet Nili figura d. geſtans arundinem, s. cornucopiae. (I.) M. R. G.



Digitized by Google

409. Eadem adverſa.
ΘΙJ. Crocodilus. (IV.) M. R. G.

410. Caput Hadriani laureatum anepigraphon.
LΙΘ. Rana. (IV.) Pell.

CLVII. 411. Adverſa, ut n. 308.
L ΕΝΝΕΑΚΔ. Serpens craſſior arrectus. (II.).

412. L ΕΝΝΕΑΚΔ. Apis lunula in fronte inſignitus ſtat prope aram. (I.) M. M. D.

CLVIII. *413. Epigraphe ut n. 301. Caput laureatum cum paludamento.
L ΕΝΝΕΑΚΔ. Canopus cum calantica, flore & barbula, cumque capſula quadrata pectori adpenſa, in qua duo Genii ſubſidentes: reliqua corporis ſuperficie variis figuris caelata eſt, in quibus infra capſulam ſcarabaeus alatus, utrinque ab ipſa tres icunculae, quarum media canino capite diſtinguitur. (I.).

414. L ΕΝΝΕΑΚΔ. Canopus, de cuius collo pendet capſula dum icunculis duabus; infra effictus eſt ſcarabaeus. (II.) M. M. D.

CLIX.* 415. Adverſa, ut n. 308.
L ΕΝΝΕΑΚΔ. Mulier velata cum flore in capite ſtans d. ori admovet, s. clavam tenet, ante eam arula. (I.) *not.*

CLX. 416. Eadem adverſa.
L ΕΝΝΕΑΚΔ. Iſis filium lactans ſedet intra templum diſtylon, in cuius aetomate globus alatus. (I.).

Eadem

415. Harpocrates, quem peperit mater imperfectum menſibus nondum exactis, modo maſculus comparet, modo foemina, modo androgynos; velatus autem fingitur ad indicandas myſteriorum tenebras. Harpocratis vocabulum ſimili figurae adſcribit *Marci* numus n. 28. praeter quem inſpice n. 14. 15. in *Antonino*.

CLXI. * 417. Eadem adverſa.

L ЄΝΝΕΑΚΔ. Capita adverſa Serapidis & Iſidis, illud cum pallio ad collum, hoc cum ſtola inter mammas in nodum collecta. (I. argento tenuiter obductus).

418. L ЄΝΝΕΑΚΔ. Aquila, ſupra quam capita obverſa Serapidis & Iſidis. (I.) M. R. G.

CLXII. 419. Adverſa, ut n. 403.

L ЄΝΝΕΑΚΔ. Caput Serapidis diadematum cum pallio ad collum, uti fere obtinet. (AR).

420. LIΘ. Caput Serapidis. (I.) M. Arig.

421. L ΕΝΝΕΑΚΔ. Serapis ſtans. Pat. ex M. Moroſ.

422. L ЄΝΝ ΑΚΔ. Serapis ſedet ſolito more; adſtat Ceres velata tutulata d. facem tenens, s ſpicas. (I.) M. R. G.

423. L ΕΝΝΕΑΚΔ. Serapidi ſedenti adſtat iuvenis habitu brevi, s. palmae ramum. (I.) Pat. *not.*

424. L ЄΝΝЄΑΚΔ. Protome Antinoi modio ſupra caput ornata, cum pectore nudo & amiculo in ſiniſtrum humerum reiecto; ante eam palmae ramus. (I.) Haym.

425. L ΕΝΝΕΑΚΔ. Serapis decumbens ſupra aquilam. (I.) M. Arig. *not.*

426. L ΕΝΝΕΑΚΔ. Iuppiter decumbens ſupra aquilam volantem & unguibus fulmen ſtringentem, d. ſuſtinet pateram, s. ſceptrum. (I.) M.M.D.

427. L ЄΝΝЄΑΚΔ. Aquila fulmen tenens. (II.) Pocock.

CLXIII. 428. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. Caput laureatum cum paludamento.

L ЄΝΝЄΑΚΔ. Aquila ſtans alis explicatis. (I.).

CLXIV. 429. Alius fere ſimilis. (I.).

Eadem

423. Iuvenis eſt Mercurius, ni mavis Antinoum in deorum collegium cooptatum.

425. Quod Iovi proprium eſt, Alexandrini tribuere Serapidi.

CLXV. 430. Eadem adverſa.

L ENNEAKΔ. Aquila ſtans retroſpiciens roſtro coronam. (II.)

CLXVI.* 431. Epigraphe detrita. Caput laureatum, ut videtur cum paludamento.

L ENNEAKΔ. Caput Iovis Ammonis cornu arietino & globo ſupra verticem conſpicuum, cum pallio ad humeros, baſi impoſitum. (I.).

432. L ENNEAKΔ. Caput Ammonis cum loto: in imo ſceptrum. (I.) M. Theup. *not.*

433. L ENNEA. Caput Ammonis, infra quod aries baſi inſiſtens. (I.) M. Farn.

434. L ENNEAKΔ. Neptunus. Pat. ex M. Moroſ.

435. L ENNEAKΔ. Aeſculapius ſtans d. pateram ſuper ara, s. baculum cum ſerpente. (I.) M.M.D.

436. L ENNEAKΔ. Aeſculapius ſeminudus ſtans cum baculo ad humerum. (I.) M. R. G.

437. L ENNEAKΔ. Aeſculapius ſtans d. haſtam cum ſerpente, s. ramum. Erizzo.

438. L ENNEAKΔ. Pallas ſtans d. ſpicam, s. haſtam. (I.) M. Arig.

439. L ENNEAKΔ. Protome Palladis baſi impoſita. M. Bracc.

440. L ENNEAKΔ. Diana gradiens, d. cervum pedibus prehenſum ducit, s. arcum praetendit. (I). M. R. G.

CLXVII. 441. Epigraphe, ut n. *366*. Caput laureatum cum paludamento.

L ENNEAKΔ. Pharus turris cum ſimulacro in vertice, & Tritonibus. (II. fere I.).

442. L ENNEAKΔ. Aedificium quod portam urbis munitae ob oculos ſiſtere videtur. (I.) Haym.

LK.

432. Vir eruditus pro globo cum cornibus lotum vidit: nimirum quia ſoliti ſumus inſignia quaecumque deorum Aegyptiorum capitibus impoſita pro loto accipere,

443. LK. Porta ante atrium templi Aegyptii, figura detrita ſupra ianuam. (I.) Pocock.

CLXVIII.*444. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum.

LK. Nilus ſeminudus alga coronatus ſtat d. demiſſa ſpicas, s. arundinem tenens & in ſimul columellae innixus: ante eum eſt ara frugibus onuſta & ſertis ornata. (I.) *not.*

445. LK. Nilus decumbens crocodilo innixus, d. arundinem, s. cornucopiae. (II.) M. Muſel.

446. LK. Calathus floribus refertus inter duos ſerpentes. Pat. ex M. Moroſ.

447. LK. Mulier ſtans cum loto in capite d. ſpicas & papaver, s. ſceptrum, (I.) M. Theup.

448. LK ΠΡΟΝΟΙΑ. Dea Providentia ſtans. (II.) Pat.

CLXIX.* 449. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum.

LK. Lectiſternium, in quo decumbit Fortuna tutulata d. tenens temonem, s. caput ſuffulciens. (AR).

450. LK. Mulier ſtans cum flore in capite, d. ori admovet, s. facem: ante eam flos. (I.) M. Theup.

451. LK. Iſis ſedens filium lactat. (II.) Triſtan.

452.*a*.LK. Capita iugata Serapidis cum modio radiiſque, & Iſidis cum ſolito flore. (I.) M. Theup.

452.*b*.LK. Caput Iovis Serapidis. (I.) M. Caeſ.

CLXX. 453. Adverſa, ut n. 308.

LK. Caput Iovis cum modio Serapidis, cornu Ammonis, radiis ſolaribus, & tridente Neptuni cui circumvolvitur delphin: cum pectore nudo & pallio ad humerum. (I.).

LK.

444. Aegypti fluvium fuiſſe in praecipuis Aegyptiaci cultus argumentis convenit inter veteres, nec dubium videtur Oſiriacam religionem ſaltem aliquo modo huc ſpectaſſe, rarum tamen eſt in monumentis ut ipſius fluvii figura ſublato mythico velamine divino honore afficiatur, ut fit in praeſenti nummo & alio n. 408, ubi in templo ſedentem offendimus.

454. LK. Caput Serapidis ſupra aquilam. (I.) M.M.D.
455. LK. Caput Serapidis, ſub quo hircus cum globo in capite, coram eo ara. (I.) M. Bracc.
456. LK. Serapis d. elata, s. ſceptrum tenens ſtat in quadrigis citis a fronte. (I.) M. Bracc. *not.*
457. LK. Iuppiter ſedens, d. elata, s. ramum: ante eum aquila. (I.) M. Ver.
458. LK. Iuppiter d. ſceptrum inſidet aquilae volanti, & fulmen geſtanti. (I.) M. Theup.
459. LK. Imperator in quadrigis a retro adſtante Victoria coronatur. (I.) M. Arig. *not.*

CLXXI.* 460. Epigraphe detritum. Caput Hadriani laureatum.

LKA. Templum ſex columnarum, ſupra epiſtylium ſcopulis & acroſtoliis ornatum, atque in columnarum interſtitiis cancellis praecluſum. (I.)

461. LKA (pro LHA). Templum ſex columnarum, in medio figura, ad angulos ſphinges, ſupra epiſtylium quaſi mons, utrinque ad angulos avis ſedens. (I.) Pocock. *not.*

CLXXII.* 462. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput nudum.

LKA. Templum hexaſtylon, cuius tectum ſcopulis & acroſtoliis ornatur, in medio templo columna ad conicam figuram accedens. (I.) *not.*

LKA.

456. Nili accolae deos principeſque plerumque navigiis vectos fingebant: at Alexandrini pro Graecorum more curribus honorarunt. Quadrigae citae a fronte ſolem indicant, pro cuius numine Serapidem habuerunt.

459. Celebrat victorias Romanorum de Iudaeis cum in Palaeſtina, tum in Libya & Aegypto tumultuantibus.

461. Suſpicor eſt numum eundem eſſe cum ſequenti.

462. Templum delphinis, ſcopulis, acroſtoliis ornatum, quod haud raro obvium eſt in Hadriani atque Antonini pecunia, inter deos prae ceteris Neptuno convenire videtur, unde olim pro Poſideo accepi Straboni in Alexandriae deſcriptione laudato. Poſtea conica figura, vetuſtae religionis λείψανον, cogitare fecit de Caeſario, quod priſcae Aegypti ſpoliis ornatum teſtatur Plinius H.N.

463. LKA. Neptunus s. pede ſcopulo inſiſtens, d. tridentem, s. delphinum. (I.) M. Ainsl.

464. LKA. Pharus. (II.) M. Theup. *not.*

465. LKA. Canopus. (I.) M. Arig.

466. LKA. Nilus decumbens cum crocodilo. (II.) M. Theup.

467. LKA. Ubertas decumbens. (II.) M. M. D.

468. LKA. Ceres velata ſtans d. demiſſa ſpicas, s. facem. (AR) M. R. Taurin.

V AYT

*H.N.* 36, 9. dum in obeliſcis binos recenſet cubitorum XLII. a Meſphre rege exciſos tunc conſtitutos in templo Caeſaris (i. e. Auguſti) in portu. Ibi vero cultum fuiſſe Caeſarem Auguſtum velut numen navigantibus propitium (θεον επιβατηριον) quaſi pro altero Neptuno, diſerte prodit Philo in *legatione*, addens iſtud templum omnium non Alexandriae modo ſed per totum orbem, magnificentiſſimum atque omnium artium ornamentis beatiſſimum, excelſe collocatum fuiſſe e regione portus, in ſpem ſalutis intrantibus aeque ac ſolventibus. Denique cum legiſſem apud Epiphanium adverſus Arianos (quae haereſis eſt 69, 3.), fuiſſe Alexandriae Hadrianeum, poſtea a Licinio in Gymnaſium converſum, imperante vero Conſtantio in eccleſiam, ſubiit coniectura, aedificium vix extra huius & Antoninorum numis conſpiciendum habere cum ipſo nexum peculiarem, adſtipulante praeſertim conica rudi imagine apprime congrua occultae illi Hadrianeae religioni, quam mundi Salvatorem reſpexiſſe antiquitus creditum fuit nonnullis, (Lamprid. *Alexand.* c.43.), ſed verius refertur ad ſummum atque aeternum Demiurgum Platoni & diſcipulis celebratum, nulla effigie imitandum, ſed ut antiquiſſimis hominibus mos fuit beatylorum ſive informium lapidum erectione innuendum. Nam quod habet Spartianus (*Hadrian.* c.13.) delubra iſta anonyma ab imperatore ſibi ipſi fuiſſe exſtructa, omni probabilitatis ſpecie deſtituitur. Quod imperatorum nullus fecit, ne veſanus ipſe Caligula, huc vanitatis proceſſiſſe credemus philoſophum Hadrianum, qui neque triumphos, neque ſolitos Auguſtorum honores a ſenatu plus ſemel ſibi delatos, uſque dum mereretur recipere ſtatuerat, nec dominum imperii ſe ferebat ſed reipublicae oeconomum. Divo autem templa dedicavit filius, & idem factum eſſe a variis provinciis, quas in itineribus ſublevaverat, dubium non eſt. Inde tot Hadrianea per orbem Romanum, dum hoc vocabulo comprehenderentur tum aedificia in Hadriani honorem condita, tum quae ipſe exſtrui iuſſerat vel ad ſacros uſus vel ad profanos. Sic Hadrianeum de quo ſermonem habet Ariſtides in prima Sacrarum (pag. 180. vol. I. ed. Oxon.) thermae fuere: eodemque ſenſu accipiendum ſuſpicor quae de Hadrianeo in urbe Tiberiade narrat Epiphanius contra Ebionitas (30, 12.), licet ipſe templum vocet. Inſpice praeterea numos *Antonini* n. 336. 358. 359. *Fauſtinae* 36. Nam quod idem templum modo maiori modo minori columnarum numero, variantibus praeterea ornamentis ſiſtatur, res ſolita eſt in Romana moneta & omnibus cognita. In tetraſtylis plerumque cernitur ſacrificans figura, quae ut commode effingi potuerit omiſſum videtur par columnarum.

464. Errore typographico citatur hicce numus cum anno XX in lexico Raſchiano.

CLXXIII.*469. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum toga.

LKA. Mulier cum flore in capite ſtans, d. tenet ſpicas & papavera, s. facem ardentem. (AR).

CLXXIV. 470. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum toga.

LKA. Ciſta cum ſpicis & papaveribus, hinc & inde fax. (III.)

CLXXV. 471. Alius parum diverſus. (III.).

472. LKA. Ciſta cum floribus ſupra columnam Ionicam; utrinque ſerpens. (I.) Pocock.

CLXXVI.*473. Adverſa, ut n. 428.

LKA. Caduceus inter duas ſpicas. (II.).

474. LKA. Dea Hilaritas ſtans d. ſpicas, s. arborem. (II.) Hard. ex M. Cham. *not.*

475. LKA. Pallas ſtans d. ſpicas, s. haſtam cum clypeo ad terram. (I.) M. Ver.

476. LKA. Diana cum pharetra ad humerum graditur ſuccincta d. demiſſa retro ſe trahens cervulum, s. geſtans arcum. (I.) M.M.D.

CLXXVII.*477. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum.

LKA. Mulier velata cum flore in capite ſtans d. ori admovet, s. clavam gerit. (I.).

478. LKA. Protome imberbis cum flore in capite, & pallio in s. humerum reiecto. (III.) M. R. Taurin. *not.*

CLXXVIII. 479. Adverſa, ut n. 478.

LKA. Serpens craſſior arrectus. (II.).

480. LKA. Gryphus cum rota ſedens in templo diſtylo. (I.) M. Arig.

481. LKA. Aquila ſtans alis explicatis. (I.) M. Caeſ.

LKA.

474. Novus typus, modo ne ſit Mercurius cum caduceo & palmae ramo.

478. Hic videtur ille, quem Nilum iuvenem appellat Harduinus in numo n. 488, forte Anubis vel Antinous, nam ante huius apotheoſin protome iſta in numis non comparet.

Digitized by Google

482. LKA. Aquila alis explicatis ſuſtinet dorſo Serapidem, d. ſpicas, s. ſceptrum. (I.) M. Caeſ.

483. LKA. Lectiſternium Fortunae. (I.) M. M. D.

484. LKA. Spes gradiens. (I.) M. Caeſ.

CLXXIX. *485. Adverſa, ut n. 470.

LKB ΠΡΟΝΟΙΑ. Mulier cum flore in capite ſtans d. ſuſtinet avem, forte phoenicen, s. haſtam tranſverſam. (AR) *not.*

CLXXX. 486. Eadem adverſa.

LKB. Ciſta cum ſpicis & papaveribus, hinc & inde fax. (AR).

CLXXXI. 487. Eadem adverſa.

LKB. Nilus rupi inſidens d. arundinem, s. cornucopiae, & ſimul crocodilo innixus. (AR).

488.*a* LKB. Nili effigies pectore tenus. (IV.) M. M. D.

488.*b*. LKB. Nilus iuvenis. (II.) Hard. ex M. Fouc.

CLXXXII. 489. ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑ ΑΔΡΙΑΝ ϹΕΒ. Caput laureatum cum toga.

LKB. Caput iuvenile triplici flore ornatum cum palliolo ad humeros & papavere ante pectus. (III.).

490. LKB. Miles ſtans. M. Arig.

491. LKΔ. Figura in bigis centaurorum. (I.) M. Arig. *not.*

492. LKΔ. Nilus decumbens: ante pedes vas. (I.) M. Arig. *not.*

493. An. detr. Homo nudus ſedens naviculam d. remo impellit, s. gubernaculum tenet. (I.) Poc.

494. An. detr. ЄΡΜΟΠΟΛΙΤΗϹ. Theuth ſtans barbatus palliatus cum flore in capite d. ſuſtinet Genium nudum ſubſidentem, s. caduceum tenet: ante eum baſis quadrata, cui inſiſtit ibis, (I.) M. R. G. *not.*

V 2 Epi-

485. Adludit ad Antonini cum filiis adoptionem, qua evidentius providae curae ſpecimen neque imperator neque numen edere potuit.

491. 492. Male pro LKA.

494. Adeas notas ad *Antonini* n. 62. & *Hadriani* n. 220.

CLXXXIII.*495. Epigraphe detrita. Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

Annus detritus. Harpocrates chlamydatus cum flore in capite, d. ori admovens, s. gerens clavam, inequitat arieti in capite globum geſtanti. (I.) *not.*

496. An. detr. Figura paludata ſtans d. ori admota, s. clavam tenet, aedificium pone, ara ante. (I.) Pocock. *not.*

497. An. detr. Capita iugata Serapidis laureatum, & Iſidis cum ſolito ornatu. (I). M.M.D.

498. An. detr. Capita iugata Solis radiatum, Lunae cum lunula in fronte. (I.) M.R.G.

499. An. detr. Capita Dioſcurorum iugata aſtrifera. (I.) M. R. G.

500. An detr. Protome barbata alga coronata cum alia protome imberbi quae d. elevat. (I.) M. Ennery. *not.*

An.

495. Harpocrates ariete vectus ſolem ſignificat verno tempore ab infirma ad validiorem conditionem progredientem. Aries enim ſignum eſt Zodiaci, Aegyptiis ſecundum Theonem in ordine primum, quod veris characterem facit, ſole in eo dies noctibus exaequante: Harpocrates autem, ſi Plutarcho credimus de Iſidis cultu differenti, ſol eſt renovatus, ideoque in Aegyptiorum ſacris pictus velut infans recens natus, qui loto humidi elementi ſymbolo inſidet. Macrobius eodem refert raſum caput cincinno ab altera parte remanente, nimirum quod ſol licet extenuatus nunquam extinguatur, ſed ſemper denuo augeatur. Senſus quidem duplex, nam cum verno tum & matutino tempore ſol dici poteſt renovatus, & Plutarchus, qui in tractatu de Pytiae oraculo eandem rem tangit, praeſertim ad crepuſculum videtur reſpexiſſe. Tantum liquet Harpocratem aliquo ſaltem tempore Aegyptiis fuiſſe ſymbolum creſcentis ſolis, quod de vere intellexit obeliſci Pamphilii artifex, dum Harpocrati ſedenti adſtituit velut adloquentem arietem, cuius miniſterio viribus augeatur; mox finxit deum in navigio temoni adſidentem cum globo vipera cincto, qui univerſi ſymbolum eſt, navi impoſito, ut ſolem progredientem demonſtraret mundi rectorem. At ne nimiam huic ſyſtemati tribuamus antiquitatem advertendum huncce obeliſcum, Barberiniumque & Beneventanum qui ſoli exhibent Harpocratem, parum praecedere Perſas in Aegypto, pluribus ſaeculis recentiores reliquis, quot vel ipſe vidi, vel accepi ab aliis, dempto Ludoviſio, quem declinante iam imperio Romae ſculptum eſſe ſuo tempore probabimus.

496. Harpocratis ſimulacrum in templi aditu collocatum, ut adeuntes admoneat ſilentii.

500. Coniicio Nilum eſſe cum Harpocrate.

501. An. detr. Duo Canopi: tutulatus alter & palliatus, alter cum flore; calantica, & variis emblematibus. (AR) M. Ennery.

502. An. detr. Duo Canopi adverſi ſtant in templo diſtylo, cuius faſtigio inſculptus eſt globus alatus. (I.) M. M. D.

503. An. detr. Sphinx ſtans, calantica & iuba leonina ornata, cum iugo ante pectus cui inſiſtit victoriola cum corona, dorſo ſuſtinet gryphum cum rota. (I.) M. Arig. *not.*

504. LEN. Leo gradiens. (III.) M. Arig. *not.*

505. An. detr. Ceres in bigis tigridum currentium d. facem luculentam. (I.) M. Ver. *not.*

CLXXXIV. 506. Epigraphe, & caput Hadriani laureatum cum toga.

An. detr. Fortuna tutulata ut aſſolet, d. tenens temonem, s. caput ſuffulciens decumbit in lectulo. (I.).

An.

503 Ad numi typum, de quo iam dictum eſt ad n. 266., prope accedit gemma edita atque illuſtrata a Paſſerio in *aſtriferarum* vol. 3. p. 173.: ſed in gemma pro ſphinge ſubſtitutus eſt hieracoleon, quem habes quoque in tabula Bembina ſoli peculiari modo conſecratum, pectori vero impreſſa eſt crinita humana facies, me quidem iudice non Gorgonia larva, ſed ſolaris vultus, qualem exhibent Rhodiorum triti numi: pendente de iugo ſivè pinnula lacerto, qui forte reſpicit Sauroctonum Apollinem, non illum quidem quem finxit Praxiteles (Plin. *H N.* 34, 8.), ſed ſolem σαυρον dictum in Mithriacis (Porphyr. *de abſt.* lib. 4.), cuius radios ſequitur frigidum reptile, dum reliqua animantia aufugiunt ad umbras, cui etiam cum Graeca quam innuimus ſtatua aliquam cognationem interceſſiſſe probabile eſt. Gemmae averſam erudite interpretatus eſt Paſſerius, epigraphem non tentavit, quam facili negotio in communem Graecum ſermonem ita vertendam reor: σωμα και νυς σωα: κυρις ναρβηρι τινος αν εφαψωμαι βασανυ; Arveris, Varberi, Aegyptio idiomate fons lucis, vocabulum quo priſcis appellabatur ſummum numen, Sol, Graecis Apollo. Unicam literam commuto in barbara epigraphe P pro X, ſive a Sculptore erratum putes, ſive a delineatore. Gloriatur initiatus de ſalvis corpore atque anima, ſeque ad omne experimentum, ad quemcumque laborem ſubeundum paratum profitetur. Hactenus igitur Pythoniſſa opus non fuit.

504. Incertum utrum anni IX. ſive XIX.

505. Forte Bacchus cum thyrſo uti alias.

Digitized by Google

507. An. detr. ΕΙΡΗΝΑ. Mulier galeata ſtans s. innixa clypeo, d. incertum quid. (II.) M. Theup. *not.*

508. An. detr. Mulier ſedens d. victoriolam, s. haſtam. (II.) M. Caeſ. *not.*

509. An. detr. Templum diſtylon, in quo figura virilis velata d. ſuper aram ignitam, s. haſtam. (I.) M. Theup.

510. An. detr. Figura togata ſedens, s. quaſi haſtam, d. figurae ſtanti protendit. (I.) Poc.

511. An. detr. Arcus trium fornicum, ſupra quem Imperator in quadrigis, pro pedibus equorum duo captivi. (I.) M. Theup.

512. An. detr. Arcus triumphalis ſingularis fornicis. (II.) M. M. D.

513. An. detr. Facies aedificii cum porta, & duabus alis more Aegyptio; in ſpatio inter alas relicto conſtitutum eſt ſimulacrum haſtatum. (I.) M. R. G. *not.*

514. ΑΥΤΟΚ ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Caput laureatum.
KK. Ara ignita. (IV.) M. Theup. *not.*

515. Eadem adverſa.
KK. Tripos. (IV.) M. Theup. *not.*

SABI-

507. Suſpicor legendum ΙΕΝΑΤΟΥ.

508. Romae Simulacrum ſub hoc tempus in Alexandrina moneta haud frequens. Imperator plus degens in provinciis quam in Urbe, ſubditarum civitatum animos auxit, dum omnes ſub principe ubivis praeſente eiuſdem iuris eſſe videbantur.

513. Aedificia ſimilis ſtructurae, quae hodie non pauca in Aegypto ſuperſunt, ſpectare licet in iconiſmis Pocockii, atque Nordenii. Simulacrum ſupra portam, res in Aegyptia antiquitate inſolens, neque illi operum firmitati, cui prae omnibus operam dabant Aegyptii congrua, Romanorum mores ſapit, qui aedificiorum facies, praeſertim ſi inter columnas ſive antas ſpatium relinquebatur, ſtatuis ornare ſolebant. Cuius ſit ſimulacrum figurae parvitas cognoſcere vetat: imperatoris eſſe ſuadet Alexandrinorum adulandi ſtudium.

514. 515. Duos hoſce numos, e quorum familia tertius proſtat in muſeo noſtro cum typo arae frugibus onuſtae, quibuſque cum Aegypto nihil commune eſt: ideo catalogo intuli, ne quis in Theupoli libro eos offendens, negligentiae me in ius vocet. Siglas KK interpretatus eſt Harduinus *κοινον κιλικιας*: ſed nulla, quod ſciam, in numis mentio eſt communitatis Ciliciae: & aeque bene referri poſſunt ad Cyprios, quorum communitatem frequenter celebrat vetus moneta.

# SABINA.

1. CABINA CEBACTH. Caput huius.
   Lς. Victoria gradiens. (II.) M. Theup. *not.*
2. Lς. Iſis velum explicans. (II.) M. M. D.

I.* 3. CABINA CEBACTH LII. Caput huius eleganter ornatum.
   ATT KAI TPAI AΔPIA CEB. Caput laureatum cum lorica, & paludamento ad humeros. (AR).
4. CABEINA CEBACTH. Caput huius cum ſolito ornamento.
   CABEINA CEBACTH LIE. Sabina ſedens cum proboſcide in capite d. ſpicas tenet, s. baculum. (AR) M. R. G. *not.*
5. CABEINA CEBACTH LIE. Sabina ſtans ſacra facit ad aram, s. gerens haſtam, capite ſpolia elephantina.
   Caput & epigraphe Hadriani. (AR) M. R. G.

II. 6. LIς. Cetera, ut n. 3. (AR).

III. 7. CABINA CEBACTH. Caput huius, ut ſupra.
   LIς. Victoria gradiens. (II. fere I.).
8. Ut n. 3., ſed LIH. (AR) M. R. G.

IV.* 9. Adverſa, ut n. 7.
   LENNEAK. Mulier velata cum flore in capite ſtans d. tenet facem ardentem, s. demiſſa ſpicas. (II. fere I.) *not.*

V.* 10. Adverſa, ut n. 7.
   LENNEAKΔ. Pharus turris: in vertice ſimulacrum cum haſta & patera: in quatuor angulis Tritones buccinas inflantes. (II. fere I.).

LEN-

*Sabina.*

1. Probat numus Sabinam ſaltem iam anno VI Auguſtae nomine fuiſſe decoratam.

4. Teſtatur Sabinae praeſentiam in Aegypto anno Hadriani XV. Alexandrini nimium dum Imperatorem ſynthronum faciunt Serapidis, uxorem eius velut urbis genium venerantur.

9. Sic in Antonino TPICKAI, compendio, non ſphalmate neque correctione.

Digitized by Google

11. LΕΝΝΕΑΚΔ. Pharus. (I.) M. Bracc.

VI. 12. Adverſa, ut n. 7.
LK. Iſis ſedens filio lac praebet. (II. fere I.).

13. ΣΑΒΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ LΚΑ. Caput huius.
ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum. (I.) M. Theup.

14. An. detr. Caput Ammonis. (II.) M. M. D.

## ANTINOUS.

1. LH. Caput Antinoi pectore tenus nudum.
Epigraphe, & caput Hadriani. (I.) M. Theup.

2. ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟϹ. Caput loto ornatum.
LΘ. Iuvenis chlamydatus d. caduceum, lento equo inequitat. (II.) Tres numero in M. Caeſ. *not.*

3. ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΟϹ, cetera, ut praecedens numus. (II.) Patin.

4. Adverſa, ut n. 2.
L ΤΡΙϹΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ. Caput Iovis laureatum. (I.) M. Bracc.

5. ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΩΟϹ. Caput huius.
LΙΗ. Antinous in equo geſtat caduceum. (I.) Hard. ex M. Fouc. *not.*

6. LΙΗ. Protome Antinoi cum palliolo ſupra s. humerum, & ornamento ſuper capite, quod oculi figuram referre videtur.
Epigraphe, & caput Hadriani. (I.) M. R. G.

ANTI-

*Antinous.*

2. ΑΝΤΙΝΟΩ ΣΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ Μ ΟΥΛΠΙΟΣ ΠΡΟΦΗΤΗΣ: decantatum eſt epigramma apud Gruterum fol. LXXXVI., n. I. Plerumque imagines eius affinitatem innuunt cum Mercurio, tum quod formoſus iuvenis huic deorum maxime videbatur comparandus, tum quod Antinoopolis in regione condita erat peculiari ſuperſtitione dicata Anubidi, quem Mercurium vocant Latini. Extant tamen numi paſſim in Graecis urbibus percuſſi Antinoum Bacchum referentes, quorum perelegantem ſeriem exhibuit Eckhelius in II. tomo *Muſei Caeſarei Vindobonenſis*.

5. Capitis epigraphe vitiata videtur, nec ullo modo probanda ſunt ea quae inde arguit Harduinus.

Digitized by Google

I.* 7. ANTINOOΥ ΗΡΩΟϹ. Caput huius flore ornatum cum paludamento ad pectus.
LIΘ. Iuvenis chlamydatus dextra geſtans caduceum lento equo inequitat. (I. ſolito maior).

II.* 8. Alius nonnihil diverſus. (I.).

III.* 9.a.
IV. 9.b. Duo alii parum diverſi. (II.).

10. LENNEAKΔ. Protome Antinoi modiò ſupra caput ornata, cum pectore nudo, & amiculo in ſiniſtrum humerum reiecto: ante eam palmae ramus.
Caput, & epigraphe Hadriani. (I.) Haym.

11. Ut n. 7., ſed LK. (I.) M. Theup.

12. LK. Equus gradiens. (II.) M. Arig.

13. LKA. Cetera, ut n. 7. (II.) & (III.) M. Theup. (I.) M. Farn.

14. ΗΡΩΟϹ ΑΝΤΙΝΟΟΥ. Caput huius nudum.
ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Caput nudum. (II.) Hard. ex M. R. Gall. *not.*

15. LM. Cetera, ut n. 7. (II.) Mediobarbus. *not.*

## AELIUS.

I.* 1. Λ ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum.
ΔΗΜ ΕΞΟΥϹ ΥΠΑΤ Β. Mulier ſtans d. pateram protendit ſuper aram frugibus onuſtam, s. geſtat cornucopiae. (AR). *not.*

 Λ ΑΙ-

14. Me quidem fugit, cum muſeum Regis Galliae inſpicerem.

15. Vel vitiatus, vel male lectus.

*Aelius.*

1. Non defuere inter numographos magnae auctoritatis viri, qui numos Graecos Aelii Caeſaris, inſcribentes tribunitiam poteſtatem cum conſulatu, hacce epigraphe in Aegyptia pecunia haud ſolita inducti, Antiochiae quam Alexandriae tribuere maluerunt. At nobis commodius viſum eſt vulgarem ſequi opinionem, fabricam ſpectantibus & typos, qui plane ſpirant Alexandrinam indolem. Neque obſtare videtur epigraphe, circa quam ſaepe aliquid novarunt Aegyptii, ſicut in ſingulari numo Commodi legitur conſulatus, in binis Hadriani Pater Patriae, in aliquibus Decennales. Neque inconſulto praedicant tribunatum L. Aelii, quem imperator a privata conditione ad ſummae poteſtatis conſortium evexerat,

II.* 2. A ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum cum toga.
ΔΗΜ ΕΞΟΥϹ ΥΠΑΤ Β ΟΜΟΝΟΙΑ. Mulier ſellae inſidens d. pateram, s. cornucopiae. (I.).

III. 3. Alius fere ſimilis. (I.).

IV. 4. Alius parum diverſus. (II.).

5. ΔΗΜ ΕΞΟΥϹ ΥΠΑΤ Β. Mulier ſellae inſidens d. pateram, cum cornucopiae pedibus adſtituto. (I.) M. Theup.

6. ΔΗΜ ΕΞΟΥϹ ΥΠΑΤ Β. Mulier ſtans d. pateram, s. ſpicas. (II.) M. Caeſ.

7. ΔΗΜ ΕΞΟΥϹ ΥΠΑΤ Β. Fortuna ſtans. Pat. ex M. Moroſ.

8. A ΑΙΛΙΟϹ Ν ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum.
Adverſa, ut n. 2. (I.) Hard. ex M. Fouc. *not.*

V.* 9. ΛΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum cum toga.
LΓ ΙΡΗΝΗ. Mulier ſtolata ſtans d. tenet pateram ſuper ara luculenta, s. caduceum. (I.) *not.*

ΔΗΜ

xerat, eodem tempore concordiam Auguſtum inter atque Caeſarem celebrantes. Ceterum numus, quem hoc loco publici iuris facimus, unicus eſt Aelii Caeſaris ex argento Graeco, eoque fere puro atque eximia arte percuſſo.

8. *το* N ab Harduino intruſum videtur, ut ſomniis ſuis ſubſerviret.

9. Si cunctos eos numos, qui imperii anno deſtituuntur, ab Alexandrina moneta exulare iubemus, unicus erit hicce Aelii numus Alexandriae procuſus, nunc primum luce donatus. Sed iſthaec quomodocumque ſe habeant, numus noſter ob binas potiſſimum rationes inter longe inſigniores eſt reponendus. Solus enim in aere Aegyptio uſque ad Diocletiani tempora annum inſcribens non ab Auguſti ſed a Caeſaris initio pendentem, conſpirat cum Spartiano ad probandum aliquam Romani orbis partem cum ſummo imperio ceſſiſſe Aelio Caeſari, quod ante eum ſuperſtite & iubente Auguſto nemo obtinuerat. Refert nimirum in vita Aelii, eum peculiari aliqua ratione adoptatum fuiſſe, non ut Traianus a Nerva, ſed fere ut a Diocletiano Conſtantius atque Galerius: quem locum notavit Tillemontius in imperatorum hiſtoria (tom. II. p. 529. ed. Ven.) negans ſe videre quid ſibi velit auctor. Sed caſu evenit ut pecunia Alexandrina ſingula fere Spartiani verba confirmet, in ſolis numis Aelii, Conſtantii & Galerii, non Auguſti, ut alias conſtanter, ſed Caeſaris initium celebrans. Hinc ſi advertis Aelium poſt adoptionem perpetuo fere degiſſe in Pannonia, a vero non videbitur alienum, hanc provinciam cum adiacentibus ipſi traditas fuiſſe regendas, eodem pacto quo Diocletianus imperii provincias inter collegas diſtribuit. Praeterea numus, de quo ſermonem inſtituimus, eum ſiſtit Aelii Caeſaris annum, quem utrum ipſe attigerit in dubium vocarunt eruditi. Sunt enim non pauci, qui Onuphrium ſecuti, Aelium kal. ian. U. C. DCCCXC

vita

Digitized by Google

10. ΔΗΜ ΕΞΟΥϹ ΥΠΑΤ Γ. Mulier ſtans d. pateram ſuper aram, s. cornucopiae. (II.) M. Theup.

11. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. Imperator decurrens in equo. (I.) Vaill. ex M. Galland.

## ANTONINUS.

1. LA. Caput Iſidis in Luna, infra cancer. Pat. ex M. Moroſ. *not.*

I.* 2. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΕΥϹ. Caput nudum cum paludamento.

LB. Serapis d. haſtam tenens inſidet arieti capite globum gerenti & verſus ipſum reſpicienti: ante arietem eſt ara frugibus onuſta. (I.).

3. LB. Navis in qua ſedet Serapis adſtante ante eum Cerere. (I.) M. R. G.

4. LB. Idem typus addita Fortuna ſtante in eadem navi pone Serapidem. (I.) M. R. G.

5. LB. Caput Serapidis. (I.) & (III.) M. Bracc.

II. 6. Adverſa, ut n. 2.

LB. Caput Serapidis diadematum cum pallio ad collum. (II.).



vita ceſſiſſe putant. Sed ex numi epocha oppido conficitur Caeſarem, quem toto anno DCCCLXXXVIII adhuc privatum teſtantur faſti atque inſcriptiones, cuiuſque primus annus Aegyptius computatur ab ante ſeptembrem DCCCLXXXIX, non ante ſeptembrem DCCCXC in vivis eſſe deſiiſſe. Itaque ſi prima die anni Iuliani mortem obiit, accidit hoc kal. ian. DCCCXCI, qua die tertium iniret conſulatum, notatum in ſingulari numo muſei Theupoli, nobis num. 10. exhibendo.

*Antoninus.*

1. Primi anni unicum exſtare numum probandum vix videtur in tanta Alexandrinae monetae copia. Probabilius eſt, Antonini imperium, cuius natalis fuit dies XI Iulii, non ita mature Aegyptiis eſſe nunciatum, ut ante coeptum annum ſecundum de pecunia procudenda cogitarent: in numo autem Patiniano ſcriptum fuiſſe LH, quo anno cum reliquis planetis & ſigniferi circuli ſideribus etiam Luna & Cancer monetae ſunt illata.

Digitized by Google

III. *. 7. Epigraphe detrita. Caput nudum cum paludamento.

LB. Dioſcuri ſtantes in habitu militari cum ſingulis aſtris ſuper fronte, qui a dextris d. haſtam tenet, s. parazonium, qui a ſiniſtris d. parazonium, s. haſtam: intermedio capite Serapidis obverſo, (I.) *not.*

8. LB. Caput Iovis Ammonis Serapidis radiatum cum pallio ad pectus, pone collum tridente cui obvolvitur delphin, & ante pectus cornucopiae. (I.) M. M. D.

9. LB. Caput Iovis Ammonis cum globo alato ſupra verticem. (I.) M. M. D.

10. LB. Capita iugata virile radiatum, muliebre cum lunula. (II.) Poc.

11. LB. Caput imberbe radiatum cum modio: ante palma. (I.) M. Bracc.

12. LB. Protome Harpocratis loto inſignis, pone clava. (II.) Poc.

13. ЄΤΟΥϹ B. Harpocrates. (II.) Hard. ex M. Begon.

14. LB. Figura muliebris nuda mammis deſtituta capite gerens florem, columnae velut quietura innititur, d. ori admovens, s. geſtans cornucopiae: ante eam ara. (I.) M. R. G. *not.*

15. ЄΤΟΥϹ B. Figura nuda, ut videtur, muliebris, inſidens loto d. ad os elevata, s. tenet baculum. (III.) M. Bracc. *not.*

16. LB. Iſis ſedens filium lactat: (I.) M. Bracc.

ΑΥΤ

7. Serapis, quem Iovem reputarunt, in filiorum conſortio, niſi mavis Solem quem circumſtant caeleſtes gemelli, in monumentis Graecae artis currum eius praecedere ſoliti. Sunt autem Dioſcuri alternis diebus in caelo & apud inferos degentes elegans ſymbolum diei & noctis, iidemque dum Solem comitantur pro Phoſphoro & Heſpero accipiendi, quod quidem unius ſtellae duplex nomen eſt.

14. 15. Harpocrates androgynos, de quo infra.

Digitized by Google

IV.* 17. ΑΤΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤѠΝΙΝΟϹ ЄΥϹЄΒ. Caput nudum cum paludamento.

LB. Iſis ſolito more ſedens lac praebet parvulo filio: ſellae hinc & inde inſident upupae, & ante deam adeſt menſa, cui impoſitum cernitur vas cum labro ad inſtar roſtri porrecto, & anſa in ſerpentis modum efformata. (I.) *nut.*

18. LB. Iſis velum explicans. (I.) M. Caeſ.

19. LB. Fortuna ſtans. Pat. ex M. Moroſ.

20. LB. Mulier ſedens in lectiſternio. (I.) M. Caeſ.

V.* 21. Epigraphe detrita, caput nudum, ut videtur, cum paludamento.

LB ЄΥΘΗΝΙΑ. Mulier cum flore in capite decumbens, d. extenſa geſtat ſpicas & papavera, s. ſphingi innititur. (I.).

VI. 22. Adverſa, ut n. 2.

ЄΤΟΥϹ Β. Mulier ſtans d. demiſſa ſpicas tenet, s. caduceum. (I.).

23. LB. Nilus rupi inſidens d. arundinem, s. cornucopiae. (I.) M. Caeſ.

24. ЄΤΟΥϹ Β. Nilus inſidens hippopotamo. Pat. ex M. Moroſ.

VII. 25. ΑΤΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤѠΝΙΝΟϹ ЄΥϹ. Caput laureatum.

ЄΤΟΥϹ Β. Canopus cum calantica. (AR).

26. LB. Serpens arrectus inter ſpicam & papaver. (II.) M. Caeſ.

27. LB. Sphinx tecto capite. (I.) M. Theup.

VIII. 28. Adverſa, ut n. 2.

LB. Aquila ſtans & reſpiciens. (II.).

Aqui-

17. *Gerebat alius felici ſuo gremio ſummi numinis venerandam effigiem, non pecoris, non avis, non ferae, ac ne hominis quidem ipſius conſimilem, ſed ſolerti repertu etiam ipſa novitate venerandam, altioris utcumque & magno ſilentio tegendae religionis argumentum ineffabile; ſed & ad iſtum plane modum fulgente auro figurata urnula faberrime cavata, fundo quam rotundo, miris extrinſecus ſimulacris Aegyptiorum effigiata. Eius orificium non altiuſcule levatum in canalem porrectum longo rivulo prominebat: ex alia verum parte multum recedens ſpatioſa dilatione adhaerebat anſa, quam contorto nodulo ſuperſedebat aſpis ſquameae cervicis ſtriato tumore ſublimis.* Verba ſunt Apuleii in Iſiacae pompae deſcriptione: *Metam.* 11.

29. LB. Aquila fulmini inſiſtens. (III.) M. Theup.
30. LB. Aquila orbi inſiſtens roſtro coronam. (II.) Pat.
31. LB AIΩN. Phoenix avis ſtans caput nimbo radiato circumfuſus. (AR) M. Ennerii.
32. LB. Duae figurae, quarum altera manu elata tenet coronam, ſtant intermedia baſi, ſupra quam ſedet imperator. (II.) Patin. *not.*
33. LB. Victoria in quadrigis. (II.) M. Teup. *not.*
34. LB. Mars nudus chlamydatus & galeatus graditur humero geſtans tropaeum. (I.) M. M. D. *not.*
36. LB. Apollo ſeminudus ſedens lyra canit: e regione cernitur Marſyas de arbore ſuſpenſus: ad pedes Apollinis ſubſidens in genua iuvenis cultrum acuit. (I.) M. M. D.
37. LB. Vir pileatus & tunicatus iunctis bubus arat. (I.) M. M. D. *not.*
38. LΓ. Pallas ſtans. (I.) M. Arig.
39. LΓ. Lectiſternium Fortunae. (II.) Geſner.
40. LΓ. Templum quatuor columnarum, in quo ſtat mulier velata ſacra faciens ad aram. (I.) M. Arig.
41. L TPITOY. Mulier ſtans d. demiſſa ſpicas, s. caduceum. (III.) M. Theup.

L TPI-

32. Conieceram hoc numiſmate adludi ad aurum coronarium, quod adoptionis ſuae cauſa oblatum Italicis totum, dimidium provincialibus reddidit imperator, eodem pacto quo de numis Romani commatis qui provinciarum urbiumve nomina & figuras corollas vel capſas gerentes exhibent, in quibus etiam Alexandria, creditum eſt eruditis: at poſtquam eundem typum in octavi anni numo redire viderim, quid ſtatuendum haeſitavi. Forte iſte ſpectat ad dona oblata imperatori eo anno, quo Lucio filio dedit togam virilem & Hadriano templum dedicavit (Capitol. *Anton.*)

33. Quae victoria primum ſecundumve Antonini annum illuſtraverit non conſtat, nam de hoc imperatorum Neſtore parum proditum eſt hiſtoricis, chronologis nihil. Ipſe neque provincias inviſit, neque adverſus hoſtes profectus eſt: ſed per Legatos vicit Brigantas in Britannia, Mauros Nomadas, alioſque populos rebelles, quibus vero annis ignoratur. (Capit. *Anton.* Pauſan. 8, 43.)

34. Mars gradivus & tropaeuchus nunc primum e Romana moneta in Alexandrinam propagatus.

37. Suſpicatus ſum Ulyſſem; ſubſiſtunt boves, forte aderat parvulus Telemachus in novale proiectus: at coniungitur hoc typo anno v. alter meſſorem referens; igitur arator rectius pro colono habendus.

Digitized by Google

42. L TPITOY. Mulier ſtans d. ſpicas, s. caduceum; ad pedes decumbit aries. (II.) Geſn. ex M. Fromon. *not.*

43. LΓ. Caduceus inter duas ſpicas. (II.) M. Arig.

44. LΓ. Caput Serapidis humano pedi velut baſi impoſitum. (I.) M. M. D. *not.*

45. L TPITOY. Iſis velifica & Pharus. (I.) M. Bracc.

IX.* 46. Epigraphe, ut n. 25.
Caput nudum cum paludamento.
L TPITOY. Canopus barbatus cum calantica & reliquis ornamentis. (AR).

X. 47. Alius parum diverſus. (II.).

XI.* 48. ATT K T AIΛ ΑΔΡ ΑΝΤѠΝΙΝΟϹ ЄΥϹЄΒ. Caput nudum cum paludamento.
LΔ. Caput Iſidis cincinnatum, ut aſſolet, diadematum, & flore ornatum, cum ſtola inter mammas in nodum collecta, & ſiſtro ante pectus adſtituto. (I.) *not.*

Eadem

42. Si numum diligenter imitatus eſt pictor, aries ver ſignificat, quo benigno augetur frugum proventus, inde felicitas, cuius ſymbolum caduceus.

44. Inſpicias notam ad numum conſimilem *Marci* n. 131.

48. Veſtem inter mammas in nodum collectam peculiarem eſſe Iſidi, ſaltem quam finxere Graeci, primus quod ſciam advertit Winkelmannus in hiſtoria artis vol. 1. p. 110. ed. Rom., rationem vero non expedivit. Coniicio equidem innui habitum mulierum lactantium, ut nodo qui veſtem retinebat, facili negotio ſolvendo, nunquam non eſſent paratae ab ubera infanti praebenda, quod minus in promptu erat iis, quae matronali more integra tunica pectus obtegebant. Etenim Iſis, quae iam ante haec tempora omnium dearum virtutes in ſe collegerat, poſtquam fabula de Buto in oblivionem abierat vel novationibus fuerat adulterata, ſola pro rerum altrice habebatur, & deae ſimulacra plerumque ita fingebantur, ut gremio geſtarent puerulum & mammis admoverent. Infantem iſtum vulgo Orum appellant, commixtione orta ab ipſis veteribus ſcriptoribus, cum Orus ad antiquiorem Aegyptiam mythologiam pertinens, a Buto in oppido cognomine eſſet educatus, ab ipſa autem matre Harpocrates, numen praeterea cultui Graeco Aegypio magis quam Orus familiare. Digitum is ori admovet, ſilentii aiunt indicium, optime quidem pro Alexandrino ſyſtemate, at alia ratio vetuſtis Aegyptiis naturae philoſophis, qui, ut ſupra monui, pinxere Harpocratem parvulorum genium, in matris gremio vagientem, & primum facientem motus periculum, dum manu illam corporis partem inveſtigat, quae recenti homini primam creat ſui conſcientiam. Sed hic

XII. * 49. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum paludamento.

ΛΔ. Protome muliebris diademata cum pectore nudato, & veſte circum humeros ſinuata atque volitante. (I.). *not.*

Eadem

hic philoſophandi locus nondum eſt: multa ineſſe Aegyptiis monumentis vera & pulchra ab ipſo naturae adſpectu petita, eruditos quia nimium ſapiunt plerumque latentia, e longinquo indigitaſſe liceat.

49. Iuno nondum conſpecta fuerat in numis Aegyptiis, neque quod ſciam in aliis huius gentis monumentis. Primi enim Graeci inter Aegyptia numina nullum invenerant, quod Iunonis ſuae nomine cohoneſtandum cenſerent. Quid? quod diſerte prodit Herodotus Iunonem, Pelaſgicam deam, ab Aegyptiis non coli. Poſteriori autem tempore, cum in Aethiopiae confinibus Homericam Iunonem indagaſſent, iam omnium mentes adeo occupaverat Iſis, ut dea nulli ſecunda ſolis interpretibus relinqueretur. Demum Antoniniano aevo Graeco-Aegyptii, ut honorarent Iſidem, variis nominibus invocarunt, variis finxerunt perſonis. Adeas Apuleium in *Metamorphoſeon* undecimo, & conferas quatuor huius anni numos, quorum primus ſiſtit Iſidem matrem, de qua modo diximus (n.48.); alter Iſidem Iunonem, quae aer eſt (n.49.); tertius Iſidem-Ionen, quae luna (n.56.); quartus denique Iſidem-Cererem, myſteriorum praeſidem (n.51.), cuius ſignificationem deprehendiſſe mihi viſus ſum in oculi ſymbolo quod capiti geſtat ſuperimpoſitum. Eſt autem oculus, ſi quae res alia, frequens in Aegyptiorum hieroglyphicis, vario ſenſu pro varia poſitione, & pro comitantium rerum varietate. In his nonunquam ad myſteria ſpectare, quibus initiati occulta percipere gloriabantur, inde potiſſimum colligo, quod haud raro peculiari modo offendatur effictum, addito nimirum ſupercilio cum κροταφων parte & infra oculum velut nervulorum ſive fibrarum faſciculo, quo viſus intentio atque penetratio adumbrari videntur. Ita autem praeſertim obvius eſt in vitreis amuletis quibus vix alia res in Aegyptia antiquitate tritior, in Harpocratis icunculis ubi periammatis inſtar de collo ſuſpenditur, inque mumiarum ornatibus multoties repetitus monile efficiens. Eundem capiti impoſitum geſtant binae icunculae ſubſidentes Theuthum ni fallor ſive Hermetem referentes, altera in ſuperficie ſtatuae virilis ex baſaltite nigro, quae tota nuda & tota hieroglyphicis contecta, ſingulare huius ſcriptionis exemplar viſitur in muſeo noſtro, altera in tabula Harpocratea lapidis viridis ibidem adſervata: nec non, licet pro monetae inſtituto compendioſius expreſſum, Antinous Hermes in numo regis Galliae, Ceres autem in eo de quo nunc ſermonem facimus in muſeo noſtro proſtante, atque in altero quem conſpexi in muſeo magni Ducis Etruriae. Deae myſteria, quam Iſidem appellavit Canopus, Eleuſis Cererem, nimis celebrata ſunt ſcriptoribus, quam ut hoc loco de eis verba facerem, neque aliquem latet in Antinoi honorem inſtituta fuiſſe nova myſteria in Aegypto. Hermes autem dum vel capite oculum ſuſtinet, vel manibus geſtat, quo pacto in eadem quam modo citavi figura πολυςικτῳ exhibetur, myſtagogam vel ſapientiae praeſidem referre mihi videtur; taciturnus Harpocrates ſacri antri cuſtodem; homines denique ſive viventes ſive defuncti epoptas.

Digitized by Google

XIII. 50. Eadem epigraphe. Caput laureatum.
LΔ. Caput muliebre velatum cum Luna bicorni ſupra verticem. (II.).

XIV.* 51. Eadem adverſa.
LΔ. Caput muliebre diadematum velatum, & ſupra verticem oculi figura ornatum, cum taeda luculenta ad collum. (AR).

52. Similis, praeter quod in pectore habet margaritarum lineam. (AR) M. M. D.

53. LΔ. Caput Serapidis. (I.) M. Theup.

XV.* 54. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΕΥϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LΔ. Caput Serapidis laureatum. (II.) *not.*

55. LΔ. CaputSerapidis radiatum.(I.) Hard.exM.Cham.

56. LΔ. Caput barbatum cum radiis, cornu arietino, modio, cornucopiae, & tridente cum delphino. (I.) M. Ver.

57. LΔ. Aries cum loto in capite ante quem arula: ſuperius caput Serapidis. (I.) M. Ver.

XVI.* 58. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΕΥϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LΔ. Caput Iovis laureatum. (I. plumbeus).

XVII.* 59. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΕΥ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
L ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Caput Iovis diadematum cum pallio ad collum. (I.).

60. L ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Iuppiter ſtans d. fulmen, s. haſtam, ad pedes aquila. (I.) M. Bracc.

XVIII.* 61. Adverſa, ut n. 59.
L ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Vir barbatus, palliatus, velatuſque, & praeterea globo ſupra verticem ornatus ſtat d. extenſa ſuſtinens crocodilum, s. gerens falcem. (I.) *not.*

Y L ΤΕ-

54. Res inſolens. Lauro coronari ſolitus Iuppiter, nunc capitis decus in Serapidem traslatum.

61. Vix in alio vetuſto opere figuram iſtam inveneris. Graecum Saturnum, quem prodit velatum caput & recurva falx,

62. L ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Vir ſtans barba, pallio, & Iſiaco flore quem in capite gerit, conſpicuus, d. demiſſa, s. caduceum tenet: ante eum adeſt Ibis baſi inſiſtens. (I.) M. R. G. *not.*

LΔ.

falx, globo cohoneſtat numus, divinitatis apud Aegyptios ſymbolo, & crocodilo, voraci beſtia, quam illius aetatis philoſophi ab Aegyptiis velut Saturni effigiem coli crediderunt, id eſt velut temporis quo cuncta abſumuntur. Herodotus de Saturno in Aegypto expreſſam mentionem non habet: attamen dum in recenſione deorum quos ignorabant Aegyptii non nominet, videtur deum aliquem Saturno ſimilem apud eos offendiſſe. Diodorus eum octo antiquiſſimis Aegyptiorum diis adſcribit, conſentiente Manethone apud Syncellum, cui quartus eſt Aegypti rex inter Agathodaemonem & Oſiridem, & Plutarcho, qui Saturnum prodit Typhonis & Nephthyis parentem. At longe aliter Macrobius, ſcriptor cui in Aegyptiis rebus magnum pondus tribuere ſolent recentiores. Vocat enim Saturnum deum Aegypto peregrinum, & licet a Graecis dominis regioni illatum, tamen intra urbium circuitus nunquam receptum, ſed ut antiquitus Iſis Romae, fanis extra pomoerium honoratum (*Saturn.* I. 7.) Elevat quidem Macrobii auctoritatem, quod eodem loco ait, Aegyptiis fas nunquam fuiſſe pecudibus, aut ſanguine deos placare, ideoque advenis diis Serapidi & Saturno delubra extructa fuiſſe extra pomoerium, ut hoſtiae ipſis ex more mactarentur: Herodoto autopte ſingulis celebritatibus victimas caeſas prodente. Attamen ne omnino falſum reputemus, ſtatuere placet, Diodorum, & reliquos de vetere aliquo numine locutos eſſe, ſibi Saturno aequiparandum viſo, Macrobium de Saturno, cui a Graecis Romaniſve eodem pacto, quo Neptuno, (Traiani n. 77.) Palladi (Traiani n. 92.), Spei (Antonini n. 200.), aliiſque ſacra in Aegypto ritu plane Graeco fuere inſtituta. Egregius & quantivis pretii numus manifeſto docet, quae fuit Antoniniano ſaeculo de Saturno in Aegypto perſuaſio, dum novum ſiſtit deum ex vetere Aegyptio, cuius vernaculum nomen Tat fuiſſe ſuſpicor, & Graecorum Saturno compoſitum. Sic alias vidimus novum deum ex Anubide & Mercurio, novam deam ex Cerere & Iſide.

62. Niliacae ſapientiae parentem, Platoni, qui inter Graecos primus eum celebravit, Theuth vocatum, ſubſequentibus veterum Thoth, Thoyth, Taaut, modo Mercurium vel Hermen Triſmegiſtum, nec raro cum Anubibe confuſum, antiquariis hactenus ignoratum, primo detegeram in Hermopolitae nomi numiſmate anno undecimo Hadriani Auguſti percuſſo, extante in muſeo noſtro, quo vetuſtiorem huius genii imaginem in Graeco opere vix offendes. Poſtea Lutetiam profectus reperi in regio muſeo praeter hunc, qui cum anno Antonini quarto integram Theuthi figuram exhibet, alterum Hadriani ab Hermopolitis procuſum, ſed aevi iniuria anni indicio privatum, qui reliquis praeſtantior conſpiciendum praebet novum attributum, icunculam nimirum pueri nudi ſubſidentis, quam dextera manu ſuſtinet philoſophus. Sic ex variis ſymbolis, quae in numis iſtis ei tribuuntur, colligere datur cuncta, quae de Theutho praedicant veteres ſcriptores. Habitus vatem, vel quod idem eſt priſcum philoſophum indicat, capitis ornamentum

63. LΔ. Caput iuvenile cum modio, ante quod palmae ramus. (I.) M. M. D.

64. L TETAPTOT. Caput iuvenile cum loto, ante quod caduceus. (I.) M. Theup.

65. LΔ. Caput Mercurii nudum, pone quod caduceus. (I.) M. M. D.

66. LΔ. Caput Herculis cum exuviis & clava ad collum. (I.) M. M. D.

67. L TETAPTOT. Hercules aprum humero geſtat: Euryſtheus ad eius pedes ſub terram ſeſe abſcondere conatur. (I.) M. R. G.

68. LΔ. Hercules nudus decurrens d. tenet cornibus iuga boum, s. clavam & ſpolia leonis. (I.) M. Theup.

69. LΔ. Gryphus. (I.) Hard. ex M. Societatis.

70. LΔ. Serpens criſtatus arrectus. (II.) M. Caeſ.

71. LΔ. Triptolemus in bigis ſerpentum. (I.) M. Caeſ. *not.*

72. LΔ. Nilus decumbens. (I.) M. Arig.

73. LΔ. Spes gradiens. (I.) M. Bracc.

XIX. 74.*a.* ATT K T AIΛ AΔP ANTωNINOC ET CEB. Caput laureatum.

LΔ. Fortuna ſtans. (II.) In M. Theup. (I.) & (II.).

XX. 74.*b.* Alius nonnihil diverſus. (II.).

XXI. 75. Eadem adverſa.

LΔ. Aequitas ſedens. (II.).



tum Aegyptium heroem. Facundiam deſignat caduceus, inventas literas Ibis, quae veteris alphabeti primus character, in hodierno Aegyptio mutato loco & nomine viceſimus nonus, eademque aſtronomiam, quippe quae nomen dedit primo menſi anni Sothiaci, civilis autem penultimo, & geometriam quadrata baſis cui inſiſtit avis. Icuncula demum Agathodaemonis quem Cneph vocarunt Aegyptii, prophetam indigitat, id eſt divinae naturae indagatorem, & ſacrorum antiſtitem. (Plato in *Phaedro* opp. tom. 3. pag. 274. ed. Steph. in *Philebo* tom. 2. p. 18. Plutarch. *Sympoſiac.* 9, 3. Clem. *Strom.* 6, 4. Mart. Capella *Satyr.* 2. p. 42. ed. Plant. Porph. *de ant. nymph.* p. CXX. in Hom. Barneſ.) Hic rem tetigiſſe ſufficit alio loco ſi dabitur pluribus exequendam. Inſpicias Hadriani n. 220. 494.

71. Dubito an verus Triptolemus obvius ſit in pecunia Alexandrina, ſed in corroſo numo characteres genii urbis haud facile dignoſcuntur.

Digitized by Google

76. L TETAPTOY. Imperator in habitu militari ſtans d. haſtam, s. parazonium. (I.) M. Theup.

77. LE. Miles ſtans cum haſta & parazonio. (I.) M. Theup.

78. LE. Colonus agens boves, d. virgam elatam. (I.) M. Theup.

79. LE. Meſſor ſegetem faciens. (I.) M. R. G.

XXII. 80. AYT K T AI AΔP ANTωNINOC. Caput laureatum.

LE. Caput Nili duplici cornucopiae impoſitum. (II.).

XXIII. 81. Alius fere ſimilis. (II.).

82. LE. Protome Nili, d. arundinem, s. cornucopiae. (I.) M. Theup.

83. LE. Nilo rupi inſidenti adſtat Genius Alexandrinus d. ſpicas. (I.) M. Arig.

84. LE. Mulier velata ſtans d. demiſſa ſpicas, s. haſtam. (I.) M. M. D.

85. LE. Taurus. (I.) Poc.

86. LE. Duo Canopi ſupra aquilam alis extenſis. (I.) Poc.

87. LE. Fortuna ſtans cum temone & cornucopiae. (II.) M. Ver.

XXIV.* 88. AYT KAI T AIA AΔP ANTωN.... Caput laureatum cum paludamento.

LE. Navis explicatis velis iter faciens per undas, ſtat in puppe gubernator. (I.).

XXV.* 89. AYT K T AIA AΔP ANTωNINOC EY CEB. Caput laureatum & radiatum cum toga.

LE. Pharus cuius tectum ſimulacro ſedente haſtato, & duobus Tritonibus bucinas inflantibus conſpicuum eſt. (II. fere I.).

XXVI. 90. AYT KAI T AIA AΔP ANTωNINOC. Caput, ut in praecedente.

LE. Iſis ſtans cum velo explicato & ſiſtro. (II. fere I.).

LE.

91. LE. Caput Iſidis cum calamiſtris & flore loto. (I.) M. Theup.

XXVII.* 92. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ЄΥϹ. Caput laureatum cum paludamento.

LE. Capita iugata Serapidis, & Iſidis, illud cum pallio, hoc cum ſtola ad collum. (I.).

XXVIII.* 93. Alius, ſed adſtituto ante caput Iſidis culmo dorae. (I.) *not.*

94. LE. Caput Serapidis. (I.) M. Theup.

95. LE. Caput Serapidis loto inſigne. (II.) Poc.

96. LE. Aquila alis expanſis, roſtro coronam: ſupra eam caput Serapidis. (I.) M. Arig.

XXIX.* 97. ΑΥΤΟΚΡΑ ΚΑΙϹ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Caput laureatum.

LE. Caput Iovis cum cornu arietino, modio, radiis, pone collum tridente cum delphino, ad humeros cornucopiae. (I.) *not.*

Eadem

93. Plantam antiquariis hactenus neglectam, licet in monumentis Aegyptum ſpectantibus non infrequentem, ita deſcribit Linnaeus: *Holcus dora glumis villoſis ſeminibus compreſſis ariſtatis*. Abundantiam eius in hac provincia, & eximiam in alendo populo utilitatem praedicant viatores, Granger, Pocock, Savary, prodentes in Nili ripa ſatam creſcere ultra quinque pedum altitudinem, ſcapo & foliis arundini, cetera milio non diſſimilem, ſementem vero ut minimum quinquagies rependere, atque pane ex ea parato maiorem plebis partem vitam tolerare. Grangerius hodiernis Graecis *Caramoch* appellari refert, Arabibus *Dourra*: Pocockius vocat frumentum Damaſcenum & *Sorgum*: veteribuſne diſtincto nomine prodatur, an ſub milii appellatione lateat, nondum exploratum habeo. Sed hoc conſtat e monumentis, familiarem fuiſſe plantam iis qui Aegyptum Nilumve pingerent: pluriesque recurrit cum in baſi Nili Vaticani, tum in lithoſtroto Praeneſtino, in cuius explicatione minus adcurate milium vocat Barthelemius, quamquam & mole & figura a milio vulgari non parum diſtantem, (*Mem. de l'acad. des inſcript.* tom.30. pag.537. Grang. *Relat.* pag.11. Poc. *Deſcr. of the Eaſt.* tom. 1. pag. 304. Savary *Lettr. ſur l'Eg.* tom.1. p.72.) Conſulto igitur Iſidi tribuitur, quae Aegypti Genius, eademque agricolturae & fertilitatis praeſes: ſimili pacto quo in altero muſei noſtri numo Commodi num.84. collocatum conſpicitur ante caput muliebre, cui adſcriptum ΕΥΘΗΝΙΑ.

97. Proprium fuit huic aevo in ſingulos deos omnes cunctorum numinum virtutes, omnia attributa congerere. Cum ſapientium effato, unam eſſe divinam naturam, unum ſummum numen pro variis operationibus a maioribus va-

rie

Digitized by Google

XXX.* 98. Eadem adverſa.

LΕ. Idem caput cum cornu arietino, radiis, modio, ſed ad imum modium ſurgunt bina cornua tortuoſa, & ante faciem adſtitutus eſt tridens cum delphino. (I.).

99. LΕ. Caput Ammonis. (I.) M. Bracc.

100. LΕ. Caput Ammonis; infra aries ſtans. (I.) M. R. G.

101. LΕ. Aries: duo delphini ſubtus; caput Iovis Ammonis loto inſigne ſupra. (I.) Pocock.

102. LΕ. Vir barbatus ſeminudus cum globo in capite inſidet ſaxorum acervo, d. haſtam tenens, s. velut clavam; adſtat utrinque aries. (I.) M. R. G. *not.*

103. LΕ. Templum diſtylon, in quo Harpocrates ſeminudus d. ori admovet, s. clavam; ante pedes aries. (I.) M. R. G.

104.*a*.LΕ. Figura nec vir nec femina columellae innititur ut ſupra. (I.) M. R. G.

104.*b*.ΕΤΟΥϹ Ε. Figura nuda d. ad os, s. flagrum, loto inſidet. Triſtan.

105. LΕ. Protome iuvenilis cum modiolo in vertice: ante eam palmae ramus. (I.) M. Ainſl.

ATT

rie denominatum, conſentit populorum vanitas, qua quiſque urbis ſuae deum ſummum & unicum & velut omnium deorum centrum praedicavere. Qui Serapis erat fit praeterea Ammon, Iuppiter, Sol, Neptunus, Nilus. Inde eſt quod in amuleto plumbeo muſei noſtri, cuius adverſam occupat protome Serapidis, ab altera parte legatur ΕΙϹ ΖΕΥϹ ϹΕΡΑΠΙϹ. Cui ſimilis epigraphe cum ſcripta eſſet circum figuram Serapidis ſtantis cum Cerbero in gemma publici iuris facta in *Muſeo Romano* (1, 63); ſed littera Ε ita collocata ut Μ videretur, adeo exercuit Cauſeum, ut propoſitis variis coniecturis legendum exiſtimaret ϹΑΡΑΠΙϹ Μεγιϛος Ιϲιακος ΖΕΥϹ. Aliud ſed vitreum amuletum eiuſdem argumenti proſtat in muſeo noſtro, in cuius utroque latere legitur ΜΕΤΑ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΤΟΥ ϹΑΡΑΠΙϹ, in altero quidem a ſiniſtra ad dextram, in altero vero a dextra ad ſiniſtram perſcriptum.

102. De ſimili fere numo adeas notam ad n. 94. Traiani.

Digitized by Google

XXXI.* 106. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ЄΥϹ . Caput laureatum.

LЄ. Aeſculapius ſtat palliatus d. femori applicans, s. innitens baculo cum ſerpente, velut colloquens cum Hygiea velata, quae s. ramum gerens d. elevat. (I.).

XXXII. 107. Alius parum diverſus. (I.).

108. LЄ. Neptunus nudus ſtans d. extenſa ſuper aram ignitam, s. tridentem. (I.) M. Theup.

109. LЄ. Neptunus nudus ſtans d. pede ſupra proram navis, d. delphinum, s. tridentem. (III.) M. Theup. (AR) Poc.

XXXIII.* 110. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹЄΒ ϹΥϹΒ (sic). Caput laureatum cum paludamento.

LЄ. Diana venatrix gradiens s. arcum praetendit, d. ſagittam e pharetra promit. (AR).

111. LЄ. Orpheus lyram pulſans in medio multarum belluarum. Pat. ex M. Moroſ.

112. LЄ. Mercurius ſtans d. ramum oblongum, s. caduceum, pro pedibus canis. (I.) M. Ainsley.

113. LЄ. Vir ſtans capite tutulato, d. demiſſa caduceum, s. amplectens arbuſculum. (I.) M. Theup.

114. L ΠΕΜΠΤΟΥ. Figura ſtans capite loto inſigni s. haſtam d. icunculam ſuſtinet, ad pedes canis. (I.) Pocock.

115. LЄ. Vir ſedens in loco elevato, hinc figura nuda, inde figura galeata ſtantes, in imo duae figurae, altera d. elata tenens caduceum: ſub loco elevato bos. (I.) M. Theup. *not.*

LЄ.

115. Iudicium Paridis indiligenti deſcriptione obſcuratum. Eundem typum recenſebimus ex muſeo Braccianeo cum anno ſeptimo Antonini, quem vide.

Digitized by Google

116. LE. Capita iugata Herculis barbatum cum exuviis & clava ad humeros, & Mercurii imberbe cum flore in vertice & caduceo ante pectus chlamydatum. (I.) M. M. D. *not.*

XXXIV.* 117. ΑΥΤΟΚΡΑ ΚΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Caput nudum.

LE. Sedet Hercules nudus in baſi pelle obtecta, s. tenens lyram, d. amice prehendens d. Centauri adſtantis pelle per humeros veſtiti, & s. brachio clavae innixi; eos obumbrat arbor; a ſiniſtris in ſitu remotiore ſervus operculum vaſis ſublevat. (I.). *not.*

LE.

116. Coniungitur Herculi Mercurius i. e. fortitudini ſapientia: niſi mavis eorum conſortio ad caeleſtes Gemellos reſpexiſſe artificem. Horum unum a multis Herculem fuiſſe reputatum, docet praeter Hyginum *poet. aſtron.* 2, 22, tabula marmorea a Bianchinio ſocietati ſcientiarum Pariſiorum communicata, & in actis ſocietatis ad annum 1707. publici iuris facta. Scio equidem & ab Hygino, & a marmoris artifice, qui Alexandrinus fuiſſe videtur, ſaltem Aegyptiae aſtronomiae imbutus, Herculi comitem dari Apollinem, at docet Achilles Tatius *in Iſagoge apud Petav. in uranol.* pag. 136., numen fuiſſe Aegyptiis, quod utrum Apollo eſſet an Mercurius ambigebatur, dum prodit Mercurii planetam, quem appellant Graeci, ab Aegyptiis tribui Apollini. At iſte Apollo ut ab Oro diverſus ſit, qui Graecis vulgo Apollo dicitur, neceſſe eſt, dum Appollo-Orus, quem pro ſole accipiunt, nullo pacto Mercurii aſtrum eſſe potuit, neque Graecus Appollo, quem ſolis genium omnes noverunt, apte inter Zodiaci ſigna referri. Itaque dubium non videtur, quin opinio de Hercule & Apolline in ſignifero circulo geminis, originem traxerit ab Aegyptia aſtrologia, Graecis Aegyptias notiones male cum patria mythologia confundentibus.

117. Peculiaris elegantiae numus factum exhibet, quod in antiquae artis operibus nondum comparuerat, neque quod ſciam praeter Apollodorum ab alio veterum, quotquot ad nos pervenerunt, memoriae proditum fuit. Hercules ad capiendum aprum Erymanthium Pſophidem verſus profectus, & in Pholoe a Pholo Centauro hoſpitio exceptus, ut ſiti ſatisfaceret, commune Centaurorum dolium aperiri iubet. Haec res cum vini fragrantia reliquis Centauris innotuiſſet, conferti in Pholi ſpeluncam impetum fecere; ſed ab Hercule primo titionibus territi ſunt, mox ſagittis uſque ad Maleam Laconiae promontorium fugati atque caesi. Τεταρτον αθλον επεταξεν ευρυσθευς ἡρακλει, τον ερυμανθιον καπρον ζωντα κομιζειν· τουτο δε το θηριον ηδικει την ψωφιδα ὁρμωμενον εξ ορους, ὁ καλουσιν ερυμανθον. διερχομενος ουν φολοην επιξενουται κενταυρῳ φολῳ, σιληνου και νυμφης μελιης παιδι. ουτος ἡρακλει μεν οπτα παρειχε τα κρεα, αυτος δε ωμοις εχρητο. αιτουντος δε οινον ἡρακλεος, εφη δεδοικεναι

118. LE. Hercules nudus accedit ad rupem, ex qua fons defluit, & porrigit manus tamquam eas loturus; inferne vas cui alligata harpa bidens. (I.) M. M. D. *not*.

119. LE. Hercules Antaeum a terra elevatum ſuffocans. (I.) M. M. D.



κεναι τον κοινον των κενταυρων ανοιξαι πιθον. θαρρειν δε παρακελευσαμενος ηρακλης αυτον ηνοιξε. και μετ' ου πολυ δια της οσμης αισθομενοι παρησαν οι κενταυροι πετραις ωπλισμενοι και ελαταις επι το του φολου σπηλαιον. τους μεν ουν πρωτους τολμησαντας εισω παρελθειν ηρακλης ετρεψατο βαλων δαλοις, τους δε λοιπους ετοξευσε διωκων αχρι της μαλεας. κ. τ. λ. Apollod. *bibl.* 2, 5, δ. Primum huius tragoediae actum numo noſtro oculis obiici dubium non eſt. Silveſtrem Centauri ſpeluncam indicat umbroſa quercus, cithara peractum prandium, poſt quod priſcis hominibus mos fuit cantu delectari. *Odyſ.* θ, 72. Potum quem hoſpiti nondum praebuerat Pholus, poſcit ille, & cunctanti amico perſuadet ut commune dolium relini iubeat. Quae inde ſecuta ſunt, Centaurorum pugnam, Chironis Pholique mortem, quos invito Hercule laeſerant ipſius ſagittae, in aliis huius vel ſubſequentium annorum numis exhibita fuiſſe, ſuadet longa Herculearum rerum ſeries, quam in catalogo deſcripſimus.

118. *Alteri ex binis hic propoſitis ſimilis editus eſt ab Arigonio in ſerie prima numorum Alexandrinorum Tab.* IX. *ſed miſere depravatus, quod numi vitio abſque dubio tribuendum. Uterque hic integerrimus typum quidem belle ob oculos ſiſtit, at explicatu ſat difficilem, & argumenti forte ambigui. Herculi hic pro ſolita clava bidens, harpae quaedam ſpecies binis armatae recurvis uncis tribuitur. In ara quadrata Muſei Principum Iuſtiniani Romae, in qua decantanti duodecim labores Herculis opere anaglypho effigiati cernuntur, is heros eodem armatus inſtrumento Augiae ſtabulum purgans proponitur* (*Montfauc. ant. expl. T.* I. *pag.* 220.), *quae quidem explicatio ambigua non eſt, nam caeteri labores undecim ex eius arae imaginibus luculenter agnoſcuntur; igitur typus, qui Herculem exhibet illo bidente opus facientem, ad aliud referri nequit, quam ad eum laborem, quem iuſſus erat Augiae ſtabulis impendere, quique inter duodecim ab omnibus numeratur. Winckelmannus in gemma, quae idem argumentum ſiſtere videtur, Herculem opinatur vellendis ſtadii Olympici ſentibus occupatum* (*deſcr. des pierr. grav. pag.* 272.), *cuius laboribus Pauſanias meminit* (*l.* IV. *p.* 511.). *At hic eius conatus parum fuit cognitus, magis autem celebratus prior, quare & dictae gemmae argumentum ad praeſtitum Augiae beneficium referendum cenſeo. Dictum inſtrumentum ruſticum, quod praeſens numus exhibet, evincere videtur, eundem quoque indicari laborem, atque Herculem proponi confecta feliciter imperata ſibi opera ad fontem properantem, quo contractas turpi illo opificio ſordes ac ſquallorem deponeret. Iſtud Herculis inſigne factum in veterum monumentis raro occurrit, in numis, praeterquam iſto, hactenus, ut exiſtimo, nondum detectum*. Haec Eckhelius in *num. vet. anecd.* p. 301, cuius verba dum integra in notulas meas tranſtulerim, lectori ſaltem hac vice gratum aliquid praeſtitiſſe confido.

Digitized by Google

120. LE . Hercules taurum Cretenſem domat. (I.) M. M. D.

121. LE . Hercules Diomedem cum equis conterit. (I.) M. M. D.

122. LE . Hercules gradiens, s. clavam ſuper humerum, d. fune ducit Cerberum e ſpecu provenientem. (I.) M. M. D.

123. Lς . Hercules leonem de rupe proſilientem excipiens & ſuffocans. (I.) M. M. D.

124. Lς . Hercules Antaeum ſuffocans. (I.) M.Ennery.

125. Lς . Hercules pede Cyclopem opprimens, pro pedibus iacet clava. (I.) M. Ainsley.

126. Lς . Hercules taurum e Creta in Graeciam abripiens. (I.) Poc.

127. Lς . Hercules clava conterit equos Diomedis, qui ipſe humi proſtratus conſpicitur. (I.) M.R.G.

128. Lς . Vir pileatus brevi veſte indutus iunctis bobus arat. (I.) M. R. G.

XXXV. 129. Adverſa, ut n. 106.
Lς . Fortuna ſtans. (I.).

XXXVI. 130. ANTΩNINOC CEB ETCEB . Caput laureatum cum paludamento.
Lς . Spes gradiens. (AR).

XXXVII. 131. ANTΩNINOC CEB ETCEB. Caput laureatum.
Lς AIΩN . Phoenix ſtans caput nimbo radiato circumfuſus. (AR). *not.*

XXXVIII. 132. Alius parum diverſus. (AR).

133. Lς . Caput Serapidis. (II.) M.Arig., (I.) M.Ver.

XXXIX. 134. AYTOKPA KAI AΔP ANTΩNEINOC. Caput nudum cum paludamento.
LZ . Caput Serapidis. (II.).

AN-

131. Nonnulli avem maluerunt ſtruthiocamelum, neſcio qua ratione commoti; nam phoenice quod aptius aevi vel aeternitatis ſymbolum? Typus autem ab inde Antonini initio obvius (vide n. 31.) ideo monetae videtur inſertus, quod accitis in imperatoriam familiam Antoninis Tito, Marco, & Lucio, ſucceſſio firmata eſſet & imperium ſtabilitum.

XL. 135. ANTωNINOC CEB EYCEB. Caput laureatum.
LZ. Serapis ſedens, s. haſtam, d. verſus Cerberum ad pedes ſubſidentem extenſa. (AR).

XLI.* 136. Eadem adverſa.
LZ. Serapis d. elata, s. ſceptrum, ſtat in quadrigis lentis. (AR).

137. Similis, ſed (I.) M. M. D.

138. LZ. Templum diſtylon, in quo Iſis Horum lactat. (I.) M. Caeſ.

139. LZ. Caput ſenile barbatum cum cornu arietino & radiis, ante quod cornucopiae, pone tridens cum delphino. (I.) M. Bracc.

140. LZ. Tridens, cui circumvolvitur delphin. (II.) Patin.

141. LZ. Caput Iovis laureatum. (I.) M. Theup.

142. LZ. Aquila ſtans alis explicatis. (I.) M. Arig.

143. LZ. Serpens arrectus cum capite humano barbato tutulato. (I.) M. Farn.

144. LZ. Serpens cum capite humano lotifero arrectus inter ſpicas. (I.) M. Theup.

145. LZ. Sphinx alata cum modio in capite, pede s. ſupra rotam. (I.) M. Theup.

146. LZ. Nilus decumbens cum crocodilo. (I.) M.R.G.

147. LZ ETΘHNIA. Mulier humi ſubſidens s. cubito ſphingi innixa, d. elata tenens faſciculum ſpicarum & papaverum. (I.) M. R. G.

148. LZ. Aequitas ſedens. (I.) M. Arig.

149. LZ. Aequitas ſtans. (II.) M. Theup.

XLII.* 150. Adverſa, ut n. 135.
LZ. Mulier ſtolata, galeata, & aegide armata, ſtat d. tenens bilancem, s. cornucopiae, ad pedes adſtitutus eſt clypeus. (AR). *not.*



150. Novus in Alexandrina pecunia typus, neque quod meminerim extra eam conſpiciendus: Pallas decoratur Aequitatis ſymbolis, ſive quod Iuſtitia ſapientiae faſtigium eſt, ſive quod Pallas artium inventrix menſuram quoque docuerit, & rerum abundantiam populis a ſe edoctis conciliaverit.

XLIII.* 151. ΑΤΤ ΚΑΙ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum.
LZ. Victoria ſtans inſcribit clypeo columellae impoſito. (I.) *not.*

XLIV.* 152. Eadem adverſa.
LZ. Victoria gradiens d. elata geſtat coronam, s. tropaeum humero impoſitum. (I.)

153. LZ. Victoria gradiens cum corona & palma. M. Theup.

154. LZ. Victoria accedens ad tropaeum conſtitutum inter captivos ſubſidentes coronam ei imponit. (I.) M. M. D.

155. LZ. Tropaeum erectum inter captivos ſubſidentes. (I.) M. R. G.

156. LZ. Eques ſupra captivum. Pat. in M. Moroſ.

157. LZ. Minerva ſedens d. haſtam, s. victoriolam tenet. (I.) Pocock. *not.*

158. LZ. Tres deae ſtantes in monte Ida, a dextris Venus ſeminuda d. elata, media Iuno velata d. haſtam, a ſiniſtris Pallas galeata d. demiſſa, s. haſtam: ex adverſo ſub arbore ſedet Paris adſtante Mercurio, qui ei deas indicat: ad imum montis capellae: Venerem ſupervolat Genius cum corona. (I.) M. Bracc.

LZ.

151. Complures huius anni typi, victoriam loquentes, ad haec tempora revocare videntur Britannicam expeditionem, qua promoti ſunt imperii limites, & Antoninus abſens Britannici cognomen meruit: conſentientibus Romani commatis numis, qui in tertio conſulatu Antonini, i. e. poſt A. U. C. 891 & ante 898 percuſſi, ſiſtunt Britanniae figuram moeſtam velut devictam ſubſidentem. Inſpice Uſſerium *de reb. Brit.* pag. 1024, Capitolinum *Antonin.* 5, & ibi notam Caſauboni, qui ex numis adſtruit titulum Britannici, mihi quidem in catalogis non obvium, praeter numum Polatianum apud Mediobarbum BRITAN IMPERATOR II S C, ſed ubi quin pro *Britannicus* legas *Britannia* non video quid obſtet.

157. Placuit Pocockio Minervam appellare quae Roma videtur: certe ſedens Pallas in Alexandrina moneta inſolens eſt, neque in aliis vetuſtatis monumentis frequenter obvia.

Digitized by Google

159. LZ. Orpheus ſtolatus ſedens citharam pulſat: circumſtat animantium multitudo, in quibus ſimia, ibis, felis, accipiter, leo, canis, equus, cervus, urſus, ſerpentes, cet. (I.) M. M. D.

160. LH. Caput Solis radiatum a latere. (I.) M.M.D.

161. LH. Sphinx alata cum rota. (I.) M. Arig.

162. LH. Caput Serapidis circulo incluſum, quem circumdant ſeptem planetarum capita, Iovis quidem laureatum, Saturni velatum impoſito globulo, Martis galeatum, Solis radiatum, Lunae impoſita lunula, Mercurii iuvenile cum globulo in vertice, Veneris nudum abſque ſtola ad pectus: adſunt in exteriore ambitu duodecim ſigna zodiaci, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces, Aries, Taurus, Gemelli. (I.) M.Brac. *not.*

LH.

162. De planetis & Zodiaci ſideribus, quae decorant huius anni monetam, egit Barthelemius *in mem. acad. inſcr.* vol. 43. pro more ſuo erudite & iudicioſe, & multa haud obvia protulit de planetarum in ſignifero circulo domiciliis, de regionibus & urbibus peculiari modo unius alteriuſve ſideris velut tutelae commendatis, de magno Aegyptiorum aliorumque populorum anno, alia praeterea apud ipſum maiori cum fructu perlegenda, quam ſi excerpta & mutila huc tranſcripſiſſem. Ratio cur hoc potiſſimum anno iſtiuſmodi typis uſi ſint Alexandrini ex Capitolino eruit, qui in Macrino c. 3. ita habet: *Vates Caeleſtis apud Carthaginem quae deo repleta ſolebat vera canere, ſub Antonino Pio, quum ſciſcitante proconſule de ſtatu, ut ſolebat, publico, & de ſuo imperio, futura praediceret, ubi ad principes ventum eſt, clara voce numerari iuſſit, quoties diceret Antoninum. Tuncque attentis omnibus Antonini nomen Auguſti octavo edidit. Sed credentibus cunctis, quod VIII annis Antoninus Pius imperaturus eſſet, & ille tranſcendit hunc annorum numerum, & conſtituit apud credentes vel tunc vel poſtea per vatem aliud deſignatum. Denique adnumeratis omnibus qui Antonini appellati ſunt, is Antoninorum numerus invenitur.* Haec Capitolinus, ex quibus colligit Barthelemius, ad avertendum omen, ne cum octavo anno elaberetur Antonini imperium, ſupplicationes pro principis vita eſſe inſtitutas, & aſtra, quae ſpeciali munere hominum annos perfinire credebantur, ſacrificiis placata, eodemque tempore in publica pecunia celebrata. Coniectura ſane ingenioſa, ceterum an obſcurum proconſulis factum, ipſi omni cura caelandum, cum ſub capitis poena vetitum eſſet de imperatorum ſucceſſione oracula veridicoſve conſulere (Spartian. in *Severa* c. 4. Tacit. *Annal.* 3, 11.: 12, 22.), pontificum collegio atque monetae tam amplum praebere potuerit argumentum, videant eruditi. Praeterea ſi res tanti facta, quaereret aliquis cur ſilen-

163. LH. Capita iugata Solis & Lunae intra zodiacum. (I.) M. M. D.

XLV.* 164. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum.

LH. Cancer pagurus, ſupra quem caput muliebre eleganter ornatum cum ſtola ad pectus, & Lunae creſcenti impoſitum, ante iſtud aſtrum. (I.) *not.*

165. LH. Leo currens, ſuperne caput Solis radiatum a latere & cum chlamyde ad pectus; ante aſtrum. (I.) M. M. D. *not.*

166. LH. Mulier velata tutulata ſtans d. facem oblongam, s. duas ſpicas: ex adverſo caput Mercurii cum caduceo ad humerum, pallio ad pectus, globulo in capite: in area aſtrum. (I.) M. Bracc. *not.*

LH.

ſilente Romana pecunia in ſola Aegyptia ſit decantata dum quae ad imperatores ſpectant atque imperium illi quam huic abundantius ingeri ſoleant, imo illam fere totam occupent, hac pro lubitu varias fabulas variaque emblemata exhibente, quorum ſi quis hiſtoricam rationem vel nexum cum principum geſtis inveſtigare ſatageret, vereor ne oleum & operam proiiceret. Septimo Antonini anno vidimus Orpheum & tres deas in Ida: quinto, ſexto, decimo Herculis facinora: octavo praeter ſidera Iſidem cum comitibus & varia animantia: quarto Saturnum & Hermen Triſmegiſton: nono Appollinem & Nemeſes: ſic porro. Praeterea Centauri ſignum cum planeta Iovis exhibet numus Arigonianus, non VIII anno percuſſus, ſed XXIV. Cancer vero cum Luna, ſi fides Patinio, iam in primi anni moneta comparuit.

164. Lunae domus in Zodiaco Cancer eſt, quod mundi natalibus Luna in planetis prima oriens tunc conſtituta eſſet in Cancro: mox ſubſequente ſole, cuius ſtatio tunc in Leone, ut Mercurii in Virgine, Veneris in Libra, Martis in Scorpio, in Sagittario Iovis, in Capricorno Saturni. Hac ratione diſtributis ſeptem zodiis relinquebantur quinque nemini habitanda adſignata, quae ne deſerta algerent, iiſdem planetis ſed inverſo ordine tribuerunt: Scilicet Saturno primum, id eſt Aquarium, ſecundum ſive nonum, quod Piſces vocant, Iovi, Taurum Veneri, Mercurio Geminos. Ita ut in XII. numero deſinente ſignifero circulo, Soli Lunaeque qui primas occupaverant habitationes amplius nullae paterent (Macrob. *de Somn. Scip.* 1, 21. Firmic. l. 3. praef.: 3, 1: 2, 2. Sextus *adv. Aſtrol.* p. 115. ed. Col. Allobr. Tetrabibl. p. 10. edit. Norimb.)

165. Soli domum tribuunt Leonem: ipſi enim & Lunae ſingulas adſignarunt habitationes, reliquis planetis binas, ut modo vidimus.

166. Virginem alii Iuſtitiam appellarunt, alii Cererem, vel Fortunam, vel Erigonem Icarii filiam, vel Parthenon filiam Apollinis ex Chryſothemi. (Hygin. *poët. aſtr.* 2, 23).

Digitized by Google

167. LH. Caput Veneris nudum abſque ſtola ad pectus: infra figura muliebris praecinctorio tenus nuda librans ſeſe in aere d. tenet bilances: ſuperne aſtrum. (I.) M. R. G.

168. LH. Caput Martis imberbe galeatum cum pectore loricato, ante faciem aſtrum: infra ſcorpius. (I.) M. M. D.

169. LH. Caput Iovis laureatum cum pallii lacinia ad humerum, pone cervicem ſceptro, ante faciem aſtro: infra Centaurus ſaltu ſeſe efferens atque arcum tendens. (I.) M. M. D. *not.*

170. LH. Caput Saturni barbatum velatum cum globo ſupra verticem & falce pone caput: ante faciem aſtrum: infra Capricornus. (I.) M. M. D. *not.*

171. LH. Idem caput & aſtrum: infra Aquarius iuvenis palliolo tenus nudus, in aere ſe librans, & tenens ambabus manibus vas inverſum. (I.) M. M. D.

172. LH. Caput Iovis laureatum ante quod aſtrum, pone ſceptrum, infra piſces. (I.) M. R. G.

173. LH. Aries cum loto in capite ante quem arula: ſuperius caput Serapidis. (I.) M. Ver. *not.*

174. LH. Caput Veneris myrto coronatum cum pectore nudo: ante id aſtrum: infra taurus cornupeta. (I.) M. M. D. *not.*

An.

169. Iovis in Zodiaco domicilia ſunt Sagittarius & Piſces. (Iul. Firm. *aſtronom.* 2, 2)

170. Saturni domus Capricornus & Aquarius.

173. Martis domicilia Scorpius & Aries. Pro altero in numis nondum comitante planeta conſpecto inſeruimus Ammoniacum arietem, quem fontis in deſerto inventorem ab Hercule inter ſidera collocatum aiunt nonnulli: etſi communior Graecorum opinio arietem in ſignifero circulo pro eo habet, quo vectus Helleſpontum tranſit Phrixus. (Hygin. *poët. aſtron.* 2, 20). In deſcriptione numi, quem tranſtuli ex catalogo com. Verità, pro loto ſubſtitues globum, pro Serapidis capite forte cornigerum Ammonem.

174. *At quos prima creant naſcentis ſidera Tauri*
*Feminei incedunt.*
(Manil. 4, 519.)

175. An. detr. Caput tutulatum : infra a dextris Hercules ſtans d. clavam, s. ſpolia leonis, a ſiniſtris Apollo ſtans s. cetram; in area aſtrum. (I.) M. Theup. *not.*

XLVI.*176. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum :

LH. Dioſcuri aſtriferi thorace, chlamyde & haſta inſtructi, equitant adverſi : in medio poſita eſt arula; ſupra quam in excelſo Luna creſcens. (I.) *not.*

177. LH. Caput Iovis laureatum. (I.) M. Arig.

178. LH. Iuppiter ſedens in templo. Pat. ex M. Moroſ.

179. LH. Caput Serapidis. (II.) M. Caeſ.

180. LH. Serapis ſedens; in ſuperiore parte ſellae duae victoriolae. (I.) M. Arig.

181. LH. Iſis Horum lactans. Pat. ex M. Moroſ.

182. LH. Caput Harpocratis. Pat. ex M. Moroſ.

183. LH. Harpocrates ſeminudus ſtans d. ori admovet, s. tenet cornucopiae; ante pedes eſt arula. (I.) M. Arig.

XLVII.*184. ΑΥΤ ΚΑΙ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹΕΒ. Caput laureatum.

LH. Hercules hydram domans. (I.).

185. LH. Templum diſtylon, in quo ſtans Mercurius d. caduceum, s. ramum oblongum; hinc inde canis. (I.) M. Caeſ.

LH.

175. Geminorum ſidus cum capite Mercurii, licet in numo epocha ſpoliato, hoc loci inſerere non dubitavimus.

176. Caſtores pleriſque pro coeleſtiſtibus geminis habitos in aſtriferorum numorum ſeriem retulimus, quamquam pro Mercurii planeta, cuius ſecundum Firmicum domus eſt Geminorum ſignum, in numo conſpiciatur Luna : nam iſta genethliacorum placita non ita firma ſunt quin multum in iis varient profeſſores. Sic quem Lunae adſignant Firmicus & Macrobius, Cancrum Cyllenio dedicat Manilius (2,439): Piſces qui Iovis ſunt, Veneri tribuunt ſcholia ad Germanicum. De mythica Gemellorum ſignificatione audi Hyginum *poët. aſtr.* 2, 22 : Geminos complures Caſtorem & Pollucem eſſe dixerunt, alii Herculem & Apollinem, nonnulli Triptolemum & Iaſiona. Sed Herculem cum Apolline magis conſentire cum Alexandrina aſtronomia iam ſupra monuimus, & docet numus quem ſiſtimus ex Muſeo Theupolo.

186. LH. Aeſculapius ſtans d. porrigit ſerpenti arae involuto. (II.) M. Theup.

187. LH. Duae figurae galeatae intermedia Diana nuda. Pat. ex M. Moroſ. *not.*

XLVIII. 188. Adverſa, ut n. 170.

LH. Nilus decumbens d. tenet cornucopiae, e quo emergit puer coronam ipſi offerens, s. geſtat arundinem, & ſimul crocodilo innititur. (I.).

189. LH. Nilus decumbens cum crocodilo: in area Iς. (I.) Hard. ex M. R. G.

190. LH. Idem typus, addito praeterea cippo, in quo inſcriptio apparet. (I.) Mor. ex M. R. G.

191. LH. Nilus decumbit cum crocodilo; ante eum fornix ſupra baſin. (I.) M. R. G. *not.*

192. LH. Apis ſtans ad aram. (III.) M. Bracc., (I.) M. R. G.

XLIX. 193. T AI AΔPI ANTΩNINOC CEB. Caput laureatum.

LH. Serpens gracilior arrectus. (II.).

194. LH. Sphinx decumbens. (III.) M. M. D.

195. LH. Accipiter ſtans. (III.) M. R. G.

196. LH. Aquila fulmini inſiſtens. (III.) M. Theup.

197. LH. Delphinus cum tridente. (III.) M. Caeſ.

198. LH. Pharus. Pat. ex M. Moroſ.

199. LH. Fortuna ſtans in templo diſtylo. (I.) M. Theup.

L.* 200. Adverſa, ut n. 170.

LH. Templum diſtylon, intra quod ſtat dea Spes d. elata tenens florem, s. ſublevans veſtem: in faſtigio templi ſculptus eſt globus, quem cingunt binae viperae. (I.).

Aa LH.

187. Caſta Diana nuda inter iuvenes milites. Res nova & peregrina, nec valde pro dignitate monetae. At probabile eſt verum typum fuiſſe qualem infra ſiſtimus e muſeo noſtro hactenus non editum, Apollinem inter Nemeſes: ſive ſeminudum Serapidem in Dioſcurorum conſortio, qualis repetitus cernitur in Antoninorum numis.

191. Fornice quadratae baſi ſuperimpoſita pingi puteum nilometrium, inſerius dicetur. Numum num. 189 in Muſeo Regis Galliae non inveni, qui ſi exſtat, ſimilis erit alteri eiuſdem ſcrinii ſub n. 365 exhibito.

201. LH. Victoria gradiens d. coronam, s. tropaeum. (I.) M. Arig.

202. LH ΕΥΘΗΝΙΑ. Mulier rupi inſidens d. ſpicas, s. cornucopiae: infra ſphinx. (I.) M. Arig.

203. LH ΕΥΘΗΝΙΑ. Mulier decumbens d. tenet ſpicas & papavera, s. gerit cornucopiae ſinumque colligit frugum plenum, & inſimul ſphingi innititur. (I.) Mor. ex M. R. G. *not.*

204. LH ΟΜΟΝΟΙΑ. Mulier ſtolata tutulata ſtans d. ſacrificat ad aram, s. gerit duplex cornucopiae. (I.) M. R. G. *not.*

205. LH. Imperator ſedet ſupra baſin vel ſuggeſtum d. protenſa, s. tenens haſtam tranſverſam: ad imam baſin ſtat hinc & inde figura corollam erga imperatorem extollens. (AR) M. R. G.

206. LH ΜΑΡΕΩΤΗC. Vir palliatus cum globo in capite ſtat d. extenſa ſuſtinens arietem, s. tenens haſtam. (I.) M. R. G. *not.*

LH

203. Cui credibile eſt εὐθηνίας vocabulum ſignificare rem feliciter geſtam, ſeu ſubiugatam provinciam, habet huius numi explicationem apud Fogginium in IV. vol. *Muſ. Capitol.* p. 359.

204. Antoninus A. U. C. 898, cùm ipſe quarto fungeretur conſulatu, dedicavit templum a ſe honori patris extructum, & populo dedit congiarium: eodemque tempore L. Vero filio, qui annum decimum quartum compleverat, virilem togam dedit. Ab hiſce rebus occaſionem accepere monetarii ut celebrarent Concordiam in familia Auguſta, cum dedicatio templi Hadriani in hominum mentes revocaret ſucceſſionem ab eo ordinatam. Eodem anno ſimiles numi percuſſi ſunt cum imagine Marci, quos in ipſo videſis: quinto autem poſt mortem Antonini denuo in fratrum Auguſtorum pecunia perſcripta legitur Concordia comitante iunctarum dexterarum typo. Romani commatis numum ſiſtit Mediobarbus: ANTONINVS AVG PIVS P P TR P XXIV ƆC CONCORD COS IV S C: *Tres dexterae iunctae*; qui ad idem pertinens argumentum & ſignatus anno 914, qui Antonini ultimus, terno manuum numero comprobat, Lucium, licet nondum imperatoriis titulis honoratum, tamen a patre neglectum non fuiſſe. Marcus iam an. 892 Caeſar renunciatus fuerat, & anno poſtquam percuſſus eſt numus noſter accepit tribuniciam poteſtatem.

206. Forte templum hoc anno, ut modo monuimus, divo Hadriano dedicatum, qui ſingulari favore proſecutus fuerat Aegyptios, occaſionem praebuit ut praefecturae, velut ad publicam celebritatem convenientes, in moneta laudarentur. Sed haec pro levi coniectura. Mareotidis vocabulo ut peculiare regionis numen adſtituitur in numo Ammon, cuius celebre oraculum fuit in Oaſi ei a meridie oppoſita: neque aliam huic nomo propriam ſuperſtitionem a veteribus proditam invenio.

Digitized by Google

207. LH MϨNϨΛΑΙΤΗC. Harpocrates cum flore in capite a medietate corporis deſinens in crocodilum, d. ori admovet, s. tenet cornucopiae; ante eum ara luculenta. (I.) M. R. G. *not.*

208. LH MϨNϨΛΑϨΙΤ. Cetera ſimilis praecedenti. (I.) Eckhel. ex M. M. D.

209. LH ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΗC. Hercules nudus ſtans d. ſuſtinet gryphum, s. gerit clavam & exuvias. (I.) M. R. G. *not.*

210. LH CAϨΙΤΗC. Pallas ſtans d. tenet noctuam, s. clypeum ad terram. (I.) M. R. G.

211. LH ΠΡΟCωΠΙΤΗC. Mulier ſtolata & velata ſtans d. ori admovet, s. tenet clavam. (I.) M.M.D. *not.*

212. LH CϨBϨNNΥΤΗC. Miles ſtans d. tenet haſtam, s. parazonium. (I.) Pellerin. *not.*

213. LH CϨΘΡΟϨΙΤΗC. Vir capite accipitrino cum calantica & tutulo ſive pileo, loricatus & paludatus ſtat d. tenens haſtam, s. accipitrem pileatum. (I.) M. R. G. *not.*

214. LH BOΥCΙΡΙΤ. Serapis ſtans d. gerit bovem. Pat. e M. Moroſ. *not.*



207. Confer n.7. in Marco.

209. Nicopolites nomus haſtenus aeque ignoratus fuit numis atque ſcriptoribus, & perexiguum fuiſſe neceſſe eſt, dum metropolis vix tribus millibus paſſuum ab Alexandria diſtaret, coercentibus ab oriente & meridie nomis Menelaite atque Alexandrino. Victor Hercules forte ad urbis nomen adludit, Gryphus ad ludos Actio Apollini ſacros, quos hic inſtituit urbis conditor Auguſtus, in eo loco quo poſt Actiacam victoriam iterum vicerat Antonium. Forte etiam Hercules gryphum gerens innuit, ſecundum Alexandrinorum placita heroem pro eodem habitum eſſe cum Sole, cui ſacrum eſt monſtrum. (Macrob. *Saturn.* 1, 20).

211. Adeas Hadriani n.169.

212. Videas n.99 in Traiano.

213. Arveris vetuſtiſſimus Aegyptiorum deus honoratus in obeliſcis praeſertim Flaminio atque Campenſi.

214. Bos ad urbis nomen reſpicere videtur, qnod a Bove & Iſide derivat Plutarchus, licet verior etymos ab Oſiridis nomine repetatur, praemiſſo BI vel B' pro ΠΙ qui conſuetus Aegyptiorum articulus hodie quoque ab Aegyptiis nonnunquam per BI effertur. *βιωσιρις, βωσιρις, ὁ οσιρις*: ut *Biſyum*, (*το Fyum*) apud Bremond *deſcriz. dell' Egitto* p.112. Hic enim ſecundum Eudoxum citatum a Plutarcho Oſiridis patria atque ſepulcrum. Ceterum bos imago Oſiridiș qui Nilus eſt.

Digitized by Google

LI.* 215. Adverſa, ut n. 184.
LH ΜΕΝΦΕΙΤΗϹ. Iſis capite gerens exuvias vulturinas, quibus ſuperimpoſitus modiolus, ſtat d. tenens haſtam, s. ſerpentem : pone adſtat apis diſco inſignis inter cornua, & circa collum ſerto. (I.) *not.*

216. LH ΟΞΥΡΥΝΧ. Pallas ſtans d. victoriolam ſuſtinet, s. gerit bipennem. (I.) M. R. G. *not.*

217. LH ΔΙΟΠΟΛΕΙΤΗϹ. Iuvenis paludatus cum incerto ornatu ſupra caput, lento equo vectus, d. geſtat ſerpentem in nodum contortum. (I.) Belley e M. Peller. *not.*

LII. 218. Adverſa, ut n. 163.
L ΕΝΑΤΟΥ. Vir galeatus loricatus ſtans d. tenet haſtam, s. clypeo innititur. (I.).

219. L ΕΝΑΤΟΥ. Imperator ſtans d. haſtam, s. clypeum. (I.) Hard. ex M. Fouc.

LIII.* 220. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum cum paludamento.
L ΕΝΑΤΟΥ. Roma galeata ſtolata armis inſidens d. gerit victoriolam coronam ipſi offerentem, s. parazonium, & ſimul clypeo innititur. (I.).

221. L ΕΝΑΤΟΥ. Pallas ſedens, quaſi caput Iovis d. ſuſtinet, s. rotae innixa haſtam tenet. (I.) Poc.

222. LΘ. Aequitas ſedens. (I.) M. Caeſ.

223. LΘ. Caput Serapidis laureatum. (I.) M. Theup.

224. L ΕΝΑΤΟΥ. Caput Serapidis. (I.) Geſn. ex M. Panel.

ΑΥΤ

215. Summae elegantiae numus ſive argumentum ſpectes ſive fabricam. Iſis dea, genius naturae, quam adumbrat ſolitum in hieroglyphicis ſymbolum vultur, manu geſtat foeminam ſerpentem foecunditatis imaginem : adſtante Apide tauro, ſub cuius perſona Memphi colebatur Nilus frugum pater, magnum Aegyptiae religionis argumentum.

216. Vide n. 166 in Hadriano.

217. Forte ſolis ſymbolum : inſpice notam ad n. 38 in Vero. Pro ſerpente cum humano capite hic pingitur homo ſerpentem manu ſuſtinens.

LIV.* 225. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum.

L ENATOY. Serapis ſedens d. praetendit ſuper concham baſi ſive tripodi impoſitam, s. tenet haſtam cum labaro. (I.) *not.*

226. L ENATOY. Serapis ſtans d. pateram, s. haſtam: ante pedes hircus. (II.) M. Theup.

227. L ENATOY. Vir barbatus ſeminudus ſtans d. florem, s. haſtam: ante pedes aries. (II.) M. Arig.

228. L ENATOY. Iuppiter Ammon d. extenſa, s. tenens haſtam ſtat cum comite ariete. (II.) M. R. G.

229. L ENATOY. Caput Ammonis cum globo. (I.) M. R. G.

LV. 230. *a*. Adverſa, ut n. 220.

L ENATOY. Apollo nudus cum chlamyde laureatus & cincinnatus d. extenſa ſuper tripodem geſtans ceryulum, s. arcum, ſtat obverſus inter duas mulieres haſtatas dextris cubitum facientes. (I.) *not.*

Simi-

225. Serapis dextram protendens ſuper rotundum quid velut cippo impoſitum etiam in aliis numis obvius eſt, ni fallor ab inde anno xv Hadriani, quo triremi vectus cernitur in numo muſei noſtri. Acciperet aliquis pro globo univerſi mundi ſymbolo, qui Serapidis ſummi dei tutelae commendatur. At in praeſenti numo figura diſtinctius efficta liquido pro labro agnoſcitur ſupra tripodem conſtituto, forte, ut Apollinis cortina, divinationem & reſponſa innuente, quibus iam ante magnum Alexandrum, ſi fides Plutarcho atque Arriano, celebris fuit Serapis, ſaltem ſub Ptolemaeis & Caeſaribus oraculo pollens, tranſlata e Graecia, cuius antra poſt Auguſti tempora fere ſiluerunt, in Aegyptum & Africam arte vaticinandi. Sed pro coniectura contendere nolim. Aeque obſcura eſt labari ſignificatio, niſi idem eſſe cenſeas cum vexillo, quod Alexandriae genius nonnunquam manu geſtat, hic deo urbis & maris domino traditum. Conferas notas ad n. 303 in Hadriano, & n. 145 *b*. in Traiano.

230. *a*. Mire cum numo conſentit Macrobius *Saturn.* 1, 22, aiens, *Nemeſis, quae contra ſuperbiam colitur, quid aliud eſt quam Solis poteſtas, cuius iſta natura eſt ut fulgentia obſcuret, quae ſunt in obſcuro illuminet?* Licet enim ſingularem tantum nominet Nemeſin, Solis poteſtatem, duplicem tamen eius indigitat efficaciam, propter quam duplicem finxere veteres, eodem pacto quo ἐριν, ἐρωτα, τυχην, δαιμονα, φωσφορον, Ianum, cet. Evenit quidem ut geminae Nemeſeos apud ſcriptores vix alia inveniatur memoria, praeter quod de Smyrnaeis narrat Pauſanias (7, 5), eos poſt conditam ſibi ab Alexandro no-

vam

LΘι

vam urbem, qui ſomno a binis Nemeſibus hoc facere iuſſus fuerat, pro una plures coluiſſe Nemeſes, & earum matrem Noctem exiſtimaſſe. At minus adcurate rem expedit, nam neque ſoli Smyrnaei Nemeſeos matrem Noctem reputavere, quod iam cecinerat Heſiodus (*Theogon*. 223), neque ſoli binas Nemeſes. Idem placuiſſe Alexandrinis docet numus noſter. Praeterea Mithrae cultoribus, quibus praeſertim adriſit doctrina de duplici principio, probatum demonſtrat muſei noſtri ſarda, qui idem quod numus argumentum copioſius explicat. Siſtit nimirum lucis genium, qui Mithriaco habitu indutus, & mula vectus, comitantibus aſtris Solis atque Lunae, haſta confodit proſtratum humi malum daemona, adſtantibus utrinque Nemeſibus. Senſus clarus, altera Nemeſis ea quae bonos ſublevat, altera quae deprimit malos atque ſuperbos. Perperam nimirum pro ſolius ultionis dea, irato & invido numine, vulgo accipitur, licet ipſi veteres plerumque ita accepere. Auguſtior fuit primitiva eius ſignificatio, idem quod Parca ſive Fatum, ideoque altero nomine Nemeſis appellata ſeu diſtributrix, altero Adraſtea ſeu fortis dea. Ideo Plato in Phaedro (opp. tom.3. p. 248) leges deis atque animabus praeſcriptas Adraſteae tribuit, quam alio loco (4. *de leg*. opp. tom. 2. p.717) vocat *δικης αγγελον*: & Ammianus Marcellinus (l.14. p.30. ed. Valeſ. 1636.) velut in Platonis verba commentaturus ita ait: *Adraſtia, quam vocabulo duplici etiam Nemeſin appellamus, ius eſt quoddam ſublime numinis efficacis, humanarum mentium opinione lunari circulo ſuperpoſitum, vel ut definiunt alii, ſubſtantialis tutela generali potentia partilibus praeſidens fatis: quam theologi veteres fingentes Iuſtitiae filiam, ex abdita quadam aeternitate tradunt omnia deſpectare terrena. Haec ut regina cauſarum, & arbitra rerum, haec diſceptatrix urnam ſortium temperat, accidentium vices alternans: voluntatumque noſtrarum exorſa interdum alio, quam quo contendebant, exitu terminans, multiplices actus permutando convolvit. Eademque neceſſitatis inſolubili retinaculo mortalitatis vinciens faſtus tumentes incaſſum, & incrementorum detrimentorumque momenta verſans, ut novit, nunc erectas mentium cervices opprimit & enervat: nunc bonos ab imo ſuſcitans, ad bene vivendum extollit. Pinnas autem ideo illi fabuloſa vetuſtas aptavit, ut adeſſe velocitate volucri cunctis exiſtimetur: & praetendere gubernaculum dedit, eique ſubdidit rotam, ut univerſitatem regere per elementa diſcurrens omnia non ignoretur.* Frequentius tamen alis deſtituitur, quod iam notavit Pauſanias, comprobant vetera opera, in quibus plerumque ſola brachii directione dignoſcitur, qua flexo cubito menſuram ſignificat. Eadem & Rhamnuſia dea, quae praeterea Venus, Victoria, & Libitina, ſicut Plutarcho teſte Aegyptiorum dea Nephtha, diademate ornata cervulis & victoriolis decoro, dextraque tenens pomum contentionis adhaerente ramulo, (non fraxini ramum, ut perperam habet Winckelman. *hiſt. art*. tom.2. p.191. ſecutus Pauſaniae interpretem) ſiniſtra autem vas Pandorae, in quo caelati *αμυμονες αιθιοπηες*, iuſti Nemeſeos alumni. (Pauſan. 1,33. Harpocr. & Suid. v. *νεμεσεια* & *ραμνυσια*, Il.α',423, & Euſtath.) Reliqua enim quae feruntur de celebri iſto ſimulacro, Phidiae ſive Agoracriti opere, inter fabulas ablego. Numen vero quod Rhamnunte colebatur unum, vitae mortiſque dea, ut Hermes ſuperum inferumque commeator:

*ευιερῳ ραβδῳ θελγων υπνοδωτιδι*
*παντα,*
*και παλιν υπνοωντας εγειρει*:

in Pagi montis ſanctuario ſub duplice ſpe-

231. LΘ. Caput Neptuni fronde coronatum, ad collum tridens. (II.) M. Arig.

232. L ΕΝΑΤΟΥ. Nilus decumbens d. cornucopiae, ſuper quo victoriola, s. arundinem & ſimul crocodilo innixus: ſupra Iϛ. (I.) M. Caeſ.

233. L ΕΝΑΤΟΥ. Serpens arrectus inter caduceum & ſpicam. (II.) M. Theup.

234. L ΕΝ... Ibis ſtans. (III.) Geſn. ex M. Pfau.

235. L ΕΝΑΤΟΥ. Accipiter ſtans. (III.) M. R. G.

LVI. 236. ANTΩNINOC CEB EYCEB. Caput laureatum.
L ΕΝΑΤΟΥ. Aquila ſtans alis explicatis. (AR).

LVII. 237. Alius nonnihil diverſus. (AR).

238. L ΕΝΑΤΟΥ. Hercules leonis exuviis indutus accedit ad rupem, ex qua fons defluit, & porrigit manus tamquam eas loturus, inferne vas cui alligata harpa bidens. (I.) M. Caeſ.

239. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Hercules leonem excipit & ſuffocat. (I.) M. R. G.

240. LI. Hercules aprum humero ferens. (I.) M. Bracc.

241. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Hercules reiecta poſt tergum clava cervum cornubus prehendit, genu premit. (I.) M. Bracc.

242. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Hercules ſtymphalides ſagittis confodit. (I.) M. R. G.

L ΔΕ-

ſpecie adorabatur, ſecunda altera, altera adverſa, altera ortum regente, altera occaſum, eodem plane more quo aſtrum Veneris ſub duplice ſpecie Phoſphori & Heſperi fingi conſuevit. Nec dubium eſt quin in numo aeque ac in gemma, Nemeſium, quae mundi rectorem comitantur, altera orientem indicet fortunam, occiduam altera. Praeterea in numo Apollo verſus alteram protendit cervulum iuventutis & renovationis ſymbolum, verſus alteram arcum & ſagittas mortis vaſtitatiſque inſtrumenta. Adſtitutus vero tripus innuit leges Adraſteae, ſeu aeternae iuſtitiae placita, quae Apollinis ſacerdos deo plena de tripode pronunciare credebatur.

243. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Hercules pelle leonina tectus accedit ad rupem, ex qua fons defluit: inferne vas, cui alligata harpa bidens. (I.) M.M.D. *not.*

LVIII. 244. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ ΕΥC. Caput laureatum.

L ΔΕΚΑΤΟΥ. Hercules Diomedem cum equis conterens. (I.).

LIX. 245. Eadem adverſa.

L ΔΕΚΑΤΟΥ. Hercules taurum domans. (I.).

246. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Hercules clava conterit Echidnam, in binos ſerpentes deſinentem mulierem. (I.) M. R. G.

247. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Hercules cum clava & exuviis leoninis humero iniectis poma decerpit de arbore, cui circumvolutus eſt ſerpens. (I.) M. M. D.

248. LI. Pallas ſtans cum victoriola. (I.) M. Bracc.

249. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Mulier ſtans s. clypeo innixa. (III.) M. Theup.

250. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Spes gradiens. (III.) M. Theup.

LX. 251. Epigraphe, ut n. 244. Caput laureatum cum paludamento.

L ΔΕΚΑΤΟΥ. Aequitas ſtans d. tenet bilancem, s. cornucopiae. (I.).

L ΔΕ-

243. Supra ad num. 118 tranſcripſi Eckhelium de ſimili typo differentem, qui in eo Herculem agnovit poſt purgatum Augiae ſtabulum ſordes deponentem: ſed poſtea inſpecto diligenter opere ſculptili muſei Borgiani, quod unico forte exemplo duodecim Herculis aerumnas parvis figuris exhibet circum grandiora Herculis & Omphales ſimulacra diſpoſitis, dubitare coepi potiuſne proponatur fluvius, ſive canalis quem coniunctis Alpheo Peneoque in Augiae ſtabulum deduxit Hercules. Etenim in marmore Hercules ſimili fere inſtrumento inſtructus terram vellit, & inſimul vaſe ad pedes proiecto profluentem aquam excipit. In numo vero mihi quidem ad opus accedere videtur, inſtrumentis quibus ad dirigendam & deportandam aquam uſurus erat humi collocatis. Vaſe nimirum conſueto fluviorum ſymbolo nihil aliud ſignificari credo quam amnem ab Hercule effodiendum, aqua vero de rupe defluente naturales fluvios, *διιπετεας ποταμους*, quos ipſe nova foſſa excepit & deduxit. Vereor nimirum ne manuum lotio, auctorum nemini memorata, nimis exile videri poſſit monetae argumentum; neque opus eſt ut ſervili illo opificio ſqualorem contraxerit heros, ſi eo modo effecit, quo Apollodori narrationem ſecutus hic expoſui.

Digitized by Google

252.*a*. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Mulier in lectiſternio d. temonem, s. virgam. (I.) M. Theup.

252.*b*. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Eadem figura, ſed intra templum diſtylon. (I.) M. Parm.

LXI. * 253. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Caput laureatum cum paludamento.

L ΔΕΚΑΤΟΥ. Harpocrates nudus cum cincinno pone aurem ſiniſtram, d. ori admovens, s. clavam geſtans humero aptatam, ſubſidet ſuper flore ex humo enaſcente. (II.) *not.*

254. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis velifica & Pharus. (I.) M. Theup.

LXII. 255. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum cum paludamento.

L ΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis velifica. (I.).

LXIII.* 256. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum.

L ΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis ſedens lactat filium s. cornucopiae tenentem. (I.).

LXIV. 257. Alius parum diverſus. (I.).

LXV. 258. Epigraphe detrita. Caput laureatum cum paludamento.

L ΔΕΚΑΤΟΥ. Idem typus, ſed intra templum diſtylon, in cuius aetomate globus cum viperis. (I.).

259. LI. Capita iugata Serapidis & Iſidis. (I.) M. Caeſ.



253. Harpocrates frugum genius cauli inſidens velut ipſe e terra provenire fingitur: quam de eo opinionem Aegyptiis fuiſſe familiarem docet Plutarchus, dum eam refellit, aſſerens, non eſſe Harpocratem legumen aliquod, neque imperfectum & naſcentem deum, ſed antiſtitem & moderatorem humanae theologiae quae eſt puerilis & immatura & incongrua, ideoque ori applicatum habere digitum modeſtiae & ſilentii indicium; praeterea loto hanc ob cauſſam inſidere quod idem & Sol ſit atque ex humido elemento, cuius ſymbolum lotus eſt, extrahat nutrimentum. De clava quam geſtat hactenus nihil inveni apud veteres, ſed iam alio loco (ad Traiani n. 99.) coniecturam propoſui ea adludi ad arcendos a myſteriis profanos, & poenas ſumendas de iis qui profanaverint; quo accedit quod a Graecis quodammodo cum Hercule videatur confuſus, & clava cum reliquas noxas, tum praeſertim malevolos genios abigere creditus. Abſtruſa autem ſunt iſta, neque hic perſcrutandi locus.

Digitized by Google

LXVI. 260. ANTΩNINOC CEB CYCEB. Caput laureatum.
L ΔEKATOY. Caput Serapidis cum pallio ad collum. (AR).
261. LI. Caput Serapidis. (I.) Beger.
262. L ΔEKATOY. Caput Serapidis: ante baculus, cui ſerpens obvolutus. Pat. ex M. Moroſ.
263. L ΔEKATOY. Iuppiter inſidens aquilae, d. globum, s. haſtam. (I.) M. Caeſ.
264. L ΔEKATOY. Aquila ſtans alis explicatis. (II.) Patin.
265. LI. Aquila alis expanſis fulmini inſiſtit, & coronam ore geſtat. (I.) Poc.

LXVII.* 266. AYT K T AI AΔP ANTΩNINOC. Caput laureatum cum paludamento.
LI. Leo gradiens reſpicit ad aſtrum. (II.).

LXVIII. *267.a. ANTΩNEINOC CEB EYCEB. Caput laureatum.
L ΔEK. Camelopardalis ſive Nabus ſtans. (III.) *not.*

LXIX. 267.b. ANTΩNINOC CEB EYCEB. Caput laureatum.
LI. Gryphus ſedens cum rota. (III.).

LXX. 268. AY K T AI AΔP ANTΩNINOC. Caput laureatum cum paludamento.
LI. Serpens gracilior arrectus inter ſpicas & papaver. (II.).
269. L ΔEK. Serpens arrectus cum ſiſtro. (III.) M. Caeſ.
270. L ΔEKATOY. Nilus decumbens d. cornucopiae, in quo figura d. coronam protendens, ſupra IϚ. (II.) M. Caeſ.
271. LI. Caput Genii Alexandriae. (I.) M. Bracc.
272. L ΔEKATOY. Figura militaris ſtans. (AR) M.R.G.

LXXI. 273. ANTΩNINOC CEB EYCEB. Caput laureatum.
L ENΔEKATOY. Roma galeata armorum congeriei inſidens, d. tenet victoriolam, s. haſtam. (AR).

Epi-

267.a. De Nabu, Aethiopica beſtia, & de duplici uſu vocabuli Camelopardalis apud veteres, luculenter egit cl. Barthelemius in interpretatione lithoſtroti Praeneſtini. (*Mem. de l'Acad. des inſcr.* tom. 30. p. 534. 535.)

LXXII. 274. Epigraphe detrita. Caput laureatum.
LIA. Genius Alexandriae in bigis ſerpentum alatarum s. ſinum colligit, d. ſpargit ſemen. (I.).

275. LIA. Triptolemus in bigis ſerpentum. (I.) M. Theup.

276. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Caput muliebre turritum. (II.) M. Ver.

LXXIII.* 277. Epigraphe, ut n. 244. Caput laureatum.
L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Mulier ſtolata galeata & alata ſtat d. demiſſa tenens temonem, s. cornucopiae. (II. fere I.).

LXXIV. 278. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum paludamento.
L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Aequitas ſtans. (I.).

LXXV. 279. Adverſa, ut n. 273.
L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Spes gradiens. (AR).

280. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Mulier nuda ſtans. (III.) M. Theup.

LXXVI.* 281.*a*. Adverſa, nt n. 266.
L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Iuppiter ſeminudus ſellae inſidens d. extenſa pateram, s. haſtam: ante pedes ſtat aquila roſtro reflexo. (I.).

281.*b*. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Serapis ſedens adſtante ſphinge. (I.) M. Parm.

282. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Apollo nudus laureatus & cincinnatus ſtat obverſe, d. cervulum geſtans, s. arcum. (AR) M. R. G. *not*.



282. Didymaeum Apollinem in Alexandrina pecunia eodem prorſus more effictum, quo ſiſtere ſolent Mileſiorum numiſmata, ad Naucratin urbem alludere ſuſpicor, ubi prodente Herodoto Apollinis delubrum Amaſi regnante conditum fuit a Mileſiis, qui ſubſequenti tempore adeo praevaluere, ut magna urbis parte ab eis occupata, Graeci totam civitatem Mileſiorum opus vocarint, & de coloniae origine varia commenti ſint, quae refellere hic non vacat. (Herodot. 12, 178. Strab. 17, p. 1153. Steph. v. γυναικοπολις). Ex hoc Mileſii Apollinis cultu tam remoto aevo in Aegyptum invecto nonnulla manaſſe in Aegyptiorum ſuperſtitionem, & cum ea coaluiſſe, docere videtur cervulus cum in

283. LIA TENTYP. Mulier ſtolata ſtans d. avem, s. haſtam. (1I.) Vaill. ex M. R. G. *not.*

LXXVII. 284. Adverſa, ut n. 274.

L ΔωΔΕΚΑΤΟΥ. Pallas ſtans d. ſuſtinens victoriolam, s. clypeo innixa. (I.).

285. L ΔωΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis velifica. (I.) M. Ver.

LXXVIII. 286. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤωΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum cum paludamento.

L ΔωΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis velifica & Pharus ſolito more. (I.).

LXXIX. 287. Eadem adverſa.

L ΔωΔΕΚΑΤΟΥ. Templum diſtylon ſolito more ornatum, in quo ſedens Iſis filium lactat. (I.).

Alius,

in Alexandrina tum in numorum moneta haud raro obvius, variiſque diis in manus traditus. Etenim apud auctores nulla cervi in Aegyptiis ſacris mentio, neque Aegyptium eſt animal, regioni ſilvis ſaltibuſque carenti parum congruum, hodieque, ſi viatoribus fides, inde exulans. (Maill. *deſcr. de l'Eg.* p.21*. Granger *relat.* p.236. Pococ. *deſcr. of the Eaſt* t.1. p.204 Ariſt. *hiſt. anim.* 8, 28). Neque offendi in monumentis Graecorum in Aegypto imperium certo praecedentibus. Si vero inquiris in cauſſam & originem, quo pacto ab Aegyptiis Graeciſve Apollini praeſertim cervus tributus ſit, duplicem invenies rationem. Alteram, quod Solem, cuius radii conſtanter ſagittis adſimilati fuere, venatoris nomine decorarint priſci homines, quibus venatione nec nobilior neque utilior alia occupatio. Alterum quod velox animal, renovatis cornubus quotannis velut repueraſcens, praeſertim convenire viſum ſit deo ſemper iuveni & ſumma velocitate nec ceſſanti motu circumacto. Addo quod idem & vitae mortiſque moderator, inde Paean dictus atque Anax, a feriundo & iuvando, ideoque dum ſiniſtra tenet feralia tela, laeto omine dextra praefert hilare & agile animal, ſalutis iuventutiſque emblema, pro quo, teſtante Macrobio (*Saturn.* 1, 17), veteres nonnunquam Gratiarum icunculas ei ſuſtinendas tradidere. Habet nonnulla huc ſpectantia Horapollo (*hierogl.* 2, 21), qui nimirum hoc loco ut alias plerumque ſe magis Alexandrinum quam Aegyptium hominem manifeſtat. Nam, ut diximus, fruſtra quaeres cervum in Aegypto & in hieroglyphicis. Animal vero quod cornubus prehenſum Harpocratis vel Tati ſimulacra, una cum ſcorpio & ſerpentibus dextera tenere conſueverunt, rectius pro oryge accipies, licet hunc diis infenſum prodant veteres (Horap. *hierogl* 1, 49). Huiuſcemodi ſimulacra tria proſtant in muſeo noſtro, bina in collectione comitis Caylus (tom.4 tab.6, to.7 tab.6), bina apud Kircherum (*Oedip.* tom. 3 pag.502, *Obel. Pamph.* p.7), ſed quorum poſterius in muſeum noſtrum transmigravit.

283. Non offendi in muſeo R. G. & ſuſpicor eſſe eumdem quem inde exhibui in Hadriano n. 232.

LXXX.* 288. Alius, ſed in area intra templum conſpicitur palmae ramus. (I.).

LXXXI. 289. Eadem adverſa.

L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Templum diſtylon, in quo Serapis ſedens d. extenſa verſus adſtantem Cerberum, s. haſtam tenet. (I.).

290. Alius, ſed pro Cerbero aquila. (I.) M. Theup.

291. LIB. Caput Serapidis collo tangens parvum globum baſi quadratae impoſitum: baſi ab altera parte affixum eſt cornucopiae, ab altera tridens cum circumvoluto delphino. (I.) M. R. G. *not.*

292. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Iuppiter ſuper aquila. (I.) M. M. D.

293. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Figura barbata ſeminuda ſedens d. protenſa, s. caduceum. (I.) M. Arig. *not.*

294. LIB. Harpocrates digito ori admoto. (III.) M. Bodl.

295. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Templum diſtylon, in quo mulier decumbens in lectiſternio. (I.) M. Theup.

LXXXII. 296. Adverſa, ut n. 242.

L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Fortuna ſtans. (I.).

297. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Nilus decumbens cum crocodilo. (I.) M. Arig.

298. LIB. Serpens arrectus. (IV.) M. Bracc.

299. LIB. Imperator in quadrigis triumphalibus: (II.) Hard. ex M. Bignon.

300. LIΓ. Imperator eques pacificatoris habitu, d. elata, s. ſceptrum. (I.) M. Theup.

LXXXIII. 301. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LIΓ. Aequitas ſedens. (AR).

Epi-

291. Globus ſupra baſin ſignificare videtur tellurem ſtabilem, quam regit Sol Serapis, foecundant fluvii quorum ſymbolum eſt cornucopiae, cingit & velut ſuſtinet Neptunus.

293. Hermes Triſmegiſtus, de quo ſupra.

LXXXIV. 302. Epigraphe detrita. Caput laureatum cum paludamento.
L. ΤΡΙCΚΑΙΔ. Aequitas ſedens. (I.).

LXXXV. 303. Adverſa, ut n. 301.
LIΓ. Victoria gradiens cum corona & palmae ramo. (AR).

LXXXVI.* 304. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤⲰΝΙΝΟC CЄΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LIΓ. Protome Harpocratis nuda cum diademate & flore in capite, d. ad os elevata: pone clava. (II.).

305. Similis, ſed pro clava eſt ſceptrum, cui inſidet avicula. (III.) M. R. G.

306. LIΓ. Capita iugata Serapidis & Iſidis (I. orbe praeterea alius metalli cinctus) M. R. G.

307. L ΤΡΙCΚΑΙΔ. Caput Iovis diadematum, quaſi alae ſupra, Poc. *not.*

308. L ΤΡΙCΚΑΙΔ. Dioſcuri equites. (I.) M. R. G.

309. LIΓ. Iuvenis nudus gradiens d. elata, s. amiculum. (III.) M. Arig.

310. LIΓ. Vir ſtans d. ſpicas, s. caduceum. (III.) M. Theup.

LXXXVII. 311. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤⲰΝΙΝΟC CЄΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LIΓ. Caduceus cum binis ſpicis. (II.).

312. LIΓ. Caduceus alatus. (III.) M. Bracc.

313. LIΓ. Serpens arrectus. (IV.) M. Theup.

LXXXVIII.* 314. Epigraphe detrita. Caput laureatum.
L ΤΡΙCΚΑΙΙϚ. Nilus decumbens d. gerit cornucopiae, e quo emergit puer coronam fluvio offerens, s. qua crocodilo innititur, arundinem. (I.) *not.*

Alius

307. Subſtitui annum XIII pro obſcuris characteribus IIPIBKA, qui leguntur apud Pocockium.

314. Cubitorum numerus cum annorum vocabulo eodem verſu perſcriptus primo obtutu confundit oculum, maxi-

LXXXIX. 315. Alius fere ſimilis. (I.)

316. Similis, ſed L ΤΡΙCΚΔΕ Iς. (I.) M. Theup.

317. LIΔ. Nilo rupi inſidenti coronam offert mulier ſtans e regione cum palmae ramo. (I.) M. Arig.

XC. 318.*a*. Adverſa, ut in n. 311.

LIΔ. Caput Genii urbis Alexandriae cum ſpoliis elephantinis in capite, & chlamyde ad humeros. (I.).

318.*b*. LIΔ. Genius Alexandriae ſtans d. ſpicas, s. haſtam. (II.) M. Arig.

XCI. 319. Epigraphe detrita. Caput laureatum cum paludamento.

LIΔ. Genius Alexandriae ut ſupra ſerpentum bigis vectus. (I.).

320. LIΔ. Victoria in bigis draconum. (I.) Hard. ex M. Chamil.

321. LIΔ. Proſerpina in curru a ſerpentibus vecto; Pat. ex M. Moroſ.

322. LIΔ. Currus a ſerpentibus vectus. Pat. ex M. Mor.

XCII.* 323. ΑΝΤΩΝΙΝΟC CΕΒ ΕΥCΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LIΔ. Mulier galeata ſeminuda ſellae inſidens d. victoriolam, s. haſtam. (AR) *not.*

XCIII. 324. Eadem adverſa.

LIΔ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (AR).

325.*a*. LIΔ. Gryphus cum rota. (I.) M. Caeſ.

XCIV. 325.*b* Adverſa, ut n. 324.

LIΕ. Serpens exilior arrectus, adſtituto ut videtur caduceo. (II.).

326. LIΕ. Cetera ſimilis n. 313. (I.) M.R.G. *not.*

LIΕ.

maxime omiſſo τῳ ΔΕΚΑΤΟΥ, qui compendii modus frequenter offenditur, dum τριςκαι, εννεακαι haud ambigue indicent annum decimum tertium & decimum nonum.

323. Forte Venus Victrix, cuius & urbis Romae commune templum ingenti celebritate dedicaverat Hadrianus.

326. Litterae numerales male affectae ſunt, attamen annum XV, quem in numo offendit Vaillantius, ſiſtere videntur.

Digitized by Google

327. LIE. Duo Canopi iugati ſupra aquilam. Patin. ex M. Moroſ.

328. LIE. Aries ſtans ante aram, ſupra eum caput Ammonis globo ornatum. (I.) M. M. D.

329. LIE. Capita iugata Antonini & Fauſtinae ſub typo Solis & Lunae. (I.) M. Caeſ.

330. LIE. Imperator in quadrigis praeeunte praecone. Hard. ex M. Chamil.

331. LIE. Mulier decumbens in lectiſternio. (I.) M. Caeſ.

332. LIE. Dea capite turrito d. temonem, s. victoriam. (I.) Hard. ex M. Fouc.

333. LIE. Mulier tutulata ſtans d. tenet temonem, s. icunculam cum flore in capite, quae d. extendit, s. habet taedam. (I.) M. R. G. *not.*

334. LIE. Aequitas ſtans. (II.) M. Theup.

XCV. 335. Epigraphe ut n. 286. Caput laureatum cum toga.
LIE. Aequitas ſedens. (I.).

XCVI.* 336. Eadem adverſa.
LIE. Templum quatuor columnarum, in quo ſtat mulier velata ſacra faciens ad aram: ſupra tectum cacuminis loco conſpiciuntur tres delphini in pyramidem conglutinati, utrinque vero ſuper angulis acroſtolia: infra epiſtylion ſertis ornata ſunt intercolumnia. (I.).

XCVII. 337. Epigraphe detrita. Caput Antonini laureatum.
LIE. Caduceus inter duas ſpicas. (II.).

XCVIII. 338. LIς. Cetera ſimilis. (II.).

XCIX. 339. Adverſa, ut n. 286.
LIς. Pharus ut ſupra, ſed ab alio latere conſpicienda. (II. fere I.).

340. LIς. Fluvius decumbens d. puerum, ſub s. cubito crocodilus. (III.) M. Theup.

LIς.

333. Pro abundantiae cornu Fortunae ſuſtinendum tradidere ſimulacrum Iſidis Cereris, quae numen abundantiae.

Digitized by Google

341. LIϛ. Vir barbatus nudus ſtans d. pede baſin premit, d. avim tenet, s. haſtam & amiculum. (I.) M. Arig. *not.*

342. LIϛ. Victoria gradiens. (I.) M. Theup.

343. LIϛ. Fortuna ſtans. (I.) M. Arig.

C. 344. Adverſa, ut n. 286.
LIϛ. Spes gradiens. (I.).

CI.* 345. ANTωNINOC CEB ΕΥCΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LIϛ. Figura barbata togata, s. ut videtur volumen tenens, & altera muliebris velata s. gerens haſtam, dexteras iungunt. (AR).

346. LIϛ. Protome muliebris velata d. ramuſculum. (I.) M. M. D.

CII. 347. Adverſa, ut n. 286.
LIϛ. Caput Iovis laureatum cum pallio ad humeros. (I.).

348. LIZ. Caput Ammonis. (I.) M. Caeſ.

CIII. 349. Adverſa, ut n. 286.
LIZ. Caput Serapidis, ut ſemper diadematum, & cum pallio ad pectus. (I.).

350. LIZ. Serapis in quadrigis. Pat. ex M. Moroſ.

CIV. 351. ANTωNINOC CEB ΕΥCΕΒ. Caput laureatum.
LIZ. Iſis velifica. (AR).

CV.* 352. Adverſa, ut n. 286.
LIZ. Serpens praegrandis cum capite, uti eſt caput Serapidis, in varios gyros convolutus aſſurgit inter ſpicas. (I.) *not.*

353. LIZ. Aquila alis explicatis, ſupra quam caput Serapidis inter duo aſtra. (I.) M. R. G.



341. Subſtitue pro avi delphinum, pro haſta tridentem.

352. Serpens divinitatis & naturae ſymbolum, idem & ſpeciali ſuperſtitione pro bono genio habitus. Alexandrini autem ſicut aliquando Neronem, ita praeſenti numo Serapidem celebrant bonum genium & naturae dominum. Vide n. 10. 11. 19. in Nerone.

Digitized by Google

CVI. 354. ANTωNINOC CЄB ЄΥCЄB. Caput laureatum.
LIZ. Aquila alis expanſis ſtans roſtro geſtat coronam. (I. ſolito craſſior).

CVII. 355.*a*. Eadem adverſa.
LIZ. Gryphus ſedens cum rota. (III.).
355.*b*. LIZ. Sphinx cum loto in capite ſedet pede d. rotae impoſito. (I.) M. Parm.

CVIII.* 356. Epigraphe, ut n. 354. Caput laureatum cum togā.
LIZ. Caduceus alatus. (II.).
357. LIZ. Ara. Pat. ex M. Moroſ.

CIX.* 358. Adverſa, ut n. 356.
LIZ. Templum hexaſtylon ornatum ſupra cornicem ut illud n. 336. (I.).

CX. 359. Alius fere ſimilis.

CXI. 360. ANTωNINOC CЄB ЄΥCЄB. Caput laureatum cum paludamento.
LIZ. Lectiſternium Fortunae. (AR).

CXII. 361. Eadem epigraphe. Caput laureatum.
LIZ. Aequitas ſedens. (AR).

CXIII. 362. Adverſa, ut n 286.
LIZ. Roma ſedens d. haſtam s. victoriam. (I.).

CXIV. 363. Eadem adverſa.
LIZ. Imperator in quadrigis triumphalibus. (I.).
364. LIZ. Nilus decumbens cum crocodilo d. arundinem, s. cornucopiae: e regione puteus lineis diſtinctus ad fluvii auctus diſcernendos, & fornice tectus, ſub quo ſtat puellus nudus. (I.) M. Ennerii. *not.*

Simi-

364. 365. 366. Supra numum recenſuimus Nilometrium ſola quadrata baſi cum fornice adumbrantem: eruditiores iſti puteum ſiſtunt compluribus lineolis ad metiendos fluvii auctus diſtinctum, adduntque genium cubitorum numerum ex puteo ſciſcitantem. Gratulor equidem mihi, cui inſignes numos multumque facientes pro Aegyptia antiquitate cum eruditis communicare primo contigit, ſed doleo facultatem defuiſſe aere inciſos exhibere, ex verbali deſcriptione, licet pro viribus diligenti, vix probe intelligendos. Numum aliquo modo ſimilem ei quem ſub n. 364. ſiſtimus, conſpicere datur in iconiſmis

365. Similis, ſed cornucopiae inſidet parva figura coronam fluvio imponens, atque in fornice ſupra puelli caput inſcriptum eſt IS. (I.) M R. G. *not.*

366. Alius, ſed Nilometrio adſtituta eſt columella, ſuper qua in genua procumbit puerulus, & intus proſpicit: ſub fornice cernitur numerus cubitorum Nili. (I.) M.R.G., & M.M.D. *not.*

CXV.* 367. AT (sic) K T AI AΔP ANTωNINOC CEB EY. Caput laureatum cum paludamento.

LIH. Mulier ſtans d. elata tenet ſpicas, s. temonem inverſum; utrinque navis, quae a dextris velo explicato: inferius a dextris mulier ſeminuda cum cornucopiae humi decumbens, a ſiniſtris fluvius itidem deſidens, quem circumludit puellorum agmen. (I.) *not.*

368. LIH. Iſis velifica & Pharus. (I.) Triſtan.

369. LIH. Neptunus nudus d. pede premens ſaxum, d. delphinum, s. tridentem. (I.) M. R. G.

CXVI.* 370. AYT K T AIA AΔP ANTωNINOC CEB EYC. Caput laureatum cum toga.

LIH. Caput Ammonis cum cornu arietino & globo. (I.).

371. LIH. Caput Solis radiatum. (I.) M. Arig.

372. LIH. Caput Apollinis. Pat. ex M. Moroſ.

373. LIH. Aquila alis expanſis, roſtro coronam. (I.) M. Arig.

374. LIH. Imperator in quadrigis. (I.) M. Caeſ.

375. LIH..... NOΓA. Nulier ſtans d. pateram ſuper aram, s. cornucopiae. (I.) M. Theup. *not.*



niſmis muſei Farneſiani, ſed adeo depravatum ut de Nilometrio vix alicui ſubveniat cogitatio. Suſpicor quoque eiuſdem argumenti fuiſſe alterum Traiani, quem ex Eckelii catalogo tranſcriptum exhibui n.226.

367. Eleganti typo celebratur Alexandriae ſitus, qui talis fuit, ut Nili aeſtuantes alvei, pingue Aegypti Libyaeque ſolum, & mare velis conſitum ad eam ſupra reliquas Romani orbis civitates evehendam conſpirarent.

375. Lege OMONOIA.

376. LIH ΜΑΡΕΩΤΗϹ .. Serapis ſtans cum modio & pallio d. ſuſtinet leonem, s. tenet haſtam. (I.) Vaill. ex M. Nointel. *not.*

377. LIH ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤ.. Figura virilis ſeminuda ſtat d. geſtans leonem, s. haſtam. (I.) M. R. G. *not.*

LIH.

376. Suſpicio eſt typum eundem eſſe quem habet alter huius praefecturae numus, ſupra n. 206. *εξ αυτοψιας* deſcriptus.

377. Leonem Leontopolitis pro deo fuiſſe trita res eſt, mira tamen ſi urbis ſitum conſideres in medio Delta alendis terreſtribus feris parum apto, ut neque accepti beneficii memoria, nec damnum placatione avertendum, beſtiae cultum conciliaſſe videantur. Subvenit coniectura, Leontopolitas ex Aethiopia Libyave advenas e nativis ſaltibus ferum deum ſecum advexiſſe, poſitiſque in Delta ſedibus patrio cultu diſcretos fuiſſe a reliquae Aegypti incolis: nam ii ſoli leonem adoraſſe perhibentur. At leoninae figurae in Aegyptiacis monumentis omnis fere generis omniſque aetatis ſolemnitas aliam eamque univerſaliorem rationem inveſtigare ſuadet. Silent auctores praeter Horum, qui in hieroglyphicis ait creſcentem Nilum leonis pictura ſignificari, ſed in ratione expedienda non ſatisfacit. (*hierogl.* 1, 21). In Mithriacis & Genethliacis, nec non in Harpocratea tardioris aevi fabula, Leo Sol eſt prope Zenit conſtitutus, qui facili tranſitu animali calido atque invicto adſimilatur: unde & forte evenit, ut ſidus quo maxime fervet Sol leonis nomine inſigniretur. Minus obvium eſt cur leonis imagine fluvium cohoneſtarint hieroglyphicorum magiſtri. Repetit quidem Horus a leone ſigniferi, quo dominante praeſertim aeſtuat Nilus, at nobis in tam remota antiquitate nimis ſubtilis viſa eſt ratio, dum neque conſtet fuiſſe in Aegyptiorum zodiaco ſignum leonis, ſed contrarium ſuadeant hieroglyphica zodiaci, quae ab Aegyptiis originem ducere probabile eſt, pro leonis imagine ſerpentem offerentia. Faciliorem ſymbolicae picturae occaſionem, tranſitu humanae menti magis familiari obtulere catarractae, ubi tum impetu tum fragore leonis & robur & mugitum imitari videtur fluvius. Neque abſimili argumento mari & Neptuno conſecrarunt Graeci taurum. Accedit quod in Aegyptia lingua leo ſimili fere vocabulo notetur atque aqua: ⲙⲟⲩⲓ nimirum leo eſt, ⲙⲱⲩ aqua: cum dubium vix ſit multas Aegyptiorum characterum ſignificationes ex vocum homoeophonia derivari, ſaltem ea corroborari. Probabile igitur eſt leonem, quem venerati ſunt Leontopolitae, fuiſſe vetuſtum Nili ſymbolum peculiari religione conſecratum in urbe quae Niliaci Delta centrum efficiebat. Suſpicor praeterea Oſymandei templi emblemate, quod celebratur Diodoro, viro nimirum pugnante adverſus leonem, reſpici potuiſſe ad aeſtuantis fluvii vim a provido rege foſſis atque aggeribus domatam. Sicut vero leonis effigie fluvium pinxere, ita terram late ſe diffundente Nilo tectam atque foecundatam ſimulacro mulieris cum leonis capite, mammis & ventre turgidis, quale centies conſpicitur in Aegyptia antiquitate, dum virilem ſtatuam cum leonina facie nondum offenderim. Villos autem, qui in vetuſtis Aegyptiae artis monumentis fere ad radiorum inſtar leonina capita cingere ſolent, atque ab Horo ad ſolares radios referuntur, rectius adludere puto ad aquae profluviem eodem pacto quo in Graecis operibus Iovis Pluvii promiſſa barba.

378. LIH ΜΕΜΦΕΙΤΗC. Iſis gradiens: pone apis bos. Harduin. *not.*

379. LIH ΜΕΜΦΕΙΤΗC. Oſiris loto in capite ornatus (*in iconiſmo* barbatus cum gallina capiti incubante), d. haſtam, s. ſiſtrum ut videtur, pro pedibus bos apis. (I.) Vaill. *not.*

380. LIH ΟΞΥΡΙΝΧΙΤ. Mulier galeata ſtans d. bipennem, s. extenſa victoriolam. (II.) Harduin. *not.*

CXVII. 381. ΑΝΤΩΝΙΝΟC CΕΒ ΕΥCΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

ΘΙ J. Aequitas ſedens. (AR).

382. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.... ΕΥCΕΒΗC. Caput laureatum.

LIΘ. Aequitas ſedens. (I.) M. Caeſ.

383. LENN.-.. Roma ſedens. Pat. ex M. Moroſ.

384.*a*.LIΘ. Typus fere, ut n.336. (I.) M. Theup.

CXVIII. 384.*b*.Epigraphe detrita. Caput laureatum cum paludamento.

LIΘ. Protome Nili fronde coronata. (I.).

CXIX. 385. ΑΝΤΩΝΙΝΟC CΕΒ ΕΥCΕΒ. Caput laureatum.

LIΘ. Sphinx decumbens. (III.).

386. Caput Antonini anepigraphon.

LIΘ. Serpens foemina arrecta. (IV.) M. Ennerii.

CXX. 387. Adverſa, ut n. 370.

LK. Serpens cum capite Serapideo arrectus inter duas ſpicas. (I.).

CXXI.*388. Eadem adverſa.

LK. Equus gradiens ephippio ornatus, cui inſidet ſerpens arrectus cum capite Serapideo. (I.) *not.*

389. LK. Hircus cum flore in capite, ſupra eum caput Serapidis, infra flos. (I.) M. Theup.

CXXII. 390.*a*. Adverſa, ut n. 370.

LK. Caput Serapidis diadematum. (I.).

AY

378. 379. Idem numus bis male deſcriptus, nam verum typum protulimus ex muſeo noſtro cum anno octavo, n. 215.

380. Fere ſimilem, ſed primi moduli laudat Vaillantius in muſeo regis Galliae, hodie quidem non amplius proſtantem.

388. Habes in Vere ſimilem numum cum epigraphe HAIOC.

CXXIII.* 390.*b.* AY KAI AΔP ANTΩNINOC CEB ΕΤC. Caput laureatum cum paludamento.
LK. Caput Iovis modio ornatum, praeterea cornu arietino, & radiis, cum baculo ſerpente obvoluto ad humeros, pallio ad pectus. (I.).
391. LK. Serapis d. caduceum, s. palmam. Patin. ex M. Moroſ.
392. LK. Iuvenis ſeminudus tutulatus ſtans d. caduceum, s. palmae ramum. (I.) M. Arig.
CXXIV.* 393. Epigraphe detrita. Caput laureatum.
LK. Neptunus nudus cum palliolo volitante d. pede ſcopulo inſiſtit, s. ſuſtinens delphinum, d. gerens tridentem. (I.).
394. LK. Pallas ſtans cum victoriola, haſta, & clypeo: ante pedes noctua. (I.) M. Ver.
395. LK. Pallas ſtans d. victoriolam, s. clypeum. (I.) M. Theup.
396. LK. Mater deûm d. pateram, s. tympanum, ſedet inter duos leones. (I.) M. Arig.
397. LK. Protome Nili, d. tenens arundinem. (I.) M. Theup.
398. LK. Fluvius decumbens, d. cornucopiae cum puero, s. arundinem, in imo crocodilus. (I.) M. Theup.
399. LK. Ara ignita. (IV.) M. Ver.
400. LK. Roma armis inſidens. (I.) M. T8eup.
CXXV.* 401. AY KAI AΔP ANTΩNINOC CEB ΕΤC. Caput laureatum cum paludamento.
LK. Imperator eques togatus & laureatus pacificatoris habitu d. effert, s. gerit baculum. (II.).
CXXVI. 402. Adverſa, ut n. 286.
LK. Aquila ſtans & retroſpiciens roſtro geſtat coronam. (I.).
403. LK. Aquila volans ſurſum reſpicit. (V.) M. Theup.

LKA.

Digitized by Google

404. LKA. Aquila ſtans. (I.) M. Caeſ.

405. LKA. Aquila alis expanſis, ſupra quam Harpocrates ſtat inter capita adverſa Serapidis, & Iſidis: pone caput Serapidis eſt orbis forte Solis, pone Iſidis caput Luna bicornis. (I.) M. Farn.

406. LKA. Caput barbatum cum modio pectore tenus ex adverſo. (I.) M. Theup.

407. LKA. Caput Iſidis. (I.) M. Caeſ.

CXXVII. *408. Adverſa, ut n. 370.
LKA. Caput Solis diadematum & radiatum cum chlamyde ad humeros. (I.).

409. LKA. Cervus gradiens. (IV.) M. Ver.

410. LKA. Figura ſtolata cum flore in capite inſidens dorſo lupi currentis d. geſtat cornucopiae, s. baculum. (I.) M. R. G. *not.*

411. LKA. Nilus rupi inſidens d. arundinem, s. cornucopiae; iuxta crocodilus. (I.) M. Caeſ.

412. LKA. Figura militaris rupi inſidens, d. pateram, s. parazonium. (I.) M. Arig.

413. LKA. Victoria gradiens. (III.) M. Theup.

CXXVIII. *414. Adverſa, ut n. 370.
LKA. Pallas ſtans d. victoriolam, s. clypeum ad terram: pone eam columna, cui inſiſtit parvum ſimulacrum.. (I.) *not.*

CXXIX. 415. ANTωNINOC CEB EYCEB. Caput laureatum.
LKB. Pallas ſtans d. haſtam, s. clypeum ad terram. (AR).

416. LKB. Mars gradiens cum haſta & ſpoliis. Hard. ex M. Fouc.

417. LKB. Mercurius ſeminudus d. tenens caduceum, s. oblongum palmae ramum, ſtat comite cane. (II.) M. R. G.

Adver-

410. Harpocrates, de quo ad Hadriani n. 415, & Traiani n. 76.

414. Numum cuius ſenſum eruere fruſtra conatus ſum, eruditioribus proponere cogor.

CXXX. 418. Adverſa, ut n. 415.
LKB. Fortuna ſtans. (II.).
419. LKB. Protome Victoriae. (I.) M. R. G.
420. LKB. Caput Genii Alexandriae. (I.) M. R. G.
421. LKB. Caput Serapidis. (I. ſolito maior) M.R.G.
422. LKB. Protome quae videtur Nili: ante faciem fulmen. (AR) M. R. G. *not.*
423. LKΓ. Equus gradiens, ſuper cuius dorſo ſerpens arrectus cum capite humano. (I.) M. Caeſ.
424. LKΓ. Mulier ſeminuda gradiens d. bilancem, reſpiciens retro caput foemineum; in area aſtrum. (I.). M. Theup. *not.*

CXXXI.* 425.*a.* Epigraphe, ut n. 415. Caput laureatum cum toga.
LKΓ. Iſis ſedens filium flore in capite ornatum, & s. cornucopiae tenentem lactat: ſellae in parte ſuperiori inſiſtit avicula. (AR).

CXXXII. 425.*b.* Alius. (II.).

CXXXIII.* 426. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum paludamento.
LKΓ. Vir ſeminudus cum tutulo in capite ſtans d. demiſſa tenet caduceum, s. oblongum palmae ramum, cane ad pedes adſidente atque adblandiente. (AR).

CXXXIV.* 427. Eadem adverſa.
LKΓ. Duae mulieres ſtantes, quarum quae a dextris d. gerit ſpicas, s. colligit veſtem, altera, quae capite eſt tutulata, d. tenet cornucopiae, s. pateram. (AR).
428. LKΓ ΕΥΘΗΝΙΑ. Mulier humi ſedens, d. ſpicas. (I.) M. Caeſ.

LKΓ.

422. Nilo ſuo Iovem adſimilant.
424. Caeleſtis Virgo quam comitatur aſtrum Mercurii. Docet numus inſimul cum altero n. 435. non ſolo anno octavo in moneta ſignata eſſe ſigna zodiaci cum habitatoribus planetis. Vide notam ad n. 162.

Digitized by Google

429. LKΓ. Figura muliebris ſtolata ſtans ad aram, d. aliquid tenet, s. veſtem colligit. (I.) Poc.

430. LKΓ. Pallas ſtans d. victoriolam, s. clypeum, ad pedes noctua, in area haſta. (I.) M. Arig.

431. LKΓ. Victoria globo inſiſtens. (II.) M. Arig.

432. LKΓ. Antoninus & Marcus ſtant togati. (I.) Hard.

433. LKΔ. Aquila alis expanſis ſupra fulmen. (I.) M. Theup.

434. LKΔ. Caput Iovis Ammonis ſupra arietem, ante quem ara. (I.) M. R. G.

435. LKΔ. Centaurus cum aſtro ſuper fronte ſaltu ſeſe efferens arcum tendit: ſuperius eſt caput barbatum laureatum. (I.) M. Arig.

436. LKΔ. Duo iuvenes nudi ſtantes intermedio tertio ſeminudo; omnes tutulati, ſiniſterior cum cornucopiae. (I.) M. Arig. *not.*

CXXXV. 437. ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum.

LKΔ. Iſis ſedens filio ubera praebet. (I.).

438. LKΔ. Perſeus chlamydatus cum galea recurva d. tenens falcem humero adplicatam, s. porrigit Andromedae induſio tectae atque de rupe deſcendenti. (I.) M. R. G.

439. LKЄ. Protome muliebris velata d. tenens ſpicarum faſciculum, s. ſiſtrum. (I.) M.R.G. *not.*

440. LKЄ. Equo currenti inſidet ſerpens cum capite Serapidis. (I.) M. R. G. *not.*

Dd LKH.

436. Dioſcuri aſtriferi, in quorum medio vel Serapis tutulatus & ſeminudus, vel Mercurius, cuius domicilium Gemini in ſignifero circulo.

439. 440. Ingens eſt inter ſcriptores diſſidium de duratione imperii Antonini, prodente Xiphilino uno loco annos XXIV, altero ut videtur XXII cum menſibus VII & diebus XXVI, Victore in epitome XXIII, Clemente Alexandrino ſemel annos XXI, iterum XXII cum menſibus tribus & diebus ſeptem, Chryſerote autem, qui Marci libertus, annos XXII, menſes VII, dies VI (apud Theophilum *ad Autolyc.* 3, 27). Huius quidem utpote coaevi & praeſentis ſcriptoris

441. LKH. Caput Iſidis flore loti ornatum, pone quod aquila legionaria. (I.) M. Muſell. *not.*

442. An. detr. Caput muliebre corona turrita inſigne. (II.) Poc.

CXXXVI. *443. Epigraphe detrita. Caput laureatum.
An. detr. Protome muliebris crinibus eleganter compoſitis & ſupra verticem in nodum collectis, cum ſtola ad pectus & peplo utrinque volitante. (I.) *not.*

An.

ptoris teſtimonium maximi ponderis viſum eſt eruditis, quibus obloqui auſus vix forem, niſi ſolemniſſimi errores in rebus, quae Marci liberto in Romana tempora inquirenti aeque ac Antonini imperium compertae eſſe debebant, quales ſunt anni Claudii, menſes Galbae, Vitellii, Titi, vel ſummam conſcribentis oſcitantiam arguerent, vel conſultam depravationem: nam reſpondet minoribus numeris adſcripta infra annorum ſumma. Advertentes quidem chronologi non pati Romanos numos ſignantes trib. pot. XXIV, ut quis ad verba ſequeretur Chryſerotem, ex duratione quam Marco tribuit Dio ſive Xiphilinus, ſtatuere XX diebus falſum eſſe, ut incidat mors Antonini in diem VII martii, poſt iteratam XXIV tribunitiam poteſtatem die febr. XXV. At praeterquod aliqua ſit difficultas ſolis X diebus tot numos fuiſſe percuſſos, omnem fidem ut Chryſeroti ita reliquis auferunt, & nova ratione Antoninorum annos colligere cogunt bini numi Aegyptii, quos hactenus latentes catalogo noſtro inſeruimus, & qui coaevi, publica praediti auctoritate, & a librariorum ſaevitia immunes probant, Antoninum ſaltem non ante exactum menſem auguſtum 914 vita functum eſſe, quo tempore durante adhuc trib. pot. anno XXIV, initium coeperat annus Alexandrinorum XXV. Incipit enim ſecundus annus Antonini a die XXIX auguſti, quae eſt prima dies Thoth fixi Aegyptiorum, A.U.C.891, at ſecundus trib.pot. annus a die XXV februarii 892, adeo ut annus U. C. 914, qui XXIII & XXIV tribuniciae poteſtatis annis occupatur, Aegyptiis audiat XXIV & XXV. Quominus autem aliquis Alexandrinos numos anni XXV poſt Antonini obitum, qui forte acciderit menſe iulio ſive auguſto, in provincia nunciatum cuſos ſuſpicetur, obſunt numi filiorum Auguſtorum cum Marci tum Lucii primo anno inſigniti, qui annus ſignari non poterat, ſi uſque poſt coeptum annum ſecundum pecuniam cum epocha Antoniniana procudere perſeveraſſent Alexandrini. Vixit ideo Titus Antoninus poſt extinctum Hadrianum annis XXIII, menſibus ſaltem duobus: Marcus autem anno quam vulgo creditur tardius abſumptus eſt, die nimirum XVII martii A.U.C.934, nondum exacto anno XXXIV poſt coeptam a Palilibus noni ſaeculi tribunitiam poteſtatem: & complectitur duratio Antoninorum annos XLIII, menſes VIII, dies VII. (Vid. notas ad Commodi n.81, & Elagabali n.23).

441. Corrige: IKA. Protome Harpocratis cum clava, cui inſidet avicula.

443. Comae cultus Venerem indigitat, quae, ut reliqua taceam obvia monumenta, etiam in noſtri catalogi numis inter planetas hoc modo ornata conſpi-

444. An. detr. Capita iugata Solis & Lunae intra duplicem orbem duodecim zodiaci ſigna bis exhibentem. (I.) M. R. G.

445. Abſque anno. Signa zodiaci in circulum diſpoſita, quorum in medio capita iugata Solis & Lunae. (I.) M. Bracc.

446. An. detr. Caput Serapidis ſupra aquilam alis extenſis ſtantem, utrinque ſtella. (I.) Poc.

447. An. detr. Figura chlamydata s. avem, d. haſtam tenet. (I.) Poc.

448. An. detr. Eadem figura, ſed quaſi turris ante. (I.) Poc.

449. An. detr. Protome Harpocratis cum manu ori admota: pone baculus, cui inſidet avicula. (III.) M. Bracc.

450. An. detr. Duo Canopi, ſuper quos aquila volat. Pat. ex M. Moroſ.

451. An. detr. Vir barbatus inſidens hippopotamo d. ſpicas, s. cornucopiae. (I.) M. Theup.

452. Sine anno. ΕΥΘΗΝΙΑ. Mulier ſtans d. ſpicas, ad eius pedes ciſta. (IV.) M. Theup.

453. An. detr. Victoria gradiens ambabus manibus tropaeum geſtat. (I.) M. Theup.

454. Sine anno, Hercules equum clava feriens; ad pedes procumbit taurus; pone conſpicitur hydra. Triſtan. (I.) M. R. G., (ſed ſcalpro reſtitutus).

455. An. detr. Centaurum barbatum gradientem comitatur iuvenis d. elata ſpiculum tenens, s. clypeum. (I.) M. M. D. *not.*



conſpicitur: ſed ſtola & volitans amiculum minus pro Venere facere videntur, quam nudam vel ſeminudam fingere amabant veteres. Neque tamen defuere vel poëtae, vel artifices qui veſtium cultu augeri crederent Veneris venuſtatem. Si vero aliis placebit Iris deorum nuncia, vel Aurora, quam aëreo greſſu Solis equos praecedentem adſcripto nomine exhibet Veri numus, nobis n. 24. deſcribendus: nihil obloquor.

455. Comitatur Chironem Achilles, ſapientem ſenem laeta vis iuventutis.

456. An. detr. Mercurius ſtans d. caduceum, s. thyrſum, pro eius pedibus canis. (I.) M. Theup.

457. An. detr. Templum diſtylon, in quo ſtat Mercurius d. caduceum gerens, s. palmae ramum: adſtat a dextris canis, a ſiniſtris Spei icuncula. (I.) M. R. G. *not.*

458. An. detr. Templum hexaſtylon cum tecto rotundo. (I.) M. Theup.

459. An. detr. Iuppiter ſedens d. extenſa ſupra tripodem, s. haſtam. (I.) M. Theup.

460. An. detr. Equus vel Chimaera gradiens, ſupra cuius dorſum ſerpens arrectus. (I.) M. Parm.

461. Ao. detr. Nilus decumbens, ante quem ſtat mulier d. elata tenens ſpicas, vel ſiſtrum, s. haſtam tranſverſam: (I.) M. Parm.

462. Abſque anni indicio. ΑΠΟΛΛΩΝΟΠΟΛΙΤΗϹ. Vir ſeminudus imberbis ſtans d. tenet haſtam, s. accipitrem tutulatum. (I.) Pellerin.

463. ΝΟΜΟϹ ΜΕΝΔΗϹΙΟϹ. Reliqua ignorantur. (I.) Belley ex M. Pellerin.

## FAUSTINA ANTONINI.

1. ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ LΕ. Fauſtina ſtans ſacra facit ad aram.

   ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹΕΒ. Caput laureatum. (AR) M. R. G. *not.*

2. ΦΑΥϹΤΙΝΑ ΘΕΑ LΕ. Caput velatum faſtigiatum.

   ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Caput laureatum. (AR) M. R. G.

ΦΑΥ-

457. Cordato conſilio Mercurio bono genio coniungitur ſpes ſecundi eventus pronuba.

*Fauſtina Antonini.*

1. Parum adcurate Capitolinus Fauſtinam anno tertio Antonini exſtinctam ait, id eſt ante diem x iulii U.C. 894: nam quinto ſuo anno, qui incipit a die xxix augusti 894, & Auguſtam & Divam celebrant Alexandrini.

3. ΦΑΥCΤΙΝΑ ΘΕΑ LE. Mulier ſtans d. pateram ſuper ara, s. haſtam.

ΑΝΤΩΝΙΝΟC CΕΒ ΕΥCΕΒ. Caput laureatum. (AR) M. R. G. *not.*

## GALERIUS ANTONINUS.

1. Μ ΑΝΝΙΟΣ ΓΑΛ ΑΝΤ ΥΙ Ρ. Caput imberbe nudum cum paludamento.

Victoria d. flagrum, s. coronam ſtat in bigis lentis, praecedente muliere ſtolata, quae d. habenas equorum attingit, s. geſtat palmae ramum. (II.) De Boze ex M. R. G. *not.*

## MARCUS.

### I. *cum annis Antonini.*

I.* 1. Μ ΑΥΡΗΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ ΥΙΟC CΕΒΑC. Caput barbatulum nudum cum paludamento.

ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟC CΕΒ ΕΥ. Caput laureatum. (I.).

II. 2.
III. 3. Alii duo nonnihil diverſi. (I.).

IV. 4. Μ ΑΥΡΗΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ LZ. Caput imberbe nudum.

ΑΝΤΩΝΙΝΟC CΕΒ ΕΥCΕΒ. Caput laureatum. (AR) in M. Theup. (III.).

Μ ΑΥ-

3. Praeter tres quos protuli numos argenteos, priores quidem nondum editos, tertium a Pellerinio, qui primus eum vulgavit, pro unico habitum, qui maioris Fauſtinae nomen inſcriberet, aliam huius pecuniam Aegyptiam non inveni, niſi quod Beauvaius in hiſtoria imperatorum aeneos Fauſtinae numos primi moduli Alexandriae percuſſos raros praedicat.

*Galerius Antoninus.*

1. Numum iam ex iconiſmo mihi ſuſpectum cum propter inſolentem epigraphen, qua Romanorum filium dici putat Galerium Bozius, tum ob Σ in moneta Alexandrina poſt Traianum vix obvium, ubi ipſe inſpexerim oppido ſpurium deprehendi. Eſt enim Hadriani, cuius vultus lineamenta & epigraphen adcommodavit falſarius, ut pro Annio Vero Commodi fratre venumdaret: eraſitque notam, quae numo impreſſa fuerat, anni decimi quinti. (Vid. Hadriani n.299).

Digitized by Google

5. M ΑΥΡΗΛΙΟC ΑΝΤωΝΙΝΟC. Caput imberbe nudum.
ΛΖ. Templum ſex columnarum cum tecto rotundo. (I.) M. Theup. *not.*

6. ΛΗ ΟΜΟΝΟΙΑ. Mulier ſtolata tutulata ſtat ad aram, d. pateram, s. duplex cornucopiae. (I.) M. R. G.

7. M ΑΥΡΗΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ. Caput nudum.
ΛΗ ΜΕΝΕΛΑΙΤΗC. Harpocrates a medio corpore in crocodilum deſinens, d. ori admovet, s. gerit cornucopiae: ante eum ara. (I.) M. R. G. *not.*

8. Eadem adverſa.
ΛΗ ΜΕΝΕΛΑΕΙΤΗC. Duo Canopi intra templum diſtylon. (II.) Pocock e ſcrin. Nordenii.

9. Eadem adverſa.
ΛΗ ΝΑΥΚΡΑΤΙC. Mulier tutulata ſtans d. tenet ſerpentem, s. haſtam. (I.) Pellerinii *not.*

10. Eadem adverſa.
ΛΗ ΠΡΟCωΠΙΤωΝ. Iuvenis togatus cum flore in capite d. attollit, s. clavam tenet. (I.) Vaill. ex M. Fauc. *not.*

ΛΗ

*Marcus.*

5. Cum vix aliud certum monumentum Marco ante defunctum patrem Antonini nomen tribuat, numum hunc, una cum n.13. & 19. ex eodem catalogo tranſcriptis, Commodi eſſe ſuſpicor, quem iam ab inde octobri A.U.C. 918 Caeſarem compellaverat Marcus.

7. De anno conſule notas ad Antonini n 204. 206. de typo Traiani n. 134. Peculiari autem ratione coniungitur cum Menelai nomo, cuius metropolis Canopus myſteriorum ſacrarium, ſemicrocodilus Harpocrates teletarum cuſtos. Simile quid notabis de ſubſequente numiſmate.

9. Iſis Termuthis ſive Nemeſis, aſpide armata, quam propter mortale virus Thermuthidis nomine ferunt inſignitam. (ⲉⲣ facere: ⲙⲟⲩ mors: ϯ-ⲉⲣ-ⲙⲟⲩ, ἡ διδȣσα θανατον).

10. In ſimili numo Antonini n.211. mulierem conſpicere credidi, nimirum Harpocratem androgynum, quem Miſen vocant Orphici:

*ἄγυνην ευιρον τε μισην αρρητον ανασσαν*
*αρρενα και θηλυν διφυη λυσειον ιακχον:*

& de quo pauca monui ad Hadriani n.415. & 169. Etenim quin cum Eckhelio (*Syllog.* 1, p.71.) pro Angerona, Romana dea, accipiam, vetat alter numus Marci n.28, qui eidem figurae Harpocratis vocabulum adſcribit. Ceterum in epigraphe pro Α auſus ſum ſubſtituere Η, libertate nemini improbanda, quicumque adverterit primo anno Antonini Marcum nondum fuiſſe Caeſarem, Marci autem anno primo non convenire nudam Caeſaris appellationem, ideo vel ſpurium eſſe numum, vel erraſſe inſimul Vaillantium atque Harduinum, qui ambo eundem numum ex eodem muſeo cum vitiata epigraphe protulere, alter quidem primi moduli praedicans, alter ſecundi. Legas praeterea ΠΡΟCωΠΙΤΗC, ſed hoc parum refert.

Digitized by Google

11. LH ΜΕΝΔΗϹΙΟϹ. Vir barbatus palliatus flore in capite ornatus ſtat d. tenens haſtam, s. hircum ſuſtinens. (I.) M.R.G. *not.*

12. L ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Aequitas ſedens. (AR) M.R.G.

13. Eadem adverſa.

L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Aequitas ſtans, (I.) M. Theup.

14. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Mulier velata ſedens ante aram ignitam. d. pateram, s. haſtam. (II.) M. Caeſ.

V. 15. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput imberbe nudum cum paludamento.

L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis ſtans e regione Phari velum explicat, d. inſimul tenens ſiſtrum. (I.).

16. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis filium lactat. (I.) M. R. G.

VI.* 17. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput barbatum nudum cum paludamento.

L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Iſis filio clavam gerenti ubera praebens ſedet in templo diſtylo, in cuius faſtigio ſculptus eſt globus cum viperis. (II.).

VII. 18. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput barbatulum nudum cum paludamento.

L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Templum diſtylon, in quo Serapis ſellae inſidens d. imponit globo columella ſuffulto, s. tenet haſtam: in faſtigio templi cernitur globus alatus. (I.).

19. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Caput imberbe.

L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Templum diſtylon, in quo Iuppiter ſedens s. haſtam. (I.) M. Theup.

20. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Nilus decumbens: in area Iς. (II) Hard. ex M. Bignon.

LIB.

11. Mendeſius Zeus, ſive Pana appellare mavis, eſt inter notiſſima Aegyptiorum numina, ſimulacro iam Herodoto deſcripto αιγοπροσωπον atque τραγοσκελεα, licet mire accidat in univerſa Aegyptia antiquitate praeter unicum Graecum numum Panopoleos, Vaillantii auctoritate nixum, nullum unquam conſpectum eſſe monumentum quod Herodoti teſtimonio ſubveniret. Suſpicaretur aliquis hiſtoricum humani quid paſſum ſaltem hircina crura de ſuo adieciſſe. Tantum conſtat a Mendeſiis hircum fuiſſe adoratum, quem in numo manu geſtat loci Genius.

21. LIB. Serpens arrectus. (III.) M. S. Genovefae.
22. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Caput Veri. Pat. ex M. Moroſ.
23. LIΔ. Roma ſedens. (AR) M. R. G.
24. LIΔ. Mulier ſtans d. pateram, s. caduceum: (I.) M. Caeſ.
25. LIΔ. Mulier ſtans d. ſpicas, s. cadeceum. (I.) M. R. G.

VIII. 26. Adverſa, ut n. 18.
LIΔ. Genius Alexandriae ſemen ſpargens vectus in bigis ſerpentum alatorum. (I.).

IX. 27. Epigraphe detrita. Caput ut in n. 18.
LIΔ. Gryphus ſedens cum rota. (I.).

X.* 28. Epigraphe detrita. Caput barbatulum nudum cum paludamento.
LIΕ ΑΡΠΩΚΡΑΤΗϹ. Figura ſtolata & velata cum triplici flore in capite ſtans d. ori admovet, s. clavam gerit. (I.). *not.*
29. LIΕ. Lectiſternium Fortunae. (I.) M. R. G.
30. LIΕ. Victoria gradiens. (AR) M. R. G.

XI. 31. ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput iuvenile nudum cum paludamento.
LIϛ. Sphinx decumbens calantica & vipera in fronte inſignis. (IV.).

XII. 32. Alius fere ſimilis. (III.).
33. Μ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙ... Caput laureatum.
LIϛ. Gryphus cum rota. (III.) M. Theup.
34. LIΖ. Aequitas ſtans. (AR) M. R. G.

XIII. 35. Μ ΑΥΡΗΛ ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum cum paludamento:
LIΗ. Aequitas ſedens. (AR).
36. LIΗ. Caput Solis radiatum: (III.) M. Theup.
37. LI.. Aequitas ſedens. (AR) M. Caeſ.

XIV. 38. Μ ΑΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum cum paludamento.
LΚ. Imperator eques togatus & laureatus d. elata, s. ſceptrum. (II.).

LK.

28. Vide ſupra ad n. 10.

Digitized by Google

39. LK. Duo ſerpentes arrecti. (I.) M. Bracc.
40. LKA. Figura ſtans in quadrigis, ſceptrum tenet. Pocock.
41. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙ.. Caput laureatum.
LKA. Duo ſtantes togati haſtati dexteras iungunt. (I.) M. Theup. *not.*
42. Similis, ſed deſunt haſtae. (III.) M. Theup.
43. Eadem adverſa.
LKB. Iuppiter nudus ſtans d. fulmen, s. haſtam. (II.) M. Theup.
44. LKΓ. Leo gradiens, (II.) M. Bracc.
45. LKΘ. Nilus rupi inſidens. (II.) M. Arig. *not.*
46. LΛ. Caput Solis. (II.) M. Arig.
47. LΛB. Aquila inter ſigna militaria. (II.) Poc.
48. LΛB. Roma ſedens. (II.) M. Arig.
49. LΛΓ, ut videtur. Aequitas ſtans. (I.) M. Caeſ.

XV.* 50. Epigraphe detrita. Caput barbatulum iuvenile laureatum.
Annus detritus. Templum diſtylon, in quo Anubis capite tutulato ſtat d. tenens caduceum, s. palmae ramum, adſidente ad pedes cane: in templi faſtigio globus. (I. plumbeus).
51. An. detr. Panthera capite ſubmiſſo. (II.) Poc.

## II. *cum annis Marci*.

52. ... ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ .. Caput Marci laureatum.
...ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒ LΛ. Caput Veri laureatum. (I.) M. Theup.
53. LB. Caput Genii Alexandriae; retro fax. (II.) M. Arig.

Ee LB.

41. Marcus & Lucius fratres.
45. Commodi eſt cum anno Marci, una cum ſequentibus uſque ad n. 49. Idem ſuſpicor de n. 40.

55. LB. Fluvius decumbens cum crocodilo. (AR) M. Bracc.

56. LB. Victoria gradiens. (III.) M. Theup.

57. LΓ. Victoria in quadrigis. Hard.

58. LΓ. Imperator militari habitu ſtans coronatur a Victoria. (I.) M. R. G.

59. LΓ. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. Arig.; (I.) M. M. D.

60. LΓ ΕΙΡΗΝΗ. Mulier ſedens d. pateram ſuper ara, s. cornucopiae. (I.) M. R. G.

61. LΓ. Mulier ſtans ante aram, d. pateram, s. cornucopiae. (I.) M. Caeſ.

62. LΓ ΕΥΘΗΝΙΑ. Abundantia ſtans. (I.) M. Caeſ.

63. LΓ. Nilus decumbens coram Cerere ſtante. Pat. ex M. Moroſ.

64. LΓ. Nilo rupi inſidenti adſtans mulier coronam offert. (I.) M. Bracc.

65. LΓ. Capita iugata virile radiatum & muliebre cum lunula. (I.) M. Bracc.

66. LΓ. Caput Serapidis. (II.) M. Caeſ.

67. LΓ. Serapis cum adſtante Cerbero ſedet obverſe inter duas mulieres, quarum quae a dextris velata eſt & d. facem tenet, s. forte ſpicas, quae a ſiniſtris d. temonem, s. cornucopiae. (I.) M. M. D.

68. LΓ. Iuppiter ſedens. Harduin.

69. LΔ. Iuppiter ſedens, ad pedes aquila. (I.) M. Bracc.

71. LΔ. Caput Serapidis Ammonis radiatum ante quod baculus cum ſerpente. (I.) M. R. G.

73. LΔ. Caput Apollinis. Pat. ex M. Moroſ.

74. LΔ. Caput iuvenile radiatum. (III.) M. Theup.

XVI.* 75. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ. Caput barbatum laureatum cum paludamento.

LΔ. Iſis cum flore in capite ſellae inſidens ubera praebet infanti d. efferenti, s. cornucopiae tenenti

nenti & capite florem geſtanti : ſtat ante eam ſupra baſin idolum velut in cippum deſinens & infula ornatum, cui adſtitutus palmae ramus: pone eſt Canopus menſae ſive baſi impoſitus: ſellae ad humeros a dexteris inſiſtit avicula, a ſiniſtris vero imminet caput Serapidis. (I.) *not.*

XVII. 76. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΑΝΤ ... Caput barbatum laureatum. LΔ. Fortuna ſedens. (II.).

77. LΔ. Lectiſternium Fortunae. (I.) M. Bracc.

78. LΔ. Figura ſtans d. facem, s. equum. Pat. ex M. Moroſ.

79. LΔ. Imperator ſtans d. pateram ſuper ara coronatur a muliere s. cornucopiae geſtante. (I.) M. Arig.

80. LΔ. Orpheus in medio canenti ſimilis lyram manibus tenet: circumſtat animantium ingens multitudo. (I.) M. R. G.

81. LE. Nilus in capite lotum geſtans, d. cornucopiae, s. arundinem: circum ipſum ludit agmen puellorum, iuxta crocodilus. (I.) Eckhel. ex M. Trombellii. *not.*

82. LE. Nilo ſedenti cum crocodilo offert adſtans mulier coronam. (AR) M. R. G.

83. LE. Duo Canopi. (I.) M. Arig.



75. Eximium numum ſi appellaveris Pantheon Aegyptiacum, haud iniuſto decoraveris vocabulo: ſummus Serapis, vitae origo Iſis cum naſcentium genio Harpocrate, Oſiris mortuerum rex & alexiacos daemon circa initiatorum ſepulcra, Apidis ſymbolum globoſus Canopus, intrepidus Ori accipiter, & ſapientis Anubidis palma. Iſti hieroglyphici explicatione non indigent, neque numus alio pacto illuſtrari poteſt, quam ut tractatum ſcribat aliquis de Aegyptia ſecundi poſt Chriſtum ſaeculi ſuperſtitione.

81. Audiatur de numo Eckhelius, qui primus eum luce donavit: *Hic typus ex aliis monumentis notus, quem numi hactenus inviderunt, quod ſingulare huic numo pretium facit. Nilus decumbens res in Aegypti numiſmatis obvia, minus item rarum videre iis inſcriptum numerum* IϚ, *id eſt* 16, *quo procurata frugum ubertas ope reſtagnantis* 16 *cubitos Nili indicabatur. At vice eius numeri videre totidem puellos circum iacentem ſenem colludere, id nondum in numis animadverſum. Horum quidem aliquot, quod numi area per aevum adroſa eſt, non comparent, at fuiſſe ali-*

84. LƐ. Serapis ſtans in medio Caſtorum ab horum uno coronatur. (I.) M. Caeſ.

85. LƐ. Fortuna ſedens. (III.) M. Theup.

XVIII. 86. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ. Caput radiatum cum paludamento.

LƐ. Aequitas ſtans. (II. fere I.).

87. LƐ ΟΜΟΝΟΙΑ. Dexterae iunctae. (II.) M. Theup. *not.*

88. LƐ. Victoria thoraci inſidens, d. lauream, s. palmam. (I.) M. Caeſ.

89. LƐ. Tropaeum cum captivis. (I.) M. R. G.

90.*a.* LƐ. Imperator eques pacificatoris habitu. (II.) Patin.

Lς.

*aliquando ſexdecim numero, ex aliis monumentis perſpicuum ſit. Narrat Plinius* (*lib.* XXXVI. §. 11.) : *numquam hic* (*lapis baſaltes*) *maior repertus eſt, quam in templo Pacis & Imperatore Veſpaſiano Auguſto dicatus, argumento Nili* XVI *liberis circa ludentibus, per quos totidem cubita ſummi incrementi augentis ſe amnis intelliguntur. Ad quem locum errat Harduinus, qui eamdem ſtatuam bodieque viſi in bortis Vaticanis perperam aſſerit. Illa, de qua bic loquitur Plinius, ex baſalte fuit, neque amplius Romae exſtat, at quae in bortis Vaticanis conſpicitur, ex marmore candido eſt. Aliam Nili effigiem buic ſimilem, ſed exiguam marmoream, vidi Romae in villa Emi Cardinalis Alexandri Albani. Hos quoque puellos Philoſtratus, ubi, qua ratione fingendus ſit Nilus, deſcribit, buic flumini addi vult* : (*in imag.*) περι τον νειλον δι πηχεις αθυρουσι, παιδια ξυμμετρα τῳ ονοματι, και ὁ νειλος αυτοις υπεργανυται, τα τε αλλα, και ὅτι κηρυττουσιν αυτον, οσος αιγυπτιοις προσχυθη : *circa Nilum cubiti ludunt; qui ſunt puelli eiuſdem cum nomine menſurae, & Nilus iis ſummopere delectatur, cum ob alias cauſſas, tum quod indicant, quantus Aegyptiis profuſus ſit. Numi vet. anecdot.* p. 302. Praeterea Nili effigies cum circumludentibus pueris conſpicitur in numis Alexandrinis Traiani n. 185. ex muſeo Pembrockiano, Traiani num. 227. ex Arigonio, Antonini n. 367. e noſtro, & qui nondum editus omnium facile elegantiſſimus, Alexandri n. 39. e muſeo regis Galliae.

87. Occaſione victoriarum, quas de oriente reportavit Lucius, hoc anno in fratrum Auguſtorum numis ſignata videtur Concordia. Etenim Lucius, qui in quintum annum ſolus bellum adminiſtraverat, omnes ex eo honores cum fratre & benefactore communicare voluit, nec Parthici nomen alio pacto recipere niſi ut eo decoraretur quoque Marcus. Uno curru ambo triumphantes urbem intraverunt, cui praeterea impoſiti ſenioris fratris filii Commodus atque Verus, petente Lucio hoc anno Caeſares renunciati. Eodem tempore Auguſti Patres Patriae acclamati ſunt, quem titulum ante fratrem e Syria reverſum Marcus admittere noluit.

Digitized by Google

90.*b*.Lϛ. Aquila ſtans & retroſpiciens. (III.) M. Parm.
91. Lϛ. Tropaeum inter duos captivos. (I.) M. R. G.
XIX.* 92. M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΑΝΤωΝΙΝΟϹ ϹΕ. Caput laureatum cum toga.
Lϛ ϹΗΜΑϹΙΑ. Figura iuvenilis veſte ſuccincta & cothurnis inſtructa, celeri equo vehitur, volitantibus capillis & palliolo, d. elata efferens palmae ramum, s. tenens fraenum. (I.) *not.*
93. Lϛ. Serapis ſedens, in ſellae parte ſuperiore victoriola. (II.) M. Arig.
94. Lϛ. Caput Serapidis, ante quod aſtrum. (I.) M. Bracc.
95. Lϛ. Nilus decumbens cum crocodilo. (I.) M. Arig.
96. Lϛ. Canopus. (I.) M. Bracc.
XX.* 97. Adverſa, ut n. 92.
Lϛ. Duo Canopi, alter cum calantica, alter cum cincinno, ſe invicem adſpicientes. (I.).
XXI. 98. Alius, ſed inter Canopos eſt Luna bicornis. (I.).
99. LZ. Genius Alexandriae in bigis ſerpentum. (I.) M. Theup.
100. LZ. Imperator in quadrigis. (I.) M. Arig. (AR) M. Parm.
101. LZ. Aquila baſi inſiſtens inter duo vexilla. (I.) M. Arig.
102. LZ in corona. (III.) M. Theup.
103. LH. Caput Solis radiatum. (AR) M. Caeſ.
104. LH. Nilus decumbens cum crocodilo. (I.) M. Theup.
105. LH. Currus vectus ſerpentibus. Pat. ex M. Moroſ.
106. LENA. Iuppiter Serapis ſedens in templo diſtylo. (I.) M. Theup.
107. LΘ. Serapis ſtans. Pat. ex M. Moroſ.
108. LΘ. Aequitas ſedens. (I.) M. Arig.
XXII. 109. .... ΑΝΤωΝΙΝΟϹ ϹΕ. Caput laureatum.
LI. Lectiſternium Fortunae. (II.).
110. LI. Iſis filium lactans ſedet in templo diſtylo. (I.) M. Theup.

LI.

92. Conſulas notam ad Veri numum n. 50.

111. LI. Iſis filium lactans. (I.) M. Caeſ.
112. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Serapis ſedens. (I.) M. R. G.
113. LI. Caput barbatum diadematum cum flore in capite, ante quod cornucopiae. (II.) M. Theup.
114. LI. Caput Nili, ante quod ſtat puerulus. (II.) M. Arig.
115. LI. Caput Neptuni. (AR) M. R. G.
116. L ΔΕΚΑΤΟΥ. Pallas ſtans. (II.) M. Arig.
117. LI. Imperator eques pacificatoris habitu. (II.) M. Theup.

XXIII. 118. Adverſa, ut n. 109.
LI in laurea. (II.) *not.*
119. LIB. Nilus decumbens cum crocodilo. (I.) M.R.G.
120. LIB. Aries ſupra quem caput Iovis cum cornu arietino & modio. (I.) M.Theup. (II.) M.Caeſ.

Adver-

118. Caremus numis Alexandrinis cum annis aerae Marci XI & XIV, nam Fauſtinae pecunia utroſque exhibens patre ſuperſtite percuſſa videtur. Decimi quarti inopiam a rebellione Caſſiana repeto, cui cum reliquo oriente Aegyptus quoque adhaeſit, ſaltem vacillavit. Quod vero undecimi anni nullus numus inventus ſit ea videri poterit ratio, quod tunc Aegyptus inteſtino atque crudeli Bucolorum bello lacerabatur, qui gliſcente in dies latronum numero non parvam provinciae partem in rebellionis ſocietatem perduxere, inde Romanis iuſto praelio victis parum abfuit quin ipſam Alexandriam caperent. Dux fuit eis Iſidorus ſui aevi fortiſſimus, una cum Aegyptio ſacerdote qui addita ſuperſtitione amplius inflammaret veſanae gentis rabiem. Hi magnam ſtragem edidere per provinciam Romanos undequaquam opprimendo & regionem populando: donec miſſus e Syria ad eos coercendos Caſſius, is qui poſtea regnum affectavit, perſpiciens turbae inſaniam atque multitudinem a praelio abſtinuit, ſed inducto diſcordiae fomite, in partes diſtraxit, diviſos vero trucidavit. Habitabat autem Bucolorum natio, ſive Heracleobucolos appellare mavis cum Stephano, non procul ab Alexandria, circa Heracleum & oſtium Bucolicum Herodoto memoratum, ibi, ut fama eſt, collocata a priſcis Aegypti regibus, quo peregrinos Racotin appellentes ab interioris regionis aditu cohiberent: fera gens plerumque in navigiis degens & in arundinum latibulis, velut in domibus, cum uxoribus atque liberis, vitam tolerans lacte & piſcibus, nunquam non latrociniis infamis. In hoc tumultu eo proceſſerunt immanitatis, ut cum muliebribus veſtibus induti nonnulli eorum centurionem cum comite dolo cepiſſent, eos hoſtiarum inſtar immolarent, ſuperque viſceribus iureiurando foedus renovarent, ſtatimque humanas carnes alter alteri deguſtandas praeberent. (Dio 71, 4. Capitolin. *Marc.* 21. Vulcat. *Caſſ.* 6. Heliodor. *Aethiop.* 1, 2: 2, 5. Ach. Tatius *de amor. Clitoph.* lib. 4. Weſſeling. ad *itinerarium Anton.* p. 726.)

Digitized by Google

XXIV. 121. Adverſa, ut n. 92.

LIB. Thronus vario cultu exornatus, in quo collocata eſt ciſta operculo tecta, adſtante hinc & inde avicula. (I.) *not.*

122. L ΤΡΙϹΚΑΙΔ. Iſis velifica. (II.) Poc. *not.*

123. LIE. Spes gradiens. (III.) M. Theup.

124. LIE. Canopus. (I.) M. Bracc.

125. LIE. Aries ante aram, ſuperius caput Iovis cum cornu arietino & modio. (II.) M.Bracc.

126. LIϛ. Caput Iovis Ammonis ſupra arietem globo in capite ornatum, ante quem ara. (I.) M. M. D.

127. LIϛ. Caput Serapidis humano pedi ſuper impoſitum. (I.) M. M. D.

128. LIϛ. Serpens cum capite Serapidis arrectus inter ſpicam & caduceum. (II.) M. Bracc. *not.*

129. LIZ. Leo gradiens: ſuperius aſtrum. (II.) M.M.D.

130. LIΘ. Nilus decumbens. (I.) Hard.

XXV. 131. Epigraphe detrita. Caput Marci barbatum & laureatum.

Annus detritus. Protome Harpocratis cum d. ori admota: pone clava cui inſidet upupa. (II.)

132. An. detr. Iſis ſedens filium lactat. (I.) M.Caeſ.

An.

121. Typus inter longe inſigniores referendus, adludens ad myſticos ritus, qui in Canopi oppido & contigua Eleuſi peragebantur. Nimirum ciſta myſteriorum capax, cuius ſecretis ſymbolis deorum hominumque eſſentia & origo repraeſentabantur, hic in divinitatis throno conſpicitur conſtituta.

122. Annum reſtituere non dubitavi, licet in Pocockii libro ſolae litterae ΤΡΙ exhibeantur,

128. Mirum eſt in nummis nullam offendi memoriam adventus Auguſti, qui poſt Caſſii interitum, ut exſtingueret ſeditionis reliquias & turbatas provincias denuo ordinaret, annis urbis 928 & 929 i. e. Aegyptiorum XIV, XV, XVI peragravit Graeciam, Aſiam, Syriam, Aegyptum: inde poſt VIII annorum labores urbem triumphaturus rediit. Alexandriae, teſtante Capitolino, civem ſe geſſit, & reliquit ibi Caſſii filiam, cuius liberis atque amicis cunctis ignoverat, forte ut turbidam gentem Romaniſque ſemper metuendam praeſenti clementiae argumento ſibi devinciret, potius quam armorum terrore retineret.

Digitized by Google

133. An. detr. Iuppiter Ammon ſedens d. ſuper arietem extenſa tenet aliquid Δ litterae ſimile : (I.) M. M. D. *not.*

XXVI. 134. Epigraphe detrita. Caput Marci nudum barbatum.

L . . . Caput Serapidis humano pedi ut baſi impoſitum. (II.) *not.*

An.

133. Hoc typo Aegyptium Delta Ammonis tutelae commendari, velut cuſtodis & ſoſpitatoris daemonis, ab Alexandrinorum ingenio non videtur alienum. Trianguli figura etiam inter ſidera Aegyptum repraeſentatam credidere veteres. Eratoſt. *Cataſter.* 20, Hygin. *Poët. Aſtr.* 2, 19.

134. Numus obſcurae ſignificationis, licet res in monumentis non infrequens. Si Fabrettium ſequeris, pes ſculptus in ara Serapidi dedicata innuit ſanationem podagrici, (*Inſcript.* pag.469.) & tres Antonini, Titus, Marcus, atque Commodus, quippe in quorum pecunia typus iſte obvius eſt, hoc morbo laboraſſe dicentur. (Ant. n.44. Marc. n.127. Comm. n.26.) Si vero Paſſerii amplecteris ſententiam, qui in gemma numis noſtris plane ſimili votum pro itinere ſolutum offendit, (*Gemm. aſtrif.* to.1. tab.18. to.2. p.62.) fides negabitur Capitolino prodenti, Titum Antoninum nunquam peregre profectum eſſe, ea ratione quod gravis eſſet provincialibus comitatus principis etiam nimis parci. Cogitavi de pede velut totius corporis baſi, qua incolume totus homo ſalvus videri potuerit: nam in huius generis monumentis Serapidem pro Aeſculapio accipi dubium non videtur, cum in Fabrettiana ara pes cinctus ſit Aeſculapico ſerpente, & in muſeo Mediceo bini proſtent pedes marmorei, alter Serapidis caput ſuſtinens, alter ſerpente circonvolutus. Mentionem quoque facit Paſſerius l. c. de altera gemma eo tantum ab illa quam citavimus diverſa quod pro Serapidis capite adſit caput Iovis: ſed probabile eſt cogitaſſe artificem de Aeſculapio, cuius caput perfacili errore cum Iovis capite confunditur. Suſpicatus ſum praeterea fuiſſe veterem aliquam traditionem de pedum ſanatione ab Aeſculapio ſive filiis peracta. Forte huc pertinent Philoctetes inſanabili pedum vulnere tabeſcens, & Achilles ſolis pedibus non inviolabilis. Sic Chiron centaurorum iuſtiſſimus genu ſaucius periit, Pholus pede. Frequentes nimirum anguium morſus apud agreſtes primaevi mundi incolas magnum medicae artis, quam hodie chirurgiam appellamus, negotium circa pedes conſtituit: inde fabulae, inde ritus hodiernos homines latentes, inde obſcura ſymbola in monumentis, obſcurae veterum ſcriptorum alluſiones. Circa Podalirii nomen ludit Lucianus in *Pſeudomanti*, *απεθανεν ως ποδαλειριου υιος διασαπεις τον ποδα μεχρι του βουβωνος*, quod non advertens Graecus ſcholiaſtes frigidiuſcule locum explicat. Quos vero adducit lapides Fabrettius l. c. veſtigiis vel pedum plantis inſignitos, quo pedes peculiari modo Iſidi ſacros probet, manifeſto aliorſum ſpectant, hactenus quidem quod ſciam a nemine explicati, ſed lumen expectantes ab Apuleio. cuius locus exſtat in *Metamorphoſeon* undecimo ſumma attentione dignus, quemque tranſcripſiſſe hoc loci ſufficit: *gaudio delibuti populares, thallos, verbenas, corollas ferentes, exoſculatis veſtigiis deae Iſidis, quae gradibus haerebant argento formata, ad ſuos diſcedunt Lares.*

Digitized by Google

135. An. detr. Aeſculapius & Hygia ſtantes. (I.) M. Arig.
136. An. detr. Nilo rupi inſidenti d. cornucopiae, s. arundinem tenenti adſtans Victoria coronam offert. (I.) M. Caeſ.
137. An. detr. ΕΥΘΗΝΙΑ. Mulier ſtans ante aram, d. pateram, s. duplex cornucopiae. (I.) M. Caeſ.
138. Abſque anno. Imperator eques duobus militibus pedeſtri itinere comitantibus tres inimicos conculcat. (I.) Pell.

XXVII.* 139. Adverſa, ut n. 91.
An. detr. Leo gradiens. (II.)

XXVIII. 140. ΑΥ Κ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝ. Caput laureatum cum paludamento.
ΦΑΥϹΤΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Caput huius. (II.)

XXIX. 141. Alius fere ſimilis. (II.).

III. *de quorum annis non conſtat.*

142. LIB. Nilus ſtans coronatur a Genio Aegypti. (I.) M. Arig.
143. LIB. Aegyptus decumbens. Pat. ex M. Moroſ.
144. LIB. Sphinx. Pat. ex M. Moroſ.
145. L ΔΩΔΕΚΑΤ. Templum. Pat. ex M. Moroſ.
146. L ΔΩΔΕΚΑΤ. Ara. Pat. ex M. Moroſ.
147. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Mulier ſedens d. ſacra facit ad aram, s. haſtam. (II.) M. Arig.
148. L ΔΩΔΕΚΑΤ. Iuſtitia. Pat. ex M. Moroſ.
149. LIE. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. Arig.
150. LIϚ. Nilus rupi inſidens. (I.) M. Arig.
151. LIZ. Apis ſtans ad aram. (II.) M. Arig.
152. LIZ. Caput Iovis laureatum. (II.) M. Arig.
153. ΚΑΙϹΑΡ ΗΛ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Caput M. Aurelii.
LΔ. Figura ſtolata duo cornuacopiae s. tenet, d. extendit. Poc..
154. Eadem adverſa.
LI. Eadem figura s. tenet cornucopiae, d. terrae protenſa. (I.). Poc.



Digitized by Google

## FAUSTINA MARCI.

I.* 1. ΦΑΥϹΤΙΝΑ ϹΕΒ ... Caput huius.
LB. Caput Genii Alexandriae ſolito more ornatum. (I.) *not.*

II. 2. ΦΑΥϹΤΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Caput huius.
LΓ. Aquila ſtans roſtro tenet coronam. (II.).

3. LΓ. Iuppiter ſedens. Pat. ex M. Moroſ.

4. LΓ. Serapis cum Cerbero ſedet inter Cererem & Fortunam. (I.) M. M. D.

5. LΓ. Victoria in quadrigis. (II.) Pat.

6. LΔ. Aequitas ſedens. (II.) M. Arig.

7. LΔ. Cybele cum leonina pelle in capite d. tenens pateram, s. tympano innixa ſedet inter duos leones. (II.) M. Bracc.

8. LΔ. Caput Serapidis. (III.) M. Theup.

9. LΔ. Serpens arrectus inter ſpicam & facem. (II.) M. Caeſ.

10. LΔ. Canopus. (III.) M. Theup.

11. LΕ. Canopus. (III.) M. Theup.

12. LΕ. Caput Serapidis. (III.) M. Theup.

13. LΕ. Caput Iovis laureatum. (I.) M. Arig.

14. LΕ. Simulacrum muliebre ſtans in templo tetraſtylo. (I.) Geſn. ex M. Panel.

15. LΕ. Dea ſedens. Pat. ex M. Moroſ.

16. LϚ. Spes gradiens. (III.) M. Theup.

17. LϚ. Duo Canopi intermedia lunula, alter capite nudo, tecto alter. (I.) M. R. G.

18. LΗ. Nilus iacens. Pat. ex M. Moroſ.

LI.

*Fauſtina Marci.*

1. De iunioris Fauſtinae numis, ſi demas qui annorum numero excedunt annos Marci, incertum eſt patriſne an mariti epocham ſequantur: neque pro chronologia aliquid ex iis erui poteſt. Mortua fertur A.U.C. 928, & a Marco qui vehementer eius mortem lugebat, conſecrata. At valde memoriam eius infeſtarunt hiſtorici, puto ut aliquo modo bili ſatisfacerent, quam adverſus Marcum coaevorum conſenſu diis aequiparatum exercere non audebant. Quid ipſe de ea ſenſerit clarum eſt lib. 1, §17. των εις ἑαυτον, ubi inter praecipua dona a diis accepta refert *το την γυναικα τοιαυτην ειναι, ὁυτωσι μεν πειθηνιον, ὁυτω δε φιλοστοργον, ὁυτω δε αφελη,*

19. LI. Lectiſternium Fortunae. (III.) M. Theup.
20. LI. Serpens cum capite Serapidis aſſurgens inter ſpicas. (I.) M. Muſel.
21. LI. Serpens erectus. (II.) M. Parm.
22. L ЄNΔЄKATOY. Templum, in quo Iſis filium lactat. Pat. ex M. Moroſ.
23. Adverſa, ut n. 24.
L ΔωΔЄKATOY. Iſis velifica & Pharus. (I.) M. Theup.
III.* 24. ΦAYCTINA CЄB ЄYCЄB ΘYΓA. Caput Fauſtinae.
L ΔωΔЄKATOY. Templum diſtylon, in quo Serapis ſedet d. globo imponens, s. haſtam tenens: in templi faſtigio globus alatus. (I.).
IV. 25. Alius parum diverſus. (I. recenti artificio ſerratus).
26. L ΔωΔЄKATOY. Veſta ſedens. Pat. ex M. Moroſ.
27. L ΔωΔЄK. Aequitas ſedens. (AR) M. R. G.
V. 28. Adverſa, ut n. 2.
L ΔωΔЄKATOY. Spes gradiens. (II.).
29. L ΔωΔЄKATOY. Cornucopiae. Patin.
30. L ΔωΔЄKATOY. Gryphus cum rota. Patin.
31. Adverſa, ut n. 24.
L TPICKAIΔ. Aequitas ſedens. (I.) M. Theup.
32. Adverſa, ut n. 24.
L TPICKAIΔ. Fluvius decumbens cum crocodilo, d. cornucopiae, s. arundinem. (I.) M. Theup.
33. LIΓ. Serpens arrectus. (IV.) M. Theup.
34. Adverſa, ut n. 24.
LIΔ. Mulier nuda d. elata, s. extenſa ſtans in bigis ſerpentum. (I.) M. Theup.
35. Adverſa, ut n. 24.
LIΔ. Mulier ſtans d. duas ſpicas, s. caduceum. (I.) M. R. G.
VI. 36. Adverſa, ut u. 2.
LIΔ. Spes ſolito more gradiens.
37. LIЄ. Aequitas ſtans. (AR). M. R. G.
38. LIЄ. Pallas ſtans d. victoriolam, s. clypeum ad terram. (I.) M. R. G.



Digitized by Google

39. LIE. Lectiſternium Fortunae. (I.) M. R. G.
40. Adverſa, ut n. 24.
LIE. Templum tetraſtylon delphinis ſcopulis & acroſtoliis ornatum, in quo figura. (I.) M. R. G.
41. LIE. Caput Serapidis, ſuper ariete, ante quem ara. (I.) M. R. G.
42. LIE. Nilus cui obviam eſt figura coronam offerens. (I.) M R. G.
VII. 43. ΦΑΥCΤΙΝΑ CEBACTH. Caput huius.
LIE. Serpens exilior barbatus & criſtatus arrectus. (II.).
44. LIς. Fluvius decumbens cum crocodilo. (III.) M. Theup.
45. LIς. Roma ſedens. (I.) M. Arig.
46. LIZ. Iſis velifica. (III.) M. Theup.
47. LIZ. Sphinx tutulata & alata ſubſidens tenet pedibus anterioribus rotam. (I.) M. R. G.
VIII.* 48. Adverſa, ut n. 43.
LIH. Aequitas ſedens. (AR).
IX. 49. Eadem adverſa.
LIH. Mulier ſtans d. ſpicas, s. caduceum. (AR).
X. 50. Eadem adverſa.
LIH. Nilus decumbens cum crocodilo, d, tenet cornucopiae, e quo emergens puellus coronam fluvio porrigit. (AR).
51. LIΘ. Ara. Pat. ex M. Moroſ.
XI. 52. Adverſa, ut n. 43.
LIΘ. Caput Nili, ante cuius pectus cornucopiae, e quo emergit puellus. (AR).
53. LIΘ. Caput Serapidis. (II.) Hard. ex M. Fouc.
54. LK. Serapis inſolito more ſeminudus ſtat inter Dioſcuros chlamydatos & aſtriferos, quorum qui a dextris d. colligit chlamydem, s. tenet flagellum, alter d. flagellum, s. chlamydem. (AR). M. R. G. *not.*

LK.

54. Sol in conſortio Phoſphori atque Heſperi.

Digitized by Google

55. LK. Mulier ſedens d. pateram, hinc & inde leo. (I.) M. Theup.
56. LK. Calathus & faces. Pat. ex M. Moroſ.
57. LK. Imperator eques pacificatoris habitu. (III.) M. Theup.
58. ΑΝΝΙΑ ΦΑΥϹΤΙΝΑ. Caput Fauſtinae Marci.
LKA. Aeſculapius ſtans. (AR). M. Ennerii.
59. LKA. Nilus iacens. Pat. ex M. Moroſ.
60. LKB. Caput Genii Alexandriae. (I.) M. Theup.
61. LKB. Ciſta cum ſpicis inter duas faces. (IV.) M. Theup.
XII.* 62. Adverſa, ut n. 43.
LKΓ. Panthera ſtans: ante eam vas dioton. (III.).
63. LK.. Dexterae iunctae. (AR). M. Caeſ.
64. LA. Aequitas ſedens. (AR). M. Pembr. *not.*
65. An. detr. Aquila alis expanſis: ſupra fulmen. (I.) M. Theup.
66. An. detr. Gryphus cum rota. (I.) Geſn. ex Formon.
67. An. detr. Serpens foemina arrecta. (III.). M. R. G.
68. An. detr. Iſidis ſimulacrum baſi impoſitum, d. ſceptrum, in capite florem: e regione ſtat Cynocephalus d. ſiſtrum, s. caduceum. (I.) Triſtan.
69. An. detr. Foemina ſtolata ſedens d. cornucopiae, s. Mercurii caduceum, puerulus pone. (I.) Poc.
70. An. detr. Figura ſtans capite laureato d. extendit, s. veſtem colligit. (I.) Poc.

## VERUS.

1. LA ΕΙΡΗΝΗ. Mulier ſedens d. tenet pateram, s. brachio innititur cornucopiae, cui inſiſtit icuncula. (I.) M. R. G.
2. LA. Roma galeata thoraci inſidens d. tenet victoriolam, s. haſtam. (AR). M. Parm.
3. LA. Caput Serapidis. (III.) M. Bracc.

LB.

64. Forte LA, nam neque Antonino neque Marco competit annus trigeſimus.

4. LB. Caput Serapidis inter aſtra Solis & Lunae. (I.) M. R. G.

5. LB. Caput barbatum cornutum globo ornatum inter lunulam & aſtrum Solis. (AR) M. R. G.

6. LB. Caput barbatum cum loto. (III.) M. Theup.

7. LB. Nilus decumbens cum crocodilo. (I.) M. M. D.

8. LB. Aequitas ſtans. (I.) M. Theup.

9. LB. Roma ſedens. Pat. ex M. Moroſ.

10. LB. Aquila alis explicatis inſiſtens fulmini, roſtro coronam. (I.) M. Theup.

11. LB intra lauream. (II.) M. Ver.

12. LΓ. Figura militaris d. pede prorae navis inſiſtens d. haſtam, s. tropaeum, cui victoria columellae inſiſtens, coronam imponit. (AR) M. Caeſ.

I.* 13. ..... ΟΥΡΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum toga.
LΓ ΕΥΘΗΝΙΑ. Mulier ſtans d. demiſſa ſpicas, s. cornucopiae. (I.).

II. 14. Epigraphe detrita. Caput laureatum cum toga.
LΓ. Lectiſternium Fortunae. (I.).

15. LΓ. Serapis cum Cerbero ſedet inter Cererem & Fortunam. (I.) M. M. D.

16. LΓ. Sphinx decumbens: ſuperius caput Serapidis. (II.) M. Arig.

17. LΓ. Capita iugata Solis & Lunae. (I.) M. M. D.

18. LΓ. Equus currens dorſo ſuſtinet ſerpentem arrectum. (III.) M. Bracc. (I.) M. R. G.

III.* 19. Α ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒ. Caput radiatum cum toga.
LΓ. Serpens craſſior cum flore Iſiaco in capite, aſſurgit inter ſpicas. (II.).

20. LΔ. Genius cum proboſcide in capite, cetera fere nudus, amiculo autem ſinum faciens, & d. ſemen ſpargens ſtat in bigis draconum alatorum. (I.) M. M. D.

21. LΔ. Protome Nili. (I.) M. M. D.

22. LΔ. Caput barbatum diadematum. (III.) M. Theup.

LΔ.

Digitized by Google

23. LΔ. Caput muliebre cum loto, pone clava, ſuperne avis. (III.) M. Theup.

IV.* 24. Λ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum toga.

LΔ. Caput Solis diadematum & radiatum cum chlamyde ad humeros. (II.).

25. LΔ HΩ. Aurora volanti ſimilis veſte ſuper caput ſinuata d. taedam praefert, s. retinet equum ferocientem. (I.) M. R. G. tot.

V.* 26. Λ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LΔ. Neptunus nudus praeter palliolum ſtat pede dextro premens ſcopulum, d. tenens delphinum, s. tridentem. (I.).

Λ AY-

*Verus.*

25. Geminum nummum e muſeo Caeſareo publici iuris faciens Eckelius, ita de eo diſſerit in *Vet. num. ſyllog. prima* pag. 74. *Exhibet is Auroram, quae, dum equum freno adducit, iter ſuum urget. quam quidem imaginem ne aliorſum accipiamus, vetat adſcriptum* Hω, *ſive decurtatum pro* HωC, Aurora, *ſive in accuſandi caſu poſitum. Eius deae vera effigies diu ſuſpenſos eruditos tenuit. Montfauconius aliquot operis ſui locis mulierem bigis vectam ſinuato per caput peplo Auroram potius coniecit, quam ſtatuit* (*ant. expl. ſuppl. tom.* I. *tab.*XVII.). *Certam habemus Auroram in denariis gentis Plautiae, quanquam in his fingitur alata & equos quatuor adducens. Sed haec veteribus perinde habita, nam & Virgilius iam quadrigas illi, iam bigas tribuit. Homerus binos illi equos largitur, Lampum & Phaethonta* (*Od*: ψ. *v.*246.):

λαμπον και φαεθονθ᾽, οἵ τ᾽ ηω πωλοι αγουσι·

*Lampum & Phaethonta, qui Auroram equi ducunt.*

*At Lycophron uno Pegaſo vectam pronunciat* (*Alex. v.*16.). *Magis appoſite ad noſtrum nummum eam Euripides* μονοπωλον, uno equo vectam *vocat* (*Oreſt. v.*1004.). *Facem dextera tenet, quod ipſa diem aperit. Sed enim quid Aurorae imago in nummo L. Veri, quando ipſa hactenus Alexandrinam monetam vitavit? Nimirum ut in citatis ſupra Hadriani nummis ſcriptum* ORIENS, *addito Solis capite mundi plagam indicat, ex qua redux pater Traianus triumphum ſibi & Parthici cognomen emeruit, ſic in nummo praeſente Aurorae & nomen & imago Veri quoque in eodem tractu victorias & belli decora commendat, nimirum & Homero Orientem & Auroram ſociante* (*Odyſſ.* M. 3.):

νησον ες αιαιην, ὅθι τ᾽ ηυς ηριγενειης
οικια και χοροι εισι, και ἀντολαι ἠελιοιο.

*Inſulam ad Aeaeam, ubi Aurorae mane genitae*
*Domus & chori ſunt, & ortus Solis.*

Digitized by Google

VI.* 27. A ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum toga.

LΔ. Serapis ſeminudus ſtans ad aram cum patera coronatur a figura muliebri adſtante & gerente s. cornucopiae. (I.).

28. LΔ. Fortuna ſedens. (AR) M. Bracc.

29. LΔ. Spes gradiens. (I.) M. Arig.

VII. 30. Adverſa, ut n. 27.

LΔ. Victoria gradiens ambabus manibus fert coronam. (II.).

31. LΕ. Victoria ſedens. (I.) M. Theup.

32. LΕ ΑΡΜΕΝΙΑ. Tropaeum, ad cuius imum deſidet captivus. (AR). M. R. G.

33. LΕ. Mulier ſtans d. extenſa galeam, s. clypeum columellae ſuffultum: clypeo inſcriptum eſt ΑΡ<br>ΠΑ<br>ΜΗ (AR). M. R. G. *not.*

34. LΕ ΟΜΟΝΟΙΑ. Dexterae iunctae. (II.) M. Arig.

35. LΕ. Mulier ſtans inter duas naves & duas figuras decumbentes. (I.) M. Arig.

36. LΕ. Fluvius decumbens d. arundinem, s. cornucopiae, infra crocodilus; a dextris mulier ſtans coronam ei offert. (III.) M. Theup.

VIII.* 37. A ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒ. Caput radiatum cum toga.

LΕ. Harpocrates nudus ſtans ſiniſtro cubito columellae innixus, d. ori admovet, s. tenet cornucopiae. (II.).

38. LΕ. Aeſculapius ſedens cum modio in capite, d. pateram ſupra tripodem, s. baculum cum ſerpente. (I.) M. Theup.

LΕ.

33. ΑΡμενιακος ΠΑρθικος ΜΗδικος, vel ſi mavis αρμενια παρθια μηδια εαλωκυιαι.

Digitized by Google

39. LЄ. Serapis, ut ſupra ſeminudus, d. demiſſa ſuper lotum e terra enaſcentem tenens incertum aliquid, s. in pallium involuta, ſtat in medio iuvenum nudorum aſtris in capite inſignium, quorum qui a dextris d. demiſſa, s. gerit pedum, alter d. coronam imponit Serapidi, s. tenens pedum. (I.) M. R. G. *not.*

40. LЄ HΛΙΟϹ. Serpens cum capite Serapideo arrectus inſiſtit equo gradienti. (I.) M. R. G. *not.*

41. LЄ. Serpens arrectus cum capite humano, intra ſpiras ſpica. (II.). M. Caeſ.

42. Lς. Genius arationis draconibus vectus, cet. (I.) M. R. G.

43. Lς. Nilus decumbens d. lotum, s. cornucopiae tenet. Pocok.

44. Lς. Caput Nili. (II.) Triſtan.

45. Lς. Duo Canopi. (I.) M. Arig.

46. Lς. Serapis ſedens. Pat. ex M. Moroſ.

47. Lς. Serapis ſtans in quadrigis lentis d. elata; s. haſtam. (I.) M. M. D.

48. Lς. Aquila alis explicatis, ſupra quam caput Serapidis. (II.) Pat. ex M. Moroſ.

IX.* 49. Λ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ CЄ. Caput radiatum cum toga. Lς. Gryphus ſedens cum rota. (II. fere I.).



39. Seminudus Serapis videtur ſignificare Nilum, Caſtores Solis comites ſorte ipſum Solem, ut numi argumentum ſit rerum proventus humido calidoque elementis procuratus. Unde vero pro flagro ſive taeda, lucis & curſus ſymbolis, Iovis pueris tribui ſolitis, peda ſive clavas acceperint, perſpectum non habeo, niſi ab Harpocrate ſint mutuati, quem eſſe Pataecorum unum ſive Cabirorum, qui aliquo ſenſu iidem ſunt cum Dioſcuris, alio loco monebimus. Sed forte ſpectant peda ad luxurientia circa Nili littora paſcua, fere ut apud Theſſalos νομιος απολλων.

40. Eximius numus, dum typum explicat in Alexandrina moneta haud raro obvium, praeclarum prodit hieroglyphicae ſcriptionis ſpecimen. Serpens enim, qui ſingulis annis renovatur, elegans eſt Solis ſymbolum, currens equus character eſt labentis anni. Humano capite honeſtarunt ſerpentem ut mentem & providam curam indicent, Serapidi autem adſimilaverunt quod is Sol creditus & univerſi mundi rector. Sed hoc ſerius adiectum eſt, in Flaviae gentis pecunia totus exſiſtit Serpens, qualem etiam extra Aegyptum ſignatum vidi in Philadelphenſium numo proſtante in muſeo noſtro cum capite Alexandri Imperatoris.

Digitized by Google

50. Lς. Aquila alis explicatis ſtat inter duo ſigna militaria. (AR) M. R. G.

51. Lς. Imperator in quadrigis. (I.) M. Theup.

X. 52. Epigraphe detrita. Caput laureatum L. Veri.
Lς CHMACIA. Iuvenilis figura veſte ſuccincta & cothurnis inſtructa, veloci equo vehitur, caeſarie & palliolo volitantibus, d. efferens palmae ramum, s. tenens fraenum. (I.) *not.*

53. ..HMACIA. Vir imberbis citato equo irruens d. elata, s. forte flagellum. (I.) Eckhel. e M. Caeſ. *not.*

54. Lς CHMAΛIA. Iuvenis amiculo tenus nudus capite radiato equo citato inequitat d. elata tenens fulmen: omnia intra coronam. (I.) Pell. *not.*

55. LZ. Victoria equo ſalienti inequitans d. elata geſtat coronam, s. palmae ramum: infra conſpiciuntur quinque parvae figurae armatae, & velut invicem proeliantes. (I.) M. R. G.

LZ.

52. 53. 54. Opportune accidit ut in fratrum Auguſtorum pecunia bina exemplaria nacti ſimus eaque integra, typi, quem illuſtrare aggreſſi ſunt duumviri noſtra aetate numographorum facile principes, Pellerinius atque Eckelius, ſed ambo exemplaribus haud aeque conſervationis uſi. Pellerinius in ſuo legens inauditam vocem σημαλια Prodigialem Iovem in eo ſibi deprehendere viſus eſt fulmen intentantem, & certamina ad eum placandum inſtituta (*rec.* tom. 3. p. 33.). Eckhelius iuſtiorem epigraphen coniungens cum typo tantum non peſſundato, numo proponi credit *Solem*, *ſecundum haec tempora eleganter, non modo σημασιαν, claſſicum, efferentem, neque imbelle illud, quod tuba peragitur, ſed caeleſte, ac multum hoſtibus terribilius, quod fulmen ac tonitru efficit, ſed etiam in citato equo & intentato fulmine in proelium ruentem*: eoque adludi ad Orientem circa hoc tempus Romanorum armis devaſtatum (*ſyll. pr.* p. 74.). Nos numum qualis exſtat bis, quantum fieri potuit, adcurate deſcripſimus, & in aes incidi curavimus. Neque Iovem agnoſcit typus, neque Solem: nullum in eo vel fulminis, vel flagri, vel radiorum veſtigium. Figuram Dianam diceres, ſive oris habitum ſpectes ſive veſtem, at reliqua deſiderantur attributa, neque pro ea facit epigraphe. Hanc Suidam ſecutus claſſicum interpretatur Eckelius: nos duce uſi Diodoro Siculo, cui (*bibl.* 2, 19) διος σημασιαι ſunt divina omina, figuram quam numus oculis obiicit, pro boni ominis genio accipimus, velut aliqua Iride, ωκεια διος και νικηφορῳ αγγελῳ. Sed ut priſcis quoque laus ſua ſit, advertamus iam Patinum genuinam epigraphen σημασια, neglecto quidem typo, e muſei Moroſini numiſmate prodidiſſe.

56. LZ. Victoria eques d. coronam, s. tropaeum ad humeros. (III.) M. Theup.

57. LZ. Dea tropaeum gerens. Pat. ex M. Moroſ.

58. LZ. Mars gradiens d. haſtam, s. tropaeum ſuper humerum. (II.) M. Theup.

59. LZ. Aquila baſi inſiſtens inter duo ſigna militaria. (I.) M. R. G.

60. LH. Aquila alis expanſis, ſupra quam caput Serapidis. (I.) M. Thenp.

61. LH. Lectiſternium Fortunae. M. Arig.

62. LH ΕΙΡΗΝΗ. Dea ſedet cum oleae ramo. (I.) Hard. ex M. Fouc.

63. LH ΕΥΘΗΝΙΑ. Abundantia ſtans. (I.) M. Theup.

64. LH. Genius arationis draconibus vectus. (I) M.R.G.

65. L ΕΝΑΤΟΥ. Equus, ſuper quem ſerpens capite humano. (I.) M. Theup.

66. LΘ. Serapis. Hard.

67. LΘ. Fortuna ſedens. (AR) M. R. G.

68. LI. Lectiſternium Fortunae. (II.) Pat. *not.*

69. LI. Aquila alis expanſis, ſupra quam Harpocrates d. ori admota; inter duos Canopos. (I.) M. Theup. *not.*

70. LA.. Caput Serapidis. (I.) M. Theup. *not.*

71. L....Nω. Diana ſtans ſinuato per caput peplo d. facem, s. equum fraeno retinet. (I.) M. Caeſ. *not.*

72. Sine anno. Aquila alis expanſis ſupra aram inter duo ſigna militaria, roſtro coronam. (I.) M. Theup.

73. An. detr. Imperatori ſtanti & d. protenſa victoriolam ſuſtinenti offert muliebris figura coronam: ad eorum pedes ſubſidet parva figura, puto captivi. (I.) M. R. G.



68. 69. Facile pro LH in numo corroſo legi potuit LI, quem annum non admittit Veri imperium.

70. Forte LΛ.

71. Supple & corrige ex Eckhelii *ſylloge prima* pag. 74. LΔ Hω Aurora cet. ut in n. 24.

74. ... Α ΑΥΡΗΛΙΟϹ. Caput laureatum L. Veri.
L ΜΕΝΕΛΑΕΙΤΗϹ. Porta Aegyptiaca cum duobus Canopis loto in capite inſignibus. (II.) Pocok. ex ſcriniis Nordenii. *not.*

## LUCILLA.

1. ΛΟΥΚΙΛΛΑ ϹΕΒ ΑΝΤ ϹΕ ΘΥ. Caput Lucillae.
LZ. Mulier iacens in lectiſternio. (I.) M. R. G. (AR) M. Caeſ.
2. LH. Lectiſternium Fortunae. (I.) M. R. G.
3. LH. Duo ſerpentes alati trahentes currum, in quo mulier nuda cum proboſcide in capite. (I.) M. Theup.
4. LΘ. Aeſculapius ſtans ad aram. (I.) M. R. G.
5. LI. Abundantia ſtans. (I.) M. Theup.
6. L ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Templum diſtylon, in quo Iſis ſedens filium lactat. (I.) M. Theup.

## COMMODUS.

### I. *cum annis Marci*.

I. 1. ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹ Α ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΟΜΜ ϹΕΒ. Caput nudum iuvenile cum paludamento.
LIE. Serpens criſtatus & barbatus aſſurgit inter ſpicas. (II.).
II. 2. Eadem adverſa.
LIZ. Gryphus deſidens cum rota. (II.).
III.* 3. ... ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΟΜΜΟΔΟϹ ϹΕΒ. Caput nudum iuvenile cum paludamento.
LIΘ. Sol in quadrigis citis d. elata tenet flagrum, s. globum. (I.).

M AY-

74. Corrigo M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput Marci )( LH ΜΕΝΕΛΑΕΙΤΗϹ. Duo Canopi in templo diſtylo. An nimis audenter iudicent eruditi.

Digitized by Google

IV.* 4. M AYPH KOMM ANTΩNINOC CEB. Caput laureatum.
. LK. Iuppiter nudus ſtans cum pallio in ſiniſtrum humerum reiecto, d. fulmen, s. haſtam. (AR).
5. LK. Iuppiter ſedens cum fulmine. (II.) M. Arig.
6. LK. Caput Iovis Olympici. Pat. ex M. Moroſ.

V.* 7. M A KO ANTΩ CEB EYCE. Caput laureatum.
LK. Caput Serapidis columellae impoſitum, ante quod ſtat figura muliebris ſacra faciens ad aram. (AR).
8. LK. Mercurius ſtans capite tutulato, d. caduceum, s. palmam, ad pedes canis. (II.) M. Theup.
9. LK. Nilus rupi inſidens d. arundinem, s. cornucopiae. (AR) M. Caeſ.
10. LK. Duo ſerpentes arrecti. (I.) Triſtan.
11. LK ΠΡΟΝΟΙΑ ΘΕΩΝ. Imperator togatus ſtans d. pateram ſuper aram, coram eo miles cum haſta in s.; pone imperatorem duo alii, quorum unus haſtatus. (II.) M. Theup. *not.*
12. LKA. Imperator eques hoſtes proſternit. (AR) M. R. G.

VI. 13. Adverſa, ut n. 4.
LKA. Imperator in quadrigis triumphalibus. (AR).

VII. 14. Alius parum diverſus. (II.).
15. LKA. Tropaeum cum captivis. (AR) M. R. G.
16. LKA. Victoria gradiens. (II.) M. Theup.
17. LKB. Roma ſedens d. victoriolam, s. haſtam, pro pedibus clypeus. (AR) M. Caeſ.

VIII. 18. M AYP KOMMO ANTΩNINOC CEB. Caput laureatum.
LKB. Iuppiter nudus ſtans cum pallio in ſiniſtrum humerum reiecto, d. tenet fulmen, s. haſtam. (AR).

IX. 19. Alius. (II.).

Adver-

*Commodus*.
11. Vota decennalia ſuſcepta A.U.C. 934., i. e. adulto iam anno Aegyptiorum XX.

Digitized by Google

X.* 20. Adverſa, ut n. 18.
LKΓ ΥΠΑΤΟϹ ΤΟ Δ. Iuppiter ſeminudus ſedens d. tenet victoriolam, s. haſtam. (AR)..

XI. 21. Adverſa, ut n. 18.
LKΓ. Caput Iovis Ammonis cum globo ſuper vertice. (AR).

XII. 22. Alius nonnihil diverſus. (II.).
23. LKΓ. Imperator eques leonem confodit. (AR) M. R. G. *not.*

XIII. 24. Adverſa, ut n. 4.
LKΔ. Imperator in quadrigis triumphalibus. (AR).
25. LKΔ. Imperator togatus ſtans d. pateram ſupra aram coram capite Serapidis columnae impoſito. (II.) M. Theup.
26. LKΔ. Figura capite turrito ſtans, d. pateram ſuper ara ignita: ex adverſo caput Serapidis columellae impoſitum. (AR) M. Caeſ.

XIV.* 27. Adverſa, ut n. 4.
LKΔ. Caput Serapidis ſolito more modio ornatum cum pallio ad humeros, humano pedi velut baſi impoſitum. (II.).
28. LKΔ. Caput Nili. (AR) M. Caeſ.

XV. 29. Μ Α ΚΟ ΑΝΤΩ ϹЄΒ ЄΥϹЄΒ. Caput laureatum.
LKЄ. Caput Nili fronde aquatili coronatum cum pectore nudo, adſtituto pone cornucopiae. (II.).
30 *a*. LKЄ. Iuppiter ſtans. (I.) Poc.
30. *b*. LKЄ. Iuppiter ſedens d. fulmen, s. haſtam. (AR) M. Ainsl.
31. LKЄ. Imperator provinciam genuflexam ſublevat. Pat. ex M. Moroſ.

LKЄ.

23. Commodus, Herculis aemulus, qui in confodiendis beſtiis incredibiles vires exercuit, primus ex imperatoribus venationes ſuas memoriae in numis commendavit, quae res in ſubſequentis aevi tum numis tum ſaxis adeo ſolemnis. De bellicis typis Commodo imperante in moneta obviis non habeo quod dicam, cum ſcriptores varias expeditiones referant per legatos ſuſceptas eventu plerumque felici, ſed quibus annis res geſtae ſint vix definiri poſſit. Victi ſunt Mauri, Daci, compoſitae Pannoniae, magnum bellum confectum in Britannia, a quo A.U.C. 938, teſtante pecunia Romana, Britannici nomen accepit.

Digitized by Google

32. LKE. Imperator in quadrigis. (AR) M. Pembr.

XVI.* 33. M A KO ANTω CEB EYCEB. Caput laureatum.
LKE. Victoria ſtans in quadrigis lentis. (AR).

XVII. 34. Eadem adverſa.
LKϛ. Victoria ſtans in quadrigis lentis. (II.).

35. LKϛ. Harpocrates d. ori admovens s. flagrum tenens inſidet loto. (II.) M. Caeſ.

36. LKZ. Iſis velifica. (II.) M. Arig.

37. LKZ. Aeſculapius. (II.) Pat.

XVIII. 38. M A KOM ANTω CEB EYCEB. Caput laureatum.
LKZ. Caput Iovis laureatum. (AR).

XIX. 39. Alius. (II.).

XX. 40. Eadem adverſa.
LKZ. Caput Iovis Ammonis cum globo ſuper vertice. (AR).

XXI. 41. Alius. (II.).

42. LKZ. Corona, in qua ΠΕΡΙΟΔ ΔΕΚΑΕΤ. (II.) M. Theup. *not.*

XXII. 43. Adverſa, ut n. 38.
LKH. Imperator haſtatus ſtans d. extenſa ſuper aram coronatur a figura muliebri turrita, s. ſpicas tenente. (AR).

XXIII. 44. Alius. (II.).

XXIV.* 45. Eadem adverſa.
LKH. Mercurius ſtans palliolo brevi indutus, d. gerit caduceum, s. oblongum palmae ramum: adſtat ad pedes canis. (II.) *not.*

Alius

42. Exacta prima decennali periodo, poſtquam Auguſti titulo a patre, cuius tunc agebatur annus XVII, cohoneſtatus fuerat Commodus, incipit anno Aegyptiorum XXVII ſecunda imperii decaeteris.

45. Anubidis cultui peculiari ſuperſtitione deditus fuit Commodus, qui dum puer adhuc patrem in Aegyptum comitaretur huius gentis religione imbutus, ſacra Iſidis tanti habuit, ut & caput raderet, & Anubim portaret, & omnes pauſas ederet, licet eodem tempore crudelitati & libidini pro more indulgens Iſiacos pineis uſque ad perniciem pectus tundere cogeret, & cum Anubidem portaret, capita Iſiacorum graviter obtunderet ore ſimulacri. Inde nunc primum in Romani commatis pecunia adſpicitur Anubidis figura adſcri-

pto

XXV. 46. Alius nonnihil diverſus. (II.).

XXVI. 47. Eadem adverſa.

LKH. Iuppiter ſedens laureatus atque ſeminudus d. extenſa fulmen, s. haſtam tenet. (II.).

XXVII. 48. Alius nonnihil diverſus. (II.).

XXVIII. 49. Eadem adverſa.

LKH. Serapis ut ſemper palliatus, ſedet d. extenſa ſuper Cerberum, s. tenens haſtam. (II.).

50. LKH. Serapis ſedens, ante pedes gryphus. (II.) M. Theup.

51. LKH. Serapis ſedens : ante pedes aquila. (II.) M. Theup.

52. LKH. Serpentes arrecti mas & foemina. (II.) M. R. G.

53. LKH. Navis & Pharus. (II.) M. Arig.

XXIX.* 54. Adverſa, ut n. 38.

LKΘ. Pharus, a qua proficiſcitur navis velo explicato. (II.) *not.*

55. Similis, ſed (I.) M. Theup.

XXX. 56. Adverſa, ut n. 38.

LKΘ. Nilus rupibus inſidens d. gerit arundinem, s. cornucopiae. (AR).

XXXI. 57. Alius. (II.).

XXXII. 58. Alius parum diverſus. (II.).

Eadem

pto vocabulo NOBILITAS AVG, velut ab Aegyptiis diis genus repetere adfectaret imperator: eodem tempore in eadem moneta obvia eſt epigraphe SERAP CONSERV AVG cum dei figura ſtante, & typi Imperatoris ſacra facientis victrici Iſidi, quam pone adſtans victoria coronat, ſive Serapidis & Imperatoris dextras iungentium ſupra aram, adſtante pone Serapidem Iſide, pone Imperatorem Victoria eum coronante. Notatum quoque eſt inter portenta Commodi mortem antecedentia, Anubidis marmoreum ſimulacrum moveri viſum (Lamprid. *Commod.* cap. 9. 16., Spartian. *Peſcenn.* c. 6. Spartian. *Caracall.* c. 9. Mediobarb. Gruter. LXXXIV, 7. LXXXIII, 14.). Ceterum ſecundo anno Commodi Auguſti Serapeum Alexandrinum incendio conflagraſſe prodit Euſebius in chronico.

54. Loco Iſidis adſtituitur Pharo Iſidis navigium, de quo ſupra egimus auctore Apuleio. Praeterea navis frequens eſt in numis felicitatis ſymbolum.

XXXIII. 59. Eadem adverſa.
LKΘ. Serapis ſedens d. extenſa ſuper Cerberum ante eius pedes excubantem, s. haſtam tenet. (AR).

XXXIV. 60. Eadem adverſa.
LKΘ. Iuppiter ſedens laureatus atque ſeminudus d. extenſa fulmen, s. haſtam. (II.) in M.Caeſ. (AR).

XXXV. 61. Alius fere idem. (II.).

XXXVI. 62. Eadem adverſa.
LKΘ. Imperator paludatus d. pateram ſuper ara, s. haſtam, coronatur a Victoria pone adſtante, s. gerente palmae ramum. (II.).
63. LKΘ. Imperator ſtans ad aram coronatur a Victoria retro ſtante. (AR) M. Caeſ.

XXXVII. 64. Adverſa, ut n. 38.
LKΘ. Aequitas ſedens. (II.).
65. LA. Spes gradiens. (II.) M. Theup.

XXXIIX.*66. Adverſa, ut n. 38.
LA ΠΡΟΝΟΙΑ. Mulier ſtans capite turrito d. elata, s. haſtam. (II.) *not.*

XXXIX. 67. Alius parum diverſus. (II.).



66. Duplex ſenſus eſt vocabuli *προνοιας* in pecunia Alexandrina ſicut Providentiae in Romana, modo ad deos ſpectantis, ut in n.485. Hadriani, & n. 11. Commodi, modo ad imperatorem ut in Neronis n.9. & 18. Quale fuerit monetarii in praeſenti numo conſilium docet alius Romani commatis cum epigraphe PROVIDENTIAE AVGVSTI IMP, & typo mulieris elephantinis ſpoliis caput obtectae cum adſtante pro pedibus leone, quae s. oſtentat ſiſtrum, d. autem qua ſpicas tenet, iungit cum dextra Herculis nudi pedem navis prorae imponentis & s. clavam navi innixam tenentis. Adumbratur enim annonae procuratio ex Aegypto & Africa, aucta claſſe, quam ſub Alexandrinae nomine inſtituerat Auguſtus, altera appellatione eſt impoſita Herculeae Commodianae. Sequiore aevo Providentiae typo vix alius eſt in Aegyptia moneta frequentior, quae dum elata dextra futuri temporis cogitationem indigitat, ſiniſtra gerit duplex cornucopiae ad innuendam abundantiam vel deorum vel imperatoris provida cura effectam. Faciunt huc praeterea Hadriani numi: PROVIDENTIA DEORVM, Figura muliebris ſtans cum avicula boni augurii ſymbolo, vel Figura ſimilis s. baculum tenens d. porrigens aviculae quae arbori inſidet: Antonini PROVIDENTIA DEORVM, Fulmen: Commodi PROVID AVG, Navis in medio mari cum velis explicatis.

68. LΛ. Serapis ſtans d. demiſſa ut videtur papaver; a ſiniſtris ara. (AR). M. R. G.

69. LΛ. Vir barbatus ſtans cum flore in capite, d. demiſſa ſceptrum. (IL) M. Theup. *not.*

70. LΛ. Imperator eques pacificatoris habitu. (IL) M. Theup.

71. LΛ. Aquila ſtans inter ſigna militaria. (AR) M. R. G.

XL. 72. Adverſa, ut n. 38.

LΛ. Aquila alis explicatis inſiſtit fulmini. (IL).

73. LΛ. Leo gradiens: ſuperius aſtrum. (IL.) M. M. D.

XLI. * 74. Adverſa, ut n. 38.

LΛ. Caput muliebre cincinnatum, taenia redimitum cum collo nudo, & luna ante faciem: (AR).

XLII. 75. Praecedenti ſimilis, ſed LΛΑ. (AR).

XLIII. 76. Eadem adverſa.

LΛΑ. Lectiſternium Fortunae: ſeu Mulier tutulata decumbens in lectulo d. tenens temonem, s. ſuffulciens caput. (AR).

77. LΛΑ. Serapis ſtans d. demiſſa. (AR) M. Caeſ.

78. LΛΒ. Aquila ſtans retroſpiciens, hinc & inde fax. (IL.) M. Theup. *not.*

XLIV. 79. Adverſa, ut n. 38.

LΛΒ. Caput muliebre ut ſupra cum luna ante faciem. (AR).

XLV.* 80. Λ ΑΙΛ ΑΥΡ ΚΟΜ CΕ ΕΥC ΕΥΤΥ. Caput laureatum.

LΛΒ. Roma ſedens d. victoriolam, s. haſtam, ad ſellam clypeus. (AR).

XLVI. 81. Alius. (IL).

LΛΓ.

69. Vereor ut numus diligenter ſit deſcriptus: forte Mercurius eſt, forte Serapis.

78. Corrige: hinc & inde ſignum militare.

82. ΛΑΓ. Serapidi ſedenti in ſella, cui inſiſtunt duae victoriolae, adſtat Cerberus. (AR) M. R. G. *not.*

83. ΛΑΓ ΡΩΜΑΙΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ. Hercules ſtans & d. tenens poma & exuvias, s. clavam, coronatur a Victoria pone adſtante. (AR) M. R. G. (II.) Pell. *not.*



82. Commodum ultimo anni die periiſſe conſtat e narratione de morte eius a Dione, Herodiano, Lampridio ſimili fere ratione prodita. Sed iſtud anno quem vulgo ſtatuunt chronologi ſerius accidiſſe neceſſe eſt, ſi quae ſupra de anno XXV T. Antonini diſſerui recte diſputata ſunt. Siſtimus enim numos Commodi indubitatae fidei annum praeferentes ab initio Marci XXXIII, qui ante ſeptembrem U. C. 946. ſignati eſſe nequeunt, ſi poſt coeptum annum Aegyptiorum XXV obierit Antoninus. Haec res maximi momenti eſt in chronologia imperatorum a Marco uſque ad Alexandrum; nec facile affirmare auſus eſſem, niſi fultus Romanae monetae conſenſu, quae dum tribuniciae poteſtatis annos XVII tribuit Commodo, eum poſt coeptum annum U. C. 946 adhuc in vivis fuiſſe docet. Nam praeter quod poſt exſtinctam familiam Iuliam uſque ad haec tempora nullum exſtet exemplum acceptae ante conſulatum tribuniciae poteſtatis, ex eiuſdem commatis pecunia evincitur Commodum ante initum conſulatum, i. e. ex omnium conſenſu ante kal. ian. U. C. 930, neque Auguſtum fuiſſe neque Tribunum plebis, ſed etiam poſt accepta conſularia ornamenta iſtis honoribus adhuc caruiſſe: COMMODO CAES AVG FIL GERM SARM COS )( FELICITATI CAES: numus eſt muſei Caeſarei, in quo Tribunicia poteſtas, nova dignitas, ſi iam accepta, nullo pacto omitti potuit. Sequuntur in catalogis numi Commodi Auguſti TR POT COS: TR POT II COS: TR POT III COS: TR P III COS DES II: TR P IIII COS DES II: TR P IIII COS II: TR P V COS II: porro: e quibus conficitur ſecundum imperatoris conſulatum occupare A. U. C. 933, non 932, ad quem figere conſuevere chronologici, iſtius autem anni conſules excidiſſe ex faſtis, quos cunctos mendis ſcatere nemo ignorat. Quae cum ita ſint, numi vero TR POT XVII magno numero proſtent, conſequitur Commodum adulto anno 946 adhuc fuiſſe ſuperſtitem, & mortem eius, quam vulgo notant pridie kal. ian. 946, differendam eſſe ad pr. kal. ian. 947: ut anno amplius Auguſtum gladiatorem ſpectet Romanus orbis.

83. Paſſim proſtant eiuſdem argumenti numi Latini. In aliis: L AEL AVREL COMM AVG P FEL. Caput Commodi leoninis exuviis tectum )( HERCVL ROMANO AVGV S C, Clava intra coronam: HERCVLI COMMODIANO, Hercules ſtans: HERC ROM COND, Commodus ſub Herculis perſona iunctis bobus arans. Etenim ipſe in ſexto conſulatu Romam de ſe coloniam Commodianam appellare inſtituit, & ſtatuam ſibi poni iuſſit auream M librarum cum tauro & vacca (Lampr. c 8. Dio 72, 15). Inde in numis COL L AN COM & typus Commodi velati aratrum ducentis.

Digitized by Google

XLVII.* 84. Epigraphe detrita. Caput laureatum.
L.. MONHTA. Dea Moneta ſtans ſtolata, d. tenet bilancem, s. ſceptrum: ante pedes acervus aeris. (I.) *not.*

XLVIII. 85. Epigraphe detrita. Caput radiatum.
Annus detritus.. ΕΥΘΗΝΙΑ. Caput muliebre, ante quod culmus dorae. (II. fere I.).

86. An. detr. Serapis ſtans inter Cererem & Fortunam. (I.) M. R. G.

87. A K M AΥP KOM CE ΕΥCΕ ΕΥΤΥ. Caput laureatum.
Sine anno. Tropaeum, hinc & inde captivus. (II.) M. Bracc.

XLIX. 88. .. KOM ANTΩNIN ... Caput laureatum cum paludamento.
An. detr. Aquila ſtat alis explicatis roſtro geſtans coronam. (I.).

II. *cum annis, ut videtur, Commodi.*

89. LA. Caput Lunae. (I.) Triſtan. (II.) Pat.

90. LA. Serapis ſtans d. ſpicas, ad pedes ara. (II.) M. Arig.

91. LA. Nilus decumbens. (II.) M. Arig.

92. LA. Spes gradiens. (II.) Patin. & M. Parm.

93. LA. Aquila fulguri inſiſtens. (II.) Pat.

94. LA. Tropaeum cum captivis. Pat. ex M. Moroſ.

95. LA. Quadrigae. Pat. ex M. Moroſ.

96. LA. Imperator eques hoſtes conterit: in equi capite flos. (II.) M. Arig.

97. LB. Aquila inter ſigna militaria. Pat. ex M. Moroſ.

98. LB. Roma ſedens. Pat. ex M. Moroſ.

99. LΔ. Imperator in quadrigis. (I.) Raſche ex M. Muſell. *not.*

LϚ.

84. Monetae vocabulum ſi in alio Graeco numiſmate perſcriptum eſt, me quidem fugit.

99. Citat Raſchius ſupplementi tabulam XXIII, at liber quo uſus ſum ego tabulas ultra XIII non habet.

Digitized by Google

100. Lϛ. Roma ſedens. (II.) Pat.
101. M ΑΥΡ ΑΝΤ ΚΟΜΟΔΟϹ. Caput barbatum laureatum.
Lϛ ΩΚΕΑΝΟϹ. Figura barbata ſeminuda decumbens d. arundinem tenet, s. cornucopiae, & cubito vaſi iacenti innititur. (II.) Pell. *not.*
102. LH. Iuvenis ſtans d. caduceum, s. palmam. (II.) M. Arig.
103. LΘ. Vir barbatus ſeminudus ſedens d. ramum, s. haſtam: ante eum ciſta cum ſerpente. (II.) M. Arig.
104. LΘ. Iuppiter ſtans a Victoria coronatur. Pat. ex M. Moroſ.
105. LIA. Iuvenis gradiens d. ſpicas, s. caduceum. (II.) M. Arig.
106. Epigr. detr. Caput Commodi barbatum.
LIΓ. Ceres ſtans in curru a duobus ſerpentibus alatis tracto. Poc.
107. LIΓ. Aeſculapius ſtans d. pateram protendit ſuper aram, s. baculum tenet cum ſerpente. (II.) M. Arig.

## CRISPINA.

1. LA. Spes. Pat. ex M. Moroſ.

I. * 2. ΚΡΙϹΠΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Caput huius.
LIΘ. Gryphus cum rota. (III.).
3. ΚΡΙϹΠΙΝΑ ϹΕΒ ΑΥΤ ΚΟΜ... Caput Criſpinae.
LK. Imperator eques d. elata, s. ſceptrum. (I.) Pell.
4. ΚΡΗϹΠΕΙΝ ϹΕΒΑϹ. Caput huius.
LK. Fortuna ſtans. (II.) M. Arig.

Eadem

101. Hoc numo exhiberi Nilum fluvium ab Aegyptiis, teſte Diodoro, Oceanum appellatum, eſt erudita coniectura Pellerinii, ſed qui nullas rationes profert, quo minus vocabulum in numo uſitatiori ſenſu pro magno mari accipi poſſit, eodem pacto quo νως, ηλιος, cet., Alexandrinae monetae commendato.

5. Eadem adverſa.
LKA. Fortuna ſedens. (II.) M. Theup.
6. ΚΡΕΙΣΠΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput huius.
LKA. Spes gradiens. (II.) M. Theup.
7. ΚΡΙCΠΕΙΝΑ CΕΒ ΑΥΓ ΚΟΜΜΟΔΟΥ CΕΒ. Caput huius.
LKA. Spes gradiens. (AR) M. R. G.
8. Eadem adverſa.
LKB. Providentia ſtans d. elata, s. duplex cornucopiae. (I.) M. R. G.
9. LKB. Figura militaris ſtans d. elata, s. tenens ſpiculum. (I.) M. Parm.
10. Eadem adverſa.
LK.. Mulier ſedens velata d. protenſa victoriolam, s. adnixa adiacenti clypeo. (I.) M. R. G.

## PERTINAX.

1. LA. Aequitas ſtans.. (II.) Vaill. ex M. Capello. *not.*
2. LA ΟΜΟΝΟΙΑ. Mulier ſtans d. lauri ramum, s. cornucopiae. (II.) Vaill. ex M. Moroſini.
3. Similis, ſed s. duplex cornucopiae. Pat. ex M. Moroſ.

## TITIANA.

1. ΤΙΤΙΑΝΗ CΕΒΑCΤΗ. Caput huius.
LA. Victoria gradiens d. coronam, s. palmae ramum. (II.) M. R. G.
2. Eadem adverſa.
LA. Navis cum velo, rudentibus & gubernatore iter faciens per undas. (II.) M. M. D. *not.*

PESCEN-

*Pertinax.*

1. Summae raritatis ſunt optimi principis numi, quem ſolis diebus LXXXVII, a kal. ian. U. C. 947 uſque a d. v kal. april. Romano orbi praefuiſſe prodit Dio, reliquis hiſtoriae Auguſtae ſcriptoribus cunctis imperii tempus in anguſtius adhuc ſpatium coarctantibus (Tillemont. not. III ad Pertinac.).

*Titiana.*

2. Circumfertur numus Titianae Auguſtae: LA ΜΑΡΕΩΤΩΝ, Navis (II.), cuius ſpurium exemplar vidi in M.R.G.

# PESCENNIUS.

1. LA. Serpens arrectus ſuper ara ignita ; pone caduceus. (II.) Geſn. ex M. Pfau. *not.*

# SEVERUS.

I.* 1. ΑΥΤ Κ Λ CΕΠΤ CΕΟΥΗΡΟC ΠΕΡΤ CΕΒ. Caput laureatum.

LB. Iuppiter ſeminudus ſedens d. fulmen, s. haſtam. (AR). *not.*

LB.

*Peſcennius.*

1. Incertam rem eſſe quis non videt? neque conſpectus eſt certus Peſcennii numus in Aegypto percuſſus, licet Alexandrini in primis fuiſſe perhibeantur, qui ipſius imperium agnoſcerent, atque ut promptum animum teſtarentur, portae urbis inſcripſiſſe ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΝΙΓΡΟΥ Η ΠΟΛΙC (Suidas v. σεουηρος. Victor *Caeſ.* Eutrop. l. 8.). Refert praeterea in eius vita Spartianus, eum ſimulacrum ex marmore Thebaico ad ſimilitudinem ſui factum a rege Thebaeorum accepiſſe, poſtea Romae in domo Peſcenniana collocatum, cui inſcriptum Graecum epigramma Latine verſum ita exhibet:

*Terror Aegyptiaci Niger adſtat limitis ingens,*
*Thebaidos ſocius, aurea ſecla volens.*
*Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma:*
*Hinc Antoninis charus & imperio.*
*Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipſi,*
*Ut conſentirent, forma, metalla tibi.*

Sed tota iſta res fabellae quam vero ſimilior eſt. Quis enim circa haec tempora Thebaeorum rex? vel qua auctoritate nixus affirmat Caſaubonus in notis, habuiſſe ſub Commodo Aegyptias Thebas (Strabonis aetate funditus everſas) proprium Dynaſtam, quem Regem appellabant, ſed Romano imperio ſubditum? Quaeve coloris ſimilitudo eſt Italum hominem inter & Thebaicum lapidem? Dum enim Peſcennium diu in Thebaidem ablegat Salmaſius ut caeli illius colorem contrahat, oblitus eſt auctoris ſui, qui Nigrum excepta cervice, a cuius colore cognomen accepiſſet, candidum praedicat. At fuit vetus aliqua ſtatua Aegyptia ex nigro lapide neſcio quo pacto in aedes Peſcennii Nigri translata: ex vocabulorum ſimilitudine ſequens aevum nigrum ſimulacrum in Nigri aedibus pro Nigri ſimulacro venditavit, & otioſus quidam verſus addidit, vel forte vetuſtiores Graecos antiqui cuiuſdam regis laudes continentes Latino ſermone inepte Peſcennio adaptavit.

*Severus.*

1. Mirum eſt Alexandrinam monetam ſub principe propenſi erga civitatem animi, & qui nova in eam contulit decora, tantam prae ſe ferre egeſtatem. Quod quidem nullus primi anni numus conſpectus ſit, auget fidem ſcripto-

Digitized by Google

2. LB. Aequitas ſedens. (II.) M. Theup.
3. LB. Aequitas ſtans. (II.) M. Arig.
4. LB. Victoria in quadrigis. (AR) M. R. G.
5. LΓ. Roma ſedens cum victoriola. (II.) M. Arig.
II. 6. Adverſa, ut n. 1.
LΓ. Gryphus ſedens cum rota. (II.).
7. LΔ. Nilus decumbens. (II.) M. Arig.
8. LΔ. Iuppiter palliatus ſtans d. fulmen, s. haſtam, pro pedibus aquila. (II.) M. Theup.

ATT

ſcriptorum, qui Aegyptum a Peſcennii partibus ſtetiſſe prodidere, dum alias vix probandum videretur, Severum vindictae avidum, nec facile ignoſcentem, erga provinciam, quae aemulo faverat, benevolum ſeſe geſſiſſe. Sed ſecundi quoque & trium annorum ſubſequentium parcus eſt proventus, poſt quintum penitus ceſſat, nec reliquo imperii tempore, ſi demas unicum Caracallae cum patris anno XIV, & paucos aliquot Dompae cum annis VIII, XII, & XIII, numi inveniuntur ſignati. Rem indicaſſe iuvat, ſi forte aliquando alteri obtigerit cauſſam inveſtigare: nam meras coniecturas certo fundamento deſtitutas perſcribere taedet. Cogitaveram de aera coepta ab anno quo Caracallae a patre tribunicia poteſtas, & Auguſti cognomen communicata, qui idem quintus eſt Severi, & de numis filii vultum exhibentibus maiori ex parte per Severi annos diſtribuendis: at ſic etiam non paucorum annorum ſpatium relinquitur, nec video cur qui uxorem & filium in moneta honorarent, ipſum imperatorem tacere ſtatuiſſent. Venit autem Severus e Palaeſtina in Aegyptum eo anno, quo una cum filio conſul proceſſit Antiochiae in Syria, i. e. A. U. C. 956, imperii ſecundum Aegyptios IX & X: poſtquam inferias tuliſſet Magno Pompeio ad radices montis Caſſii, Alexandriam adiit, ubi multa iura mutavit, in primis Senatum conſtituit Alexandrinis, qui ante haec ſine publico conſilio, ita ut ſub regibus, vivebant uni iudici ſubiecti quem mandaſſet imperator. Eodem tempore ſuſtuliſſe videtur legem Auguſti, qua cavebatur ne Aegyptius homo adlegeretur in Senatum Romanum: nam Caracalla, quo iubente Coeranus Alexandrinus Senator & Conſul factus eſt, tantum abſuit quin faveret Alexandrinis, ut exitiali odio eos ſit proſecutus. Poſtea in ſuperiorem provinciam navigio per Nilum aſcendit Severus, eamque totam perluſtravit, praeter quod Aethiopiae confinia ob peſtilentiam attingere non potuit: omnia quoque occultiſſima perſcrutans. Is enim erat qui neque divinarum, neque humanarum rerum quicquam imperveſtigatum relinqueret. Sed poſteritati invidens libros arcanos omnes, quos quidem reperire potuit, ex adytis ſuſtulit, & Alexandri monumento incluſit, & ſanxit ne quis corpus huius cerneret amplius, neque libris inſcripta legeret (Dio l. 51, & 75. Suidas v. Σευηρος, ubi male imperatorem cum cognomine Sophiſta confundit; Spartian. *Sever.* c. 17, ibique notae Salmaſii). In Aegypti miraculis, quae inſpexit imperator recenſet Spartianus Memphim, & Memnonem, & pyramides, & labyrinthum, addens iucundam ipſi fuiſſe peregrinationem propter religionem dei Serapidis, & propter novitatem animalium, atque locorum.

Digitized by Google

III.* 9. ΑΥΤ Κ Α CΕΠ CΕΟΥΗΡΟC ΠΕΡΤ CΕΒ ΑΡΑΒΙΚ. Caput laureatum.
LE. Caput Ammonis. (AR).
10. Annus detritus. Imperator in bigis d. coronam, s. haſtam. (I.) M. Bodley.
11. An. detr. Aquila fulmini inſiſtens. (II.) M. Muſell. *not.*

## DOMNA.

1. ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput.
LA. Aequitas. (II.) Hard. ex M. Fouc. *not.*
2. ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CΕΒ. Caput.
LB. Roma ſedens. (II.) M. Arig.
3. LB. Mulier velata ſtans d. ſacra facit ad aram, s. tenet acerram. (II.) M. M. D.
4. LE. Victoria in quadrigis. Pat. ex M. Moroſ.
5. LH. Mulier ſedens s. caput Serapidis: ante eam labrum cippo impoſitum; pone Canopus itidem columella ſuffultus. (I.) Peller. *not.*
6. LIB. Mulier turrita ſtans d. ſuſtinet caput Serapidis, pone eam Canopus. (AR) M. R. G. *not.*
7. LIΓ. Serpens aſſurgens. (AR) M. R. G.



11. Forte Antiochiae reſtituendus.

*Domna*.

1. Legendum coniicio LA. Nam Severi anno primo Aegyptus Peſcennio adhaeſiſſe videtur.

5. 6. Alexandrina moneta circa haec tempora cum numero tum eruditione langueſcens hic augetur novo eoque eleganti argumento, poſtea typis maxime ſolemnibus adſcribendo. Eſt enim inventus Oſiris, celebris myſteriorum praeſentatio, quam antiquitus in Aegypti civitatibus, in primis Sai, Buſiri, Memphi, Philis; poſtea etiam in Phoenicia, Graecia, Italia, praeſertim Bybli, Corinthi, Tithoreae Phocidis, & Romae celebratam docent veteres ſcriptores (Herodot. l. 2. & Pauſan. *paſſim*, Apulei. *Metam*. 11.). Iſis in numo pro ſolito ornatu murali corona inſignitur, vel quia iſta cunctis convenit urbium & provinciarum geniis, qualis Aegypti credita fuit Iſis, vel quia ipſa ab huius ſaeculi hominibus plerumque pro eadem cum Deorum Matre habebatur. Suſtinet dextra caput Serapidis, quem cum Oſiride confuſum plurima docent veterum loca, in quibus Minucius Felix de ipſiſſimis myſteriis ſermonem habens ait: *Inanem tui Serapidis ſive Oſiridis tumulum conſidera*. Inventum Deum ſolo capite adumbrari, praeter quod communis mos eſſet in ſymbolicis ſacris & mortuorum evocationibus imaginum

# CARACALLA.

1. LA. Canopus. (II.) Poc.
2. LA. Caput Palladis, ante quod palma. (II.) M. Arig.

I. 3. ΑΥΤΟΚΡΑ ΚΑΙϹΑΡ Μ... ΑΝΤѠΝΙΝΟϹ ϹΕΒ.. Caput laureatum cum toga.

LB. Protome Anubidis diademate modioque ornata cum pectore nudo & pallio ad humerum ſiniſtrum; ante eam caduceus enaſcens in palmam. (II.).

4.*a*.LB. Caput Ammonis cum globo in vertice.(AR).M.Ainsl.
4.*b*.LB. Caput Ammonis cum flore loto. (III.) M.Theup.
5. LB. Caput Serapidis. (II.) M. Parm.
6. LB. Serapis ſtans, ad pedes aquila. (II.) M. Arig.

II. 7. ΑΥΤΟΚΡΑ ΚΑΙϹΑΡ Μ ΑΥΡ ΑΝΤѠΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum.

LB. Iuppiter ſeminudus ſtans d. extenſa pateram, s. haſtam: ante pedes adſtat aquila. (AR).

8. LB. Roma ſedens. (II.) M. Arig.
9. LB. Aquila, roſtro coronam. (III.) M. Theup.
10. LΓ. Aquila alis expanſis, roſtro coronam. (II.) M.Arig.
11. LΓ. Iuppiter ſedens d. pateram, s. haſtam; ad pedes aquila. (III.) M. Theup.
12. ΚΑΙϹΑΡ Μ ΑΥΡ ΑΝΤѠΝΙΝΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum.

LΓ. Caput Serapidis. (AR) M. Caeſ.

LΓ.

ginum loco oſcilla ſive larvas exhibere, peculiari ratione ſpectare videtur ad caput Oſiridis ex papyro ſponte compactum, quod ſingulis annis e Nilo mari innatans Byblum Phoeniciae deferri credebatur (Lucian. *de Dea Syria*): ſuperſtitione nata ex veteri mytho, delatum Nilo Oſiridis corpus ab Iſide *ἐν βύβλῳ*, in alga, fuiſſe deprehenſum, quem ita interpretati ſunt recentiores ac ſi in Phoeniciae urbis litore accidiſſet. Labro ſive pelvi ſignificari reor orbiculares lacus, in quibus peragi conſueverant Oſiridis perpeſſiones, quod nimirum in mare eſſet proiectus, & in eius litore ab uxore indagatus (Herod. *de Sai.*). Canopus denique exaltatum deum indicat, ſeu heroem factum deum, dum exantlatis quotquot ſibi propoſitae fuere aerumnis, poſtquam reſiſtendo, tolerando, ſuccumbendo, fati decreto ſatisfeciſſet, denuo reſurgens, atque a mortalis vitae faecibus repurgatus, aeternis diis adſcribitur, & velut fluvii genius, cui cuncta accepta referebant Aegyptii, pro ſummo & peculiari gentis numine, & provinciae cuſtode adoratur.

Digitized by Google

13. LΓ. Caput imberbe galeatum. (III.) M. Theup. *not.*
14. LΓ. Victoria gradiens. (II.) M. Arig.
III. 15. A KAICAP M AYP ANTΩNIN... Caput laureatum.
LΔ. Providentia ſtans. (II.).
16. LΔ. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. Arig.
17. LΔ. Fluvius rupi inſidens d. arundinem, s. cornucopiae. (III.) M. Theup.
18. LΔ. Serapis ſedens cum Cerbero. (AR) M. Caeſ.
19. LΔ. Caput Serapidis. (II.) M. Arig.
20. LΔ. Serpens criſtatus arrectus & ſpicae implicitus. (II.) M. Parm.
21. LΔ. Aquila ſtans, roſtro coronam. (AR) M. Caeſ.
22. LΔ. Aquila in quadrigis. Pat. ex M. Moroſ.
IV.* 23. A KA M AYP ANTΩNINOC... Caput laureatum cum paludamento.
LЄ. Miles ſtans d. tenens haſtam cum clypeo ad terram, s. parazonium. (II.).
24.*a.*LЄ. Victoria ſtans cippo clypeum ſuperimponit. (II.) M. Arig.
24.*b.*LЄ. Victoria gradiens. (AR) M. Ainsl.
25. LЄ. Pallas ſtans cum victoriola. (II.) M. Arig.
26. LЄ. Nilus decumbens. (II.) M. Arig.
27. LЄ. Caput imberbe radiatum cum modio, ante quod palma. (III.) M. Theup.



*Caracalla.*

13. Forte Magni Alexandri, cuius imaginem in numis ſignaſſe Alexandrinos non eſt improbabile, praeſertim ſub imperatore, qui eum eiuſque geſta ſemper in ore habebat, imo nomine ipſius nuncupari affectabat: cuiuſque corporis inviſendi cauſſa, ut quidem ipſe prae ſe ferebat, Alexandriam profectus, loculum aperiri iuſſit, & chlamydem qua ipſe indutus erat, una cum anulo, cingulo, & quae alia gerebat pretioſa eo incluſit. Sub idem tempus percuſſi videntur numi Macedonum Alexandri caput adſcripto nomine exhibentes, ut renovarent memoriam regis ſui, cui aequiparari geſtiebat Romani orbis dominus. Sed iſta praedilectio, decoroſa Macedonibus, quorum legionem conſtituit phalangem Alexandri appellandam, non aeque iuvit Alexandrinos, omni generis calamitate ab imperatore affectos, in primis Ariſtotelicos muſei illius convictores, quos honoribus ſimul & emolumento ſpoliavit, aiens dignos eſſe magiſtri libros qui cuncti comburerentur, quod ipſe Alexandro mortis auctor exſtitiſſet. (Dio l. 77. Spart. *Carac.* c.2. Victor. *epit.* Herodian. l.4. Suidas v. *αντωνινος*).

28. Similis, ſed pro palma eſt caduceus palmifer. (II.) Beger.

29. Lς. Caput Nili. (II.) M. Arig.

30. LZ. Aquila alis expanſis, unguibus coronam. (III.) M. Arig. *not.*

31. LZ. Mulier ſtolata d. victoriolam tenet. (II.) Poc.

32. LIΔ. Tropaeum, ad cuius imum duo captivi: in area palma. (III.) M. Theup. *not.*

33. LKA. Fortuna ſtans. (I.) M. R. G.

34. LKA. Lectiſternium Fortunae. (I.) M. Theup.

35. LKA. Imperator d. elata ſtat in quadrigis lentis: e regione caput Serapidis. (I.) M. M. D. *not.*

ATT

30. Exſtinctus eſt Caracalla anno U. C. 971 die VIII aprilis, imperii anno ſecundum Aegyptios VII, tribuniciae poteſtatis XX, quam a patre communicatam accepiſſe A.U.C. 952 circa menſem februarium e Romana moneta atque ex inſcriptionibus colligitur. Sed anno antequam periit, Alexandrinorum in ſe & matrem dicteriis commotus, maxime quod eum parvum hominem deriſerint Alexandro & Achilli generoſiſſimis & pulcherrimis heroibus ſeſe aequiparantem, e Syria in Aegyptum profectus eſt, ſimulata benevolentia, praetendens cum magni Alexandri reverentiam tum religionem Serapidis, atque Alexandrina pube in planitiem prope urbem evocata, milite eos circumdari & immani ſtrage inermes ab armatis caedi iuſſit: miſſis qui eodem tempore urbem caedibus & rapina implerent ne deorum quidem templis parcituros: dum ipſe in Serapidis delubro deſidens tota die nocteque victimas immolaret deo, nimirum ut purus homo numen inſimul beſtiarum ſanguine placaret & noxiorum hominum ſupplicio: ita enim ipſe ſcripſit Senatui. Ne autem afflicta civitas denuo reſurgeret, peregrinos omnes mercaturae cauſſa illuc confluentes expulit, & urbis regiones muris ductis diviſit, quibus adſtituta praeſidia liberum inter cives commercium inhiberent, & interdixit ſpectacula atque ſodalitates. Vid. not. ad n. 13.

32.-37. Annos exhibent Severi, quo adhuc ſuperſtite eorum primus eſt percuſſus, A.U.C. 959, 960; reliqui autem eo defuncto A.U.C. 966-968, Caracallae III & IV.

35. Obſtat annus quo minus numum cum ſequente ad Aegyptiam imperatoris profectionem ſpectare cenſeam, quam licet ſibi funeſtam, laetam ſperabant Alexandrini, & advenientem dominum omnibus reverentiae & amoris ſignificationibus demulcere ſtudebant. Cuſi enim ſunt numi A.U.C. 966, 967; at Aegyptium iter incidit in A. U. C. 969, 970. Ceterum impenſe coluit Serapidem Caracalla, & primus videtur qui Iſiacam religionem intra urbem recepit, quod a viris eruditis, qui Spartiani locum circa hanc rem verſantem interpretati ſunt, animadverſum non invenio. Ita enim habet c. 9. in *Antonino Caracalla. Sacra Iſidis Romam deportavit, & templa ubique magnifica eidem deae fecit, ſacra etiam maiore reverentia celebravit quam antea celebraban-*

36. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ СΕΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΕΥϹ ϹΕΒ ΒΡΙΤ. Caput laureatum.

ΙΚΑ.

*brabantur. In quo quidem mihi mirum videtur, quemadmodum ſacra Iſidis primum per hunc Romam veniſſe dicantur, cum Antoninus Commodus ita ea celebraverit, ut & Anubin portaret, & pauſas ederet: niſi forte iſte addidit celebritati, non eam primus invexit.* Haec Petrus Faber (*ſemeſt.* 3, 3) ita emendat, ut in priori periodo pro *Romam* legat *Romae*, poſteriorem autem totam cenſeat ſubreptitiam. At Caſaubonus in notis ad Spartianum vulgatae lectionis fidem tuitus eſt, argumentis uſus cum membranarum conſenſu, tum Victoris teſtimonio in Caeſaribus: *Aegypti ſacra per Caracallam Romam deportata*; & cenſuit, aut primum Caracallianae hiſtoriae ſcriptorem, forte Marium Maximum a Spartiano & collegis frequenter citatum, hallucinatum eſſe, aut Spartianum atque Victorem, cum ex eo iſta verba deſcriberent, mendoſo uſos fuiſſe codice, ubi perperam ſcripſiſſet librarius: *Sacra Iſidis Romam deportavit*, pro, *Sacra Iſidis Romae portavit*; quod quidem iam fecerat Commodus: Caracallam vero nihil novaſſe niſi quod Aegyptiae deae celebritatem augeret. Caſaubonum ſecutus eſt Reimarus in annotationibus ad Dionis l. 79. ſect. 10. Obrechtus autem & Cuperus (in *Harpocrate* pag. 508. vol. 2. ſuppl. Polenii ad Gron. & Graev.) non de cultu rituve intelligenda cenſent verba, quae circa ſacra Iſiaca prodit Spartianus in Caracalla, ſed de arcanis genuiniſque deae exuviis, uti loquitur Apuleius. At magnorum virorum venia liceat nonam tentare praeclari loci interpretationem, quo, ni omnia me fallunt indicia, praeciſe tempus edocemur quando Iſiaca religio, quae poſtea cunctas Romani orbis ſuperſtitiones in ſe recepit atque obſcuravit, & demum communi involvit ruinae, Romana civitate eſt donata.

Iam pluria ante ſaecula in Italiam & Romam penetraverant Aegyptia numina, ſive verba Valerii Maximi 1, 3: *L. Aemilius Paulus Conſul cum Senatus Iſidis & Serapidis fana diruenda cenſuiſſet, eaque nemo opificum attingere auderet, poſita praetexta ſecurim arripuit, templique eius foribus inflixit*; cum Fabro de Aemilio illo intelligas qui Conſul fuit anno U. C. 534, & Cannis cum exercitu periit, ſive de altero qui conſulatum geſſit 704, quae Cuperi eſt ſententia (in *Harpocrate*), & magis arridet, Dione Senatus conſultum, quo circa 695 urbe pulſus eſt cultus Serapidis, inter res novas atque portentoſas referente. Certo ſcimus ex verſibus Ennii apud Ciceronem l. 1. *de divinatione*:

*Non habeo denique nauci Marſum augurem,*
*Non haruſpices vicanos, non de circo aſtrologos,*
*Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomnium:*
*Non enim ſunt ii aut ſcientia aut arte divini:*

ſaltem ante A. U. C. 580 Italiam & Romam infeſtaſſe Aegyptios nugivendolos & fallaci arte ſtipem collegiſſe. Certo quoque ſcimus ex Apuleii *Metamorphoſeon libro ultimo ſub finem*, conſtitutum fuiſſe Romae Syllanis temporibus, i. e. circa A. U. C. 675, paſtophorum collegium ad Iſidem Campenſem. Docemur denique Varronis teſtimonio apud Tertullianum *adv. nationes* 1, 10, & *apolog.* c. 6., & Arnob. *adv. gentes* c. 2: Serapidis aras ante Piſonem & Gabinium Coſs. i. e. ante 696, Senatus conſulto fuiſſe deiectas, a populo autem denuo inſtaura-

LKA. Imperator habitu militari ſtans d. tenens haſtam coronatur a Serapide palliato adſtante. (I.) Pell.

LKB.

inſtauratas, & Gabinium Conſulem kal. ian. tumultuante populo, quod de Serapide & Iſide nihil conſtituiſſet, hoſtias vix probaſſe, attamen reſtitiſſe, & aras Aegyptias prohibendas pronunciaſſe. Ergo ſaltem A. U. 695 factum eſt iſtud Senatus conſultum, quod Dio notat ad annum 701, ita quidem ut anno praecedenti eveniſſe prodat. Cavendum autem ne Tertulliani verba: *prohibitos Capitolio, curia deorum pulſos*; eo modo accipias ac ſi Aegyptii dii antea in Capitolium fuiſſent recepti: nam teſte Dione de aediculis & aris agebatur, quas privato conſilio nonnulli exſtruxerant, Senatus autem deos iſtos non magni faciebat, neque poſt conceſſa populo Aegyptia ſacra, intra pomoerium fieri ſivit (Dio 40, 47). Paucis inde annis, U. C. 706, in ſecundo conſulatu Caeſaris denuo proſcripta ſunt. Nam cum apes conſediſſent prope ſtatuam Herculis in Capitolio, prodigium ita interpretati ſunt augures, ut ad avertendum omen cuncta Iſidis & Serapidis ſana excidere opus eſſet. Hactenus quidem prohibitus fuerat eorum cultus; at Senatus populari ſuperſtitioni aliquo modo indulſiſſe videtur: nunc ut patrios deos placarent tali impetu ad evertenda Serapica ſacra ſeſe accinxere, ut inſimul Bellonae aedem inſcii deſtruxerint: e quo atque e citato loco Apuleii colligitur iam tunc Aegyptiae religionis ſedem fuiſſe in campo Martio, ubi poſtea magnificum templum, nam fuit in eodem campo Bellonae aedes (Dio 42, 26.). Hic quoque conditum puto fanum, quod A. U. 711 Aegyptiis diis cenſuere triumviri, qui ut plebem ſibi devincirent, ſacra a Senatu toties damnata probarunt, & nova numina Latii iure donavere, (non Auguſtus poſt captam Aegyptum, ut perperam legitur apud recentiorum nonneminem): quae per univerſam Italiam circa haec tempora magna popularitate culta docet callidum Voluſii aedilis conſilium, qui a triumviris proſcriptus aſſumpto Iſiaci habitu & Anubidis ſimulacro humeris impoſito, per itinera viaſque publicas ſtipem petens latuit donec in M. Bruti caſtra perveniret (Dio 47, 15. Appian. *de B. C.* l. 4., Val. Max. 7, 3.). At ne hoc quidem contenti Aegyptii ſacricolae bis Auguſto imperante ſacra ſua in ipſam urbem invehere conati ſunt, A. U. 726, 732: ſed utraque vice a Caeſare coerciti, & ſacra ſeptem ſtadiis cum dimidio a moenibus ſemota (Dio 53, 2; 54, 6.). Duriores inde vices experti ſunt ſub Tiberio, quo imperante A. U. 772 actum eſt de ſacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis, factumque patrum conſultum, ut quatuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta, quis idonea aetas, in inſulam Sardiniam veherentur coërcendis illic latronibus: ceteri cederent Italia, niſi certam ante diem profanos ritus exuiſſent: everterentur templa, ſimulacra in Tiberim proiicerentur, religioſae veſtes & inſtrumenta omnia comburerentur (Tacit. *A.* 2, 85. Sveton. *Tiber.* 36. Ioſeph. *Antiq.* 18, 3.). Occaſionem prodit Ioſephus, quod fraude ſacerdotum Iſiacorum Romana matrona a quodam D. Mundo, Anubi deo credito, conſtuprata eſſet, quam rem Tacitus quidem & Svetonius ſilentio premunt, ceterum peregrinis ſacris minime faventes, at fidem conciliant auctori quae paſſim leguntur apud Romanos ſcriptores de depravatis Iſiacorum moribus, in quibus Iuvenalis invehitur in Iſiacae lenae ſacraria (*Sat.* 6, 488), ipſe Svetonius Iſiacum cultum in Othone adhuc privato velut mollitiei indicium

Digitized by Google

37. LKB. Spes gradiens. (I.) M. R. G.

An..

cium reprehendit ( *Otho* 12. ) . Colligimus praeterea ex hoc Svetonii loco, Aegyptios deos a Tiberio expulſos poſt non longum intervallum ad urbis viciniam remeaſſe; ſed cuius facti antiquius & certius monumentum proſtat arula in muſeo Borgiano non procul ab urbe inventa , luce iam donata a Grutero in *theſ.* MLXV , 11: & a Fabrettio in *inſcript.* p.472. Huius epigrammate:

TI. CLAVDIO . CAISARE

AVG. GERMÁNICO . $\overline{V}$

SER. CORNÉLIO . ORFITO . COS

ISIDI . INVICTAI. ET. SERÁPI

MAÍDIVS . SERƎILIAÍ . AƎIOI.....

LIB. AMERIMNVS

EX . ƎISV́

docemur eam dicatam fuiſſe diis Aegyptiis A.U.804, ſub principe, ut alio loco innuimus, exteris rebus , praeſertim Aegyptiis favente , neque de vetere diſciplina magnopere ſollicito . Conſentit Lucanus , qui imperante Nerone ita alloquitur Aegyptum :

*Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin* . ( *Pharſal.*8, 831.)

Etenim circa haec tempora reſtitutum videtur templum Iſidis in Campo, Tiberio iubente everſum , a Dione ( 66,24) recenſitum inter aedificia Romae ultimo Titi imperatoris anno , qui eſt urbis 833, una cum Pantheo Agrippae atque Septis ingenti incendio abſumpta: inde teſtibus Eutropio ( l.7. ) , Euſebio , & Caſſiodoro , imperante Domitiano circa A. U. 847 magnificentius reſtituta . Ipſum Domitianum peculiari affectu Iſiaca ſacra proſecutum coniicerem , ſi plenam fidem haberem Svetonio , narranti , eum in bello Vitelliano , cum tantum non captus eſſet ab inimicis , ſub Iſiaca veſte latentem evaſiſſe . At Tacitus idem factum prodens nihil habet de Iſide , ſed Domitianum ſalutem ſuam Iovi , inter cuius ſacricolas delituiſſet , acceptam retuliſſe docet , & gratum animum teſtificaſſe exſtruenda ſacella & templa Iovi Conſervatori atque Iovi Cuſtodi ( Sveton. *Domit.* 1. Tacit. *H.* 3, 74. ) . Linea autem veſtis , qua tectum fuiſſe ait Tacitus, licet peculiari aliquo modo propria eſſet Aegyptiis , tamen & in aliis ſacris paſſim eſt uſurpata , de qua re videſis Herodotum ( 2, 91. ) , Virgilium ( *Aeneid.* 12 , 100. ) , Servium ( *ad Aeneid.* 12 , 149 ) , & Silium ( *Punic.*3, 21). Sed quaecunque ſtatuere placeat de lineo amictu , nomini facile perſuadebitur Iſiaca ſacra , Svetonio dicta vana ſuperſtitio, tunc temporis coniuncta fuiſſe cum cultu Iovis Capitolini . Poſthaec ab inde Domitiano uſque ſub Commodo velut unicum celebratum offendimus Serapeum cum Iſio in Campo :

*Aedes*
*Iſidis , antiquo quae proxima ſurgit*
*ovili :* ( Iuvenal.6, 525 )

& ubi Oſiricis myſteriis initiatum ſeſe prodit Apuleius ( *Metam.* 11 ) . Interea

ſub

38. An. detr. Mulier ſedens prope labrum ; pone eam Canopus cippo impoſitus. (I.) M. R. G.

39. An. detr. Nilus rupi inſidens. (I.) M. R. G.

GE-

ſub Hadriano ſive Antonino denuo in urbem irrepſit cultus Serapidis, ſed a Marco iterum eſt ſubmotus. Legitur apud Gruterum CCCXIV, 2: epigramma graecum ſaxi inventi Romae apud S. Mariam in Via Lata: honoraſſe ordinem Paeaniſtarum Iovis Solis Magni Serapidis & Divorum Auguſtorum Romae Emben prophetam & patrem ordinis marmorea protome poſita in domo Paeaniſtarum prid. non. mai. Claro & Severo Coſs. i. e. U. C. 899, Antonini Auguſti IX. Marcum de Aegyptiis ſacris aliquid ſanxiſſe ſolus quod ſciam auctor eſt Capitolinus (c. 23), iſque adeo obſcure novo uſus vocabulo, ut ſenſum attingere plane difficile ſit. *Sacra Serapidis a vulgaritate Peluſiae* (al. *Peloſiae*) *ſubmovit*: verba eius ſunt, quae non parum exercuere Caſaubonum, Gruterum, & magnum Salmaſium, neque poſt eos tentata legi. Dum enim de Peluſio oppido acciperent, (quod & Peluſiam dici poſſe contendit Salmaſius, Caſaubonus autem legens *Peluſia* interpretatur vulgaritatem Peluſiam, concurſum Peluſiotarum & Aegyptiorum ad Serapicam feſtivitatem celebrandam) mirum viſum eſt Aegyptiaca ſacra, quae etiam in Italiam eſſent recepta, urbi Aegyptiacae fuiſſe adempta. Novam interpretationem ſuggerit Calendarium Lambeccianum inter Romanas celebritates notans ad XIII kal. apr. PELOSIA, coincidente vulgata lectione apud Tertullianum (*de baptiſmo* c. 5), qua ludis Apollinaribus Romae ſolemnibus coniunguntur ludi ſive initia Peluſia, pro quibus recentiores libri Eleuſinia ſubſtituere, licet creditu ſit difficile librarios rem tritam & vulgarem in alteram corrupiſſe, de qua vix alia exſtant apud veteres veſtigia, certe perrara ſunt. Romae autem fuiſſe celebrata initia Peluſia, de quibus loquitur Tertullianus, non ut putat Caſaubonus ſolum Peluſii, & aliquo pacto cum Apollinaribus ludis connexa, praeter calendarium & verborum nexum apud auctorem de baptiſmo, cui vix in mentem venire potuit rem ignobilem ex terrae finibus petitam opponere celebritati Apollinari, innuit ſaxum ſupra laudatum, cum Paeaniſtarum appellatione tum Iovis Solis nomine inſtitutum Apollini addictum ſubindigitans. Sed novum lumen obfundit Plutarchus in tractatu *de Iſide*, ubi inter Aegyptias celebritates ſtatis temporibus adſignatas recenſet ſacrum Harpocratis ſub vernale aequinoctium obſervandum; quod eodem redit. Nam Plutarchus non reſpexit civile aequinoctium illo aevo diei VIII kal. apr. adfixum, ſed adpropinquans naturale aequinoctium, docetque & anni, quam notat, tempeſtate & Harpocratis adpellatione, celebritatem Soli dicatam fuiſſe, quem tunc modo Harpocratem vocabant modo Serapidem. Peluſiorum vero nomen inde traxiſſe videtur, quod qui primum iſtas caerimonias Romam detulere, Peluſiotae fuerint. Haec vero ſi ita ſunt, facilior erit mens Capitolini, qui poſtquam laudaſſet Marcum quod compoſuiſſet diffluentes mores matronarum & iuvenum nobilium, ſubiungit: *ſacra Serapidis Peluſia a vulgaritate ſubmovit*, nobilium coetu opponens urbanam plebem Aegyptiis ſacris mancipatam, & ſub myſticorum ludorum velamine flagitia exercentem. Hac quidem ultima vice Romae coercita videtur Aegyptia ſuperſtitio: nam Commodus in omni re patri oppoſitus peregrinis quoque ſacris deditus fuit, ut in notis dictum; attamen nullum indicium

# GETA.

1. ... T KAIC ΓΗΤ AN. Caput laureatum.
ΙΕ. Caput Iovis loto inſigne. (II.) Poc. *not.*
2. Π CΕΠΤΙΜΙΟC ΓΕΤΑC ΚΑΙCΑΡ. Caput nudum.
Sine anno. Serpens erectus, ante quem vas ſive ciſta, pone caduceus & ſpica. (III.) M. Theup.

Kk ATTO-

dicium deprehendi Iſiaci cultus ab eo intra urbem admiſſi. Sed Caracalla ſingularem profeſſus erga Serapidem religionem, & ipſe cum fratre Aegyptiorum deorum conſortio adſcriptus, (ΘΕΟΙC ΑΔΕΛΦΟΙC CΥΝΘΡΟΝΟΙC ΤΟΙC ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩΙ ΘΕΟΙC, ſaxum Romanum apud Gruterum MLXXIII, 11) publica celebritate intra pomoerium recepit ſacra Iſidis, teſtante novorum numinum introitum, praeter veterem ſcriptorem a Capitolino atque Victore compilatum, marmore Romae effoſſo, quod ita exhibet Gruterus LXXXV, 3: VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE IMP CAESARIS M AVRELII ANTONINI AVG PII FELICIS SEX POMPEIVS PRIMITIVVS CVM M VIRRIO STRVTTO FIL COLVMNAS CVM EPISTYLIO DEO MAGNO SERAPIDI IN INTROITVM EXORNAVERVNT. Eodem tempore compluria magnifica templa dedicavit Aegyptiis diis per urbis regiones, in quibus quod poſitum fuit in ſexta regione, cui nomen Alta ſemita, celebratur in fragmento tabulae marmoreae invento prope coenobium SS. Apoſtolorum: SERAPIDI DEO . . . M AVRELIVS ANTONINV . . . . . IFEX MAX TRIBVNIC POT X . . COS . . PP . . AEDEM . . . AEDIF (Gruter. LXXXV, 6. Nardin. in *deſcr. urbis* reg. VI). Hoc autem fuiſſe inter praecipua huius religionis ornamenta docent Rufus, Victor, atque compilatur Notitiae dignitatum imperii, quorum nemo praeterit. Aliud ad eadem tempora ſpectans fuiſſe in octava regione, ſilentibus libris, docet ara marmorea reperta prope Capitolium, cuius inſcriptionem conſervatam a Grutero LXXXV, 2, una cum binis quas citavi, perperam ad Marcum refert Cuperus in *Harpocrate* (p. 508. in 2. vol. ſuppl. Polenii) non advertens Marcum Felicis cognomen nunquam uſurpaſſe. (Vid. not. ad num. 21. *Elagabali*). Ab his inde temporibus Aegyptia ſacra inter Romana recepta atque cum iis commixta a ſequentibus imperatoribus magna religione culta ſunt, donec circa Gallieni imperium antiquis Romae numinibus praeferri coepere, ſub ſecunda Flaviorum dynaſtia ut nulla alia in numis celebranda.

### *Geta.*

1. Vix ad Getam imperatorem pertinet, cuius nomen a Graecis an unquam ΓΗΤΑ ſcriptum ſit neſcio. De ſequentibus incertum eſt utrum in Aegypto ſint percuſſi, altero ſiſtente typum in huius provinciae moneta nondum conſpectum, altero graeca fabula ornato, quae poſt Marci obitum exulare videntur, utroque autem certo anni indicio carente. Quem publicavit Ericius Perinthi urbis eſſe coniicio. Interea advertere iuvat, cogitantibus fratribus de imperii diviſione, placuiſſe Getae, dum frater Romae imperaret, ſive Alexandriam ſive Antiochiam regni ſedem ſibi eligere, velut urbes ſeu magnitudine ſeu ſplendore Romae parum cedentes. (Herodian. l. 4.).

Digitized by Google

3. ΑΥΤΟΚΡΑ ΚΑΙϹΑΡ ϹЄΠΤΙ ΓЄΤΑϹ. Caput imberbe. Sine anno. Hercules ſerpentem arbori obvolutum clava concidit. (Æ). M. Erizzo.

## MACRINUS.

1. ΑΥΤ Κ ΜΑΡ ΟΠ ΜΑΚΡЄΙΝΟϹ. Caput laureatum.
LA. Victoria gradiens d. coronam, s. palmam. (AR) M. Ennerii. (II.) M. Arig.

I.* 2. Α Κ Μ ΟΠЄΛΛ ϹЄΥΗ ΜΑΚΡΙΝΟϹ ϹЄΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LB. Protome iuvenilis cum diademate & modio, cum pectore nudo & pallio ad humerum ſiniſtrum, ante pectus caduceus enaſcens in palmam. (I.) *not.*

3. Α Κ Μ ΟΠЄΛΛ ϹЄΥΗ ΜΑΚΡ. Caput laureatum cum paludamento.
LB. Caput Iſidis cum flore loto, tutulatum ac ſtolatum: ante id palmae ramus. (I.) M. Ver. *not.*

4. ΑΥΤ Κ Μ ΟΠЄΛ ϹЄΥΗ ΜΑΚΡΙΝΟϹ ϹЄΒ. Caput laureatum cum paludamento.
L.. Caput Serapidis. (II.) M. Farn.

## DIADUMENIANUS.

1. LB. Imperator in quadrigis. Pat. ex M. Moroſ.

ELAGA-

*Macrinus.*

2. Manſit Aegyptus in fide Macrini Imperatoris donec ipſe opprimeretur ab Elagabalo, provinciam regentibus Baſiliano praefecto & Mario Secundo Phoenices praeſide, qui primus Senator, & uſque ad exitum Alexandri Severi unicus, Aegyptiis rebus adminiſtrandis delegatus eſt ab imperatoribus. Nam ex conſtitutione Caeſaris Auguſti, quam adhuc ſe ſcribente vigere ait Dio, equitibus Romanis commiſſa erat provincia, ſenatoribus autem ne adire quidem licebat. Victo dein Macrino magna exſtitit Alexandriae ſeditio, in qua cum civium tum militum multi periere, in his Secundus. Baſilianus autem in Italiam profugit (Dio 78, 35: 51, 17).

3. Facile idem eſt cum praecedente.

Digitized by Google

# ELAGABALUS.

1. LA. Roma ſedens. (II.) M. Arig.
2. LA. Caput Serapidis. (II.) Triſt.

I.* 3. ΑΥΤ ΚΑΙ ΜΑ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput laureatum.
LB. Caput Serapidis cum pallio ad humeros. (AR).
4. LB. Iuppiter ſtans d. pateram, s. haſtam: ante pedes aquila. (II.) M. R. G.
5. LB. Spes gradiens. (II.) M. Parm.
6. LΓ. Iuppiter ſedens d. pateram, s. haſtam: ante pedes aquila. (II.) M. R. G.
7. LΓ. Caput barbatum diadematum & loto ornatum, ante quod cornucopiae. (AR) M. Ainsl.
8. LΓ. Victoria gradiens. (II.) Geſn. ex La-Motraie.
9. LΓ. Imperator eques. Pat. ex M. Moroſini.

II. 10. Adverſa, ut n. 3.
LΔ. Pallas ſtans d. victoriolam, s. haſtam cum clypeo ad terram. (II.).

III. 11. Eadem adverſa.
LΔ. Providentia ſtans d. elata, s. duplex cornucopiae. (AR).

IV. 12. Alius nonnihil diverſus. (AR).
13. LΔ. Aequitas ſtans. (II.) M. R. G.

V. 14. Adverſa, ut n. 3.
LΔ. Nilus rupi inſidens d. arundinem, s. cornucopiae. (II.).
15. LΔ. Serapis ſedens, ante pedes gryphus. (II.). M. Theup.
16. LΔ. Caput Serapidis. (II.) M. R. G.
17. LΔ. Aquila alis expanſis, roſtro coronam. (III.) M. Theup.
18. LЄ. Aquila ſtans. (II.) M. R. G.
19. LЄ. Caput Iovis Ammonis, in cuius vertice lotus. Pat. ex M. Moroſ.



Digitized by Google

VI. 20. . . . . ANTωNINOC CEB. Caput laureatum.
LE. Caput Serapidis. (II.).
21. LE. Capita iugata Serapidis & Iſidis. (II.) M.R.G. *not*.
22. LE. Caput Solis imberbe radiatum, iugatum cum capite Lunae lunula in fronte inſigni. (II.) M. R. G.
23. LE. Caput imberbe cum modio & radiis, ante quod caduceus in palmae ramum enaſcens. (II.) M.R.G.
24. LE. Nilus ſubſidens cum tribus puerulis: ante eum obeliſcus baſi impoſitus. (II.) M. R. G. *not*.
25. LE. Pallas ſtans. (II.) M. R. G. *not*.

PAU-

21. Imperatorem, quamquam ad Elagabali ſui cultum reliquas religiones omnes trahere ſtuderet, atque in uno templo omnes collocare, tamen Aegyptios deos Romae peculiari devotione coluiſſe, docet inſcriptio Gruteriana LXXXV, 2: SERAPI SACR IMP CAESAR M AVREL ANTONINVS AVG PIVS FELIX COS IIII PP: *a tergo*: DEDIC ID APR IMP CAES ANT PIO III ET M AVR ALEXANDRO COS. Quo lapide inſimul evincitur Elagabalum medio menſe aprili A. U. 975 adhuc fuiſſe ſuperſtitem. Eo imperante prodit Dio incendium Serapei Alexandrini, ſed quo praeter gladium, quo fratrem confoderat Caracalla, & poſtea ſuſpenderat Serapidi, nihil abſumptum ait (Dio 78, 7. Lamprid. *Elag*. c.3).

24. Similem abſque muſei indicio publici iuris fecit Vignolius in diſſert. de primo anno Alexandri imperatoris.

25. Cum ea ſit inter auctores de duratione Elagabali diſſenſio, ut alii uſque poſt coeptum annum VI imperaſſe prodant, alii ne tertium compleviſſe, confido neminem me temeritatis in ius vocaturum eſſe, ſi poſthabita communi chronologorum ſententia, qui praecedente Tillemontio Dionis libros ſecuti ſunt, nova ratione annos eius colligam. Confuſa p lane ſunt & obſcura Severianae dynaſtiae tempora, dum praeter ſcriptorum negligentiam, ſeu mavis librorum corruptionem, ipſa ſaxa paſſim erroris arguantur, Aegyptii numi circa huius familiae initia fere deficiant, in Romanis autem imperatorum anni non eodem quo antea pacto ſignari videantur. Interea bini termini nobis ſe offerunt, quorum adminiculo certum intervallum praefinire datur inter ultimum annum Commodi & primum Severi Alexandri, annorum nimirum XXVIII, quibus ſi addas alios annos XIV, quos Alexandro tribuunt numi cum Romani tum Alexandrini, habes ſummam annorum, quibus Romanum imperium paruit Afris atque Syris, i. e. annos XLII. Commodum quidem vitam produxiſſe uſque ad prid. kal. ian. 946, adſtruximus ex ſerie numorum Aegyptiorum adſtipulante urbani commatis pecunia. Initium autem Alexandri colligitur ex cyclo paſchali quem D. Hippolyto tribuunt, quique exaratus in marmorei throni latere adſervatur in muſeo bibliothecae Vaticanae, atque ut reliquos taceam annotationibus donatus eſt a Scaligero libro *de emend. temp*. p. 271. Incipit enim cyclus a primo anno Alexandri, atque ex plenilunio paſchali eum prodit eius characterem, qui alii anno quam U.C. 975 convenire nequit. Sed dies qua accepit impe-

# PAULA.

## I. ΙΟΥΛΙΑ ΠΑΥΛΑ CEB ΛΓ. Caput huius.

ΑΥΤ

imperium nos latet, dum nullo pacto ex cycli verbis conſequitur Alexandrum iam ſub huius anni paſcha imperio potitum fuiſſe. Mos enim obtinuit apud veteres aſtronomos in calculis & obſervationum laterculis, integrum annum adſignare ei principi qui ultimum menſem occupaſſet; ita ut neceſſario multa phaenomena adſcribantur imperio principis qui dum evenirent erat privatus, modo ante elapſum annum ſucceſſurus: cuius rei plurima offendes exempla in regum canone edito a Dodwellio in appendice diſſertationum Cyprianicarum. Ex alio praeterea indicio natalem imperii Alexandri colligere tentarunt viri docti, nimirum ex Lampridii c. 6. ubi imperatorios honores ipſi decretos refert in Senatu habito a. d. prid. non. maii; ſed quam fidem hoc loco mereatur Lampridius abunde docet Tillemontius in nota VI ad vitam Elagabali, etſi quem ipſe init computus ex verbis Xiphilini atque Zonarae infirmiori adhuc nititur fundamento, dum incertum Elagabali exitum velut certum ſupponit. Relinquitur igitur a die emortuali Commodi ad natalem Alexandri ſpatium annorum XXVIII cum incerta anni XXIX parte: quibus labentibus vix aliud temporum diſcernendorum auxilium maioris fieri ſolet ab eruditis quam faſti conſulares, quibus licet ut ad nos venere nulla publica auctoritate praeditis, ſaepe inter ſe diſcordibus, ſaepe fallentibus, tamen dum ſinceriora monumenta non obſtent, fides non eſt neganda. Iſti autem Severum Aug. III & Antoninum Aug. eponymos habent anni U. C. 956 (ex computo quidem noſtro, de quo in Commodo), qui in numis & ſaxis inſignitur numero tribuniciae poteſtatis in Severo non plus decimo, in Caracalla non plus quinto: adeo ut Caracalla, cuius pecunia atque lapides progrediuntur uſque ad TR POT XX, ante A. U. 971 interemptus eſſe nequeat. Diem notat auctorum conſenſus inter IV & X menſis aprilis, nec ſolis numeris vel menſis vocabulo, ut mendum ſuſpicari poſſet aliquis alteri ab altero communicatum, ſed addito ludorum Megalenſium indicio, quos a IV ad X aprilis celebrari conſtat. Unde arguitur non multo poſt coeptum annum 951 accepiſſe tribunitiam poteſtatem. Patrem obiiſſe prodit Dio, nemine quod ſciam dubium movente, a. d. prid. non. februarias imperii anno XVII, menſe IX: initium ſtatuens, ut videtur, a caede Iuliani die II iunii A.U.C. 947: at numi in Severo non raro ſignantes tribunitiam poteſtatem XIX vel aliud principium vel alium finem arguunt. Si finem moves erroris inculpes Dionem neceſſe eſt, quod niſi coactus facere nollem: de initio ſcriptoris pace diſceptare licet. Quamquam enim ipſe a Iuliani exitu computum ineat, tamen non caelat factum quo indicio uti poſſumus ad aliud principium, fictitium quidem, ſed publica auctoritate ab ipſo principe conſtitutum, eruendum. Refert nimirum l. 75. cap. 7: Severum ficta adoptione tranſiiſſe in familiam Antoninam & pro Marci filio, Commodi fratre voluiſſe haberi, confirmantibus numis DIVI M PII F TR P III, quod non libidine, ſed prudenti aliquo conſilio feciſſe opinor, ut haereditaria ſucceſſione non militari factione ad rerum faſtigium videretur elevatus, & unde gratius & firmius eſſet ſuae gentis imperium. Huiuſmodi iure ſuppoſito devolutum ei fuerat re-

gnum

ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ΑΝΤѠΝΙΝΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum. (AR) M. Ennerii.

LI.

gnum ſtatim a die qua occiſus eſt Commodus, atque imperii vel quod idem eſt tribuniciae poteſtatis anni inde incipiendi, obliteratis nominibus Pertinacis, Iuliani, una cum Peſcennii atque Albini velut uſurpatorum. Auget ſuſpicionem Severiana pecunia ab inde A. U. 952, poſt Caracallam Auguſtum renunciatum, Pertinacis nomen ex Severi appellationibus exulare iubens: dum callidus Afer principis memoriam, cuius ab initio vindicem ſeſe fecerat, poſt firmatum imperium proſcribere ſtuderet. Haec vero ſi concedas omnis elevabitur difficultas. Mortuus erit Severus die quam notat Xiphilinus, eodemque tempore poſt coeptum trib. pot. annum XIX, Caracalla initio anni XX. Verumque imperium Severi erit quod prodit Dio annorum XVII, menſium VIII, dierum III, initium capiendo a caeſo Iuliano & occupata urbe; at ſucceſſio poſt exitum Commodi annorum XVIII, menſis I, dierum IV: nec ſupereſt quod turbet rerum ſeriem. Etenim quod tam vehementer torſit chronologos, celebre illud Romani Panthei epigramma, a longa antiquariorum ſerie perperam proditum, poſtquam diligentia Vignolii in diſs.2. de anno primo Alexandri imp. p. 200. tom. I. opp. S. Hippolyti ed. Hamburg. integrum & correctum reſtituit, non amplius V anno trib. pot. in Caracalla copulat annum XI Severi, ſed ut par viſum erat eruditis X: neque reliqua monumenta ex quibus Noriſius duplex arguit Caracallae initium, non ſine gravi chronologicae artis detrimento, quaeque indicata habes apud Tillemontium vol. III. p. 458. ed. Ven., deleto immani iſto errore magni videntur facienda. Advertendum tamen nullam eſse impoſſibilitatem quin inciderit finis V anni Caracallae in XI annum Severi, dum ex numis certum ſit hunc imperii initium ſtatuiſse a ianuario, de illo tantum de martio conſtet: neque ullo pacto obſtare noſtrae ſententiae ſi aliquando ſimile quid probaverint certa monumenta. Imperavit autem Caracalla uſque ad diem VIII aprilis, quem ſtatuit Dio, A. U. 971; ſucceſſit Macrinus menſibus fere XIV, eodem Dione auctore, ut menſe iunio 972 occubuiſse neceſse ſit, conſentientibus numis, qui binos Aegyptiorum annos totidemque praeferunt tribuniciae poteſtatis. Excipit Macrinum Elagabalus, cui interempto ut ſupra vidimus A. U. 975, tribuunt numi Aegyptii quintum annum, Romani trib. pot. V, Herodianus partem anni VI, Dio annos III cum menſ. IX dieb. IV, iunior Victor atque Eutropius ann. II menſ. VIII, Aurelius Victor in *Caeſ*. annos II cum dimidio. In ſcriptoribus Dionem maximae eſse auctoritatis & ipſe pro certo habeo, at quo pacto accidi potuit ut Herodianus ſcriptor etiam ille coaevus, in urbe praeſens & cordatus ſane, imperatorem qui quartum annum non complevit uſque ad ſextum perveniſse credat? Si librarii error eſt, quid obſtat quo minus idem evenerit circa Dionem epitome tenus deperditum? Aegyptii numi cum Dione fere conſentiunt, ſed qui in anguſtius adhuc ſpatium cogi poſſunt: Romani a parte Herodiani ſtare videntur; interſtitium autem quod relinquitur a iunio menſe 672, quo caeſus eſt Macrinus ad aprilem 975, quo coepiſse Alexandrum reputant plerique, Eutropium & Victores iuvat. At nondum conſtare de natali die Alexandri ſupra innuimus: quo conceſso datur modus conciliandi Dionem cum Aegyptiorum numorum ſerie & intervallis tempo-

2. LΓ. Caput muliebre turritum. (II.) M. R. G. *not.*
3. LΓ. Caput muliebre laureatum turritum. (AR) M. Ainſl.
4. LΓ. Caput Iſidis. (III.) M. Theup.
5. ΙΟΥΛΙΑ ΠΑΥΛΑ CΕΒ. Caput huius.
LΓ. Lectiſternium Fortunae. (IL.) M. Caeſ.
6. LΓ. Elagabalus & Paula haſtati ſtantes iungunt dexteras. (IL.) M. R. G.
7. LΓ. Imperator eques d. elata, s. ſceptrum. (IIL.) M. Theup.
8. LΔ. Fortuna Iuſtitia ſtans. Pat. ex M. Moroſ.
9. LΔ. Providentia ſtans. (II.) M. R. G.
10. L.. Caput Lunae. (II.) M. Caeſ.

## AQUILIA.

1. ΙΟΥΛΙΑ ΑΚΥΛΙΑ CΕΥΗΡΑ CΕΒ. Caput huius.
LΔ. Pallas ſtans d. extenſa, s. haſtam, ad pedes clypeum. (IL.) M. R. G.

LΔ.

temporum quae ex iis collegimus, ſtatuendo nimirum unius litterae a librario commiſsum errorem, ut in enarrandis menſibus pro B ſcripſerit vehementer ſimilem litteram Θ. Tributis enim Elagabalo annis III, menſibus V & dierum quod excurrit, incidit initium Alexandri in novembrem 975, poſt coeptum quintum annum Aegyptiorum, quorum primus in Elagabalo fuit menſium trium non integrorum. Novum negotium facit V trib. pot. annus in Romani commatis pecunia, quem ut ad calculum ex Aegyptia moneta ſtabilitum reducam ſtatuere cogor, Elagabalum, qui Caracallae filium atque haeredem ſe iactabat, imperii annos ab huius morte numeraſse, ſimili modo quo ſcenicus iſte imperator Conſulatus quos geſſit Macrinus, prodente Dione, ut penitus exterminaret Macrini memoriam, ſibi adſcripſit: unde & natus videtur faſtorum error, ut annum 971 duplici Conſulatu notarent, Bruttii nimirum & Elagabali, licet Conſulatus quo hoc anno functus fuerat Macrinus, quemque una cum ſequentis anni ordinario munere ſibi adrogavit Elagabalus, tantum fuerit ſuffectus. Sic faſti, dum extenderent annos Elagabali, Marci imperium, ut alio loco indicavimus, abbreviarunt: at ſublato ficto iſto primo Elagabali Conſulatu qui facili errore in eos irrepſerit, integritati reſtituitur Conſulum ſeries. Haec ſi ita ſunt, numi Romani Elagabali TR POT COS: TR POT COS II: TR P II COS II: pertinent ad annum U. C. 972: TR P COS III: TR P III COS III ad 973: TR P IIII COS III ad 974: TR P V COS IIII ad 975: atque hoc pacto annorum ſeries uſque ad initium Alexandri nobis videtur extricata.

*Paula.*

2. Aegypti genius vel Iſis mater Deûm.

2. LΔ. Providentia ſtans. (II.) M. R. G.

3. LΔ. Serapis ſedens. (II.) Hard. ex M. Chamill.

4. LΔ. Caput Serapidis. (AR) M. Ainsl.

I.* 5. ΙΟΥΛΙΑ ΑΚΥΛΙΑ CΕ... CΕΒ. Caput.
LΕ. Aquila ſtans. (II.).

6. LΕ. Victoria in bigis. (III.) M. Theup.

7. ΙΟΥΛΙΑ ΑΚΥΛΙΑ CΕΒΗΡΑ CΕΒ. Caput.
LΕ. Pallas ſtans. (II.) M. Arig.

8. LΕ. Providentia ſtans. (II.) M. Arig.

## ANNIA.

1. ΑΝΝΙΑ ΦΑΥCΤΙΝΑ CΕΒ. Caput huius.
LΔ. Pallas ſtans d. victoriolam, s. haſtam; pro pedibus clypeus. (AR) M. Ainsl. *not.*

I.* 2. ΑΝΝΙΑ ΦΑΥCΤΙΝΑ CΕΒΑC. Caput huius.
LΕ. Pallas galeata & ſtolata ſtat d. ſuſtinens victoriolam, s. innixa clypeo. (II.).

3. ΑΝΝΙΑ ΦΑΥCΤΙΝΑ. Caput huius.
LΕ. Caput Palladis. (III.) M. Theup. (AR) M. Ennerii.

4. LΕ. Capita iugata imberbia, galeatum alterum. alterum turritum. (II.) M. R. G. *not.*

5. LΕ. Caput imberbe radiatum cum modio, ante quod caduceus in palmae ramum enaſcens. (II.) M. R. G.

6. LΕ. Serapis ſtans d. haſtam, s. veſti involuta. (II.) M. Arig.

7. ΑΝΝΙΑ ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒ. Caput.
LΕ. Aquila alis expanſis, roſtro coronam. (III.) M. Theup.

## SOAEMIAS.

1. ΙΟΥΛΙΑ CΟΑΙΜΙΑC CΕΒΑC. Caput huius.
LΓ. Caput Palladis. (II.) M. Arig.

LΔ.

*Annia.*

1. Nova res eſt numiſma Anniae Fauſtinae quartum annum inſcribens, & mira, proſtantibus numis Severae & quarto & quinto anno percuſſis: ſed nodum ſolvit Dio (79, 9) prodens imperatorem repudiatis quas poſt Severam duxerat uxoribus, quarum unam fuiſſe Anniam numis docemur, denuo ad eam rediiſſe.

4. Minerva & Iſis, vel belli genius atque pacis.

Digitized by Google

2. LΔ. Pallas ſtans. (II.) M. R. G.

3. LΔ. Pallas ſtans ad aram, cui impoſitus ut videtur monticulus, d. tenet victoriolam, s. haſtam. (I.) Pell. *not.*

4. LΔ. Aequitas ſtans. (III.) M. Theup.

5. LΔ. Providentia ſtans d. alata, s. duplex cornucopiae. (II.) M. Muſ.

6. LΔ. Dea Annona cum gemino cornucopiae. (II.) Hard. ex M. Cham. *not.*

7. LE. Caput Palladis. (II.) M. R. G.

8. Annus detr. Caput Elagabali nudum. (II.) M. Caeſ.

## MAESA.

1. LB. Aequitas ſtans. (III.) M. Theup.

I.* 2. IOΥΛ MAICA CEB MHT CTPA. Caput huius.
LΓ. Caput Iſidis. (II.) *not.*

3. LΓ. Caput Lunae cum luna bicorni ante faciem. (II.) M. R. G.

4. LΔ. Caput muliebre turritum. (II.) M. Arig.

5. LΔ. Caput Serapidis. (II.) M. Arig.

6. LE. Capita iugata Iovis & Iſidis cum flore in capitibus, pone cornucopiae. (III.) M. Theup.

7. LE. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) M. Ver.

II. 8. . . . MAICA CEB . . . Caput huius.
L . . Spes gradiens. (II.).

L l ALE-

*Soaemias.*

3. Si monticulus arae imminens aliud eſt praeter frugum acervum ſive aſsurgentem flammam: credi poteſt ſpectare ad deum Syrium conica imagine venerabilem, a quo qui primus Romam deportavit cognomen accepit ſacerdos atque imperator Elagabalus.

6. Quam Providentiam appellare conſuevimus.

*Maeſa.*

2. *Antoninus Elagabalus quum ingreſſus eſt vel caſtra vel curiam, aviam ſuam Variam Maeſam ſecum induxit, ut eius auctoritate honeſtior fieret. quia per ſe non poterat* (Lamprid. c. 12). Inde ei impoſitum videtur cognomen Matris Caſtrorum, quo poſt eam in nummis Alexandrinis decorantur Mammaea atque Otacilia. Iuliae nomen in honorem Domnae geſſiſse videntur Maeſa cum filiis & binis prioribus Elagabali uxoribus. Maeſa autem prodentibus Dione atque Lampridio, ut arte ſua atque opibus Elagabalo acquiſivit imperium, ita & ab Elagabali inſidiis ſervavit Alexandrum, & Romano orbi duos dedit imperatores, ſuos ex filiabus nepotes.

# ALEXANDER.

1. M ΑΥΡ ΑΛΕΖΑΝΔΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum.
LЄ. Pallas ſtans d. victoriolam, s. clypeum. (AR) M. Caeſ. *not.*

2.*a*.ΜΑΡ ΑΥΡ ΑΛΕΖΑΝΔΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum.
LЄ. Miles ſtans d. haſtam, s. parazonium: pro pedibus clypeus. (AR) M. Ainsl.

2.*b*.LЄ. Mulier ſtans, s. duplex cornucopiae. (AR) M. Ainsl.

2.*c*.LЄ. Serapis ſtans, d. haſtam. (AR) M. Ainsl.

I. 3. Α ΚΑΙ ΜΑΡ ΑΥΡ ϹΕΥΗΡ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LA. Caput Iovis laureatum. (IL.) *not.*

4. LA. Caput Solis. (IL.) Hard. ex M. Fouc.

5.*a*.LA. Nilus rupi inſidens d. arundinem, s. cornucopiae. (AR) M. Ainsl.

5.*b*.LA. Aequitas ſtans. (IL.) M. Arig.

6. LA. Lupa cum gemellis. (AR) M. Caeſ. (IL.) M.R.G. *not.*

II. 7. Adverſa, ut n. 3.
LA. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (IL.).

III. 8. Alius parum diverſus. (IL.).

IV. 9. Α ΚΑΙ ΜΑΡ ΑΥΡ ϹΕΥΗΡ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. Idem capitis typus.
LB. Idem typus. (AR).

V. 10. Alius, ſed (IL.).

11. LB. Caput Iovis laureatum. (IIL.) M. Theup.

12. LB. Caput Serapidis. (AR) M. Caeſ.

LB.

*Alexander.*

1. 2. Annus quintus Elagabali, quo conſulatum geſsere Antoninus Auguſtus & M. Aurelius Alexander, iam anno praecedente ab imperatore adoptatus, & Caeſar Pontifex & Princeps Iuventutis renunciatus.

3. Littera Ξ in numis Alexandri, atque ſucceſſorum conſtanter pingitur vel Ξ, vel Z.

6. Novus typus: Felix temporum renovatio, immanibus tyrannis & impuris helluonibus ſuccedente optimae indolis principe.

Digitized by Google

13. LB. Caput Iſidis: in area palmae ramus. (III.) M. Theup.

VI.* 14. Adverſa, ut n. 3.
LB. Nilus decumbens d. tenet arundinem, s., qua ſphingi innititur, cornucopiae; adſunt ad fluvii pedes tres pueri, quartus cornucopiae inſidet. (AR).

15. LB. Aequitas ſtans. (AR) M. Caeſ.

16. LB. Spes gradiens: palmae ramus. Pat. ex M. Moroſ.

VII. 17. Adverſa, ut n. 3.
LB. Fortuna ſtans. (AR).

VIII. 18. Alius fere ſimilis. (AR).

IX. 19. Eadem adverſa.
LΓ. Lectiſternium Fortunae. (II.).

X. 20. Eadem adverſa.
LΓ. Providentia ſtans. (II.).

21.*a*.LΓ. Roma ſedens. (II.) M. Arig.

21.*b*.LΓ. Aquila ſtans, roſtro coronam: in area palmae ramus. (AR) M. Ainsl.

21.*c*.LΓ. Caput muliebre galeatum, ante quod palmae ramus. (AR) Pell.

22. LΓ. Nilus decumbens. (AR) M. Ainsl.

23. LΓ. Caput Serapidis. (II.) M. Arig.

24. LΓ. Capita iugata Serapidis & Iſidis. (II.) M. Arig.

25. LΔ. Caput Serapidis. (II.) M. Arig.

XI. 26. A KAI MAP AΥP CEΥHP AΛΕΞΑΝΔΡΟC ΕΥCΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
L ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Caput Serapidis. (II.).

XII.* 27. Eadem adverſa.
L ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Serapis ſedens d. extendit ſuper adſtantem Cerberum, s. tenet haſtam. (AR) *not.*

Ll 2 L TE-

27. *Iſium & Serapium decenter ornavit, additis ſignis deliacis & omnibus myſticis*: verba ſunt Lampridii in *Alex.* c. 26., quo loco novum Serapium intelligi videtur a Caracalla conditum in VI urbis regione: nam vetus illud in campo, docente Apuleio, iam olim omnibus inſtructum fuit quae peragendis myſteriis adhibebantur.

28. L ΤΕΤΑΡΤΟΥ. Caput Ammonis, ſed abſque ſolito globo ſupra verticem. (II.) M. R. G.

29. LΔ. Caput Palladis : in area palmae ramus. (III.) M. Theup.

30. LΔ. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. Arig.

XIII. 31. Adverſa, ut n. 26.
LΔ. Aequitas ſtans. (II.).

XIV. 32. Eadem adverſa.
LΔ. Roma ſedens d. ut aſſolet victoriolam, s. haſtam. (II.).

33. LΔ. Victoria gradiens. (AR) M. Ainsl.

34. LΔ. Imperator eques pacificatoris habitu. (II.) M. Arig.

XV. 35. Adverſa, ut n. 26.
LΔ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (AR).

XVI. 36. Alius. (II.).

37. LΔ. Hippopotamus. Pat. ex M. Moroſ.

XVII. 38. Α ΚΑΙ ΜΑ ΑΥΡ ϹΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥ. Caput laureatum cum paludamento.
LΕ. Fluvius decumbens, d. arundinem, s. cornucopiae. (AR).

39. LΕ. Nilus decumbit d. tenens cornucopiae, cuius ſummitati inſidet puer, adſidente altero ad imum cornu, s. vero arundinem cum circumludentibus pueris quatuor : e regione erectus eſt obeliſcus, quem velut aſcenſurus ulnis amplectitur ſeptimus puer baſi inſiſtens, octavo itidem ad imam obeliſci baſin adſtante. (II.) M. R. G. *not.*

40. LΕ. Capita iugata Nili & muliebre fronde coronatum. (II.) M. R. G. *not.*

41. LΕ. Caput Cereris ſpicis diadematum, ramus arboris ante, ſpica pone. (I.) Pococ.

42. LΕ. Capita Solis & Lunae. Pat. ex M. Moroſ.

LΕ.

39. Quae elegantior Nili cum ſua Aegypto pictura?

40. Oſiris & Iſis, genii Nili atque terrae Aegyptiae.

Digitized by Google

43. LΕ. Caput Palladis. (II.) M. Arig.

44. LΕ. Pallas ſtans d. victoriolam, s. clypeo innixa. (III.) M. Theup.

45. LΕ. Victoria gradiens. (III.) M. Theup.

XVIII. 46. Eadem adverſa.
LΕ. Roma ſedens. (AR).

XIX. 47. Alius parum diverſus. (II.).

XX. 48. Α ΚΑΙϹΑΡ ΜΑ ΑΥΡ .... Idem capitis typus.
LΕ. Providentia ſtans. (AR).

XXI. 49. Adverſa, ut n. 38.
LΕ. Aequitas ſtans. (AR).

50. LΕ. Serapis ſtans d. haſtam, s. veſti involuta. (II.) M. Arig.

51. Α ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ϹΕΟΥΗΡ ΑΛΕΖΑΝΔΡΟϹ ΕΥϹΕΒ. Caput laureatum.
L ΠΕΜΠΤΟΥ. Serapis ſtans d. elata, s. ſceptrum, adſtat Cerberus. (AR) M. M. D.

XXII. 52. Α ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ϹΕΟΥΗΡ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento:
L ΠΕΜΠΤΟΥ. Serapis ſedens d. ſuper Cerberum extenſa, s. haſtam. (AR).

XXIII. 53. Α ΚΑΙ ΜΑ ΑΥΡ ϹΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥ. Idem capitis typus.
LΕ. Aquila ſtans roſtro coronam. (AR).

XXIV. 54. Adverſa, ut n. 52.
Lς. Aquila ſtans roſtro coronam. (AR).

55. Lς. Roma ſedens. (II.) Patin.

56. Lς. Victoria gradiens. (III.) M. Theup.

57.*a*. Lς. Aequitas ſtans. (II.) M. Arig.

57.*b*. Lς. Lectiſternium Fortunae. (III.) M. Theup.

58. Lς. Caput Serapidis. (AR) M. Ainsl.

XXV. 59. Adverſa, ut n. 52.
Lς. Fluvius decumbens d. arundinem, s. cornucopiae. (II.).

60. LΖ. Hippopotamus gradiens. (AR) M. Parm.

61. LΖ. Victoria in bigis. (II.) M. R. G.

LΖ.

62. LZ. Lectiſternium Fortunae. (II.) Patin.

63. LZ. Aequitas ſedens. (AR) M. Caeſ.

XXVI. 64. Α ΚΑΙ ΜΑΡ ΑΥ ϹΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥ. Caput laureatum cum paludamento.

LZ. Caput Palladis galeatum, ut aſſolet. (II.).

65. LZ. Caput Iovis cum loto. (III.) M. Theup.

66. LZ. Caput Serapidis. (II.) M. Arig.

XXVII. 67. Adverſa, ut n. 64.

L ΕΒΔΟΜΟΥ. Serapis ſedens adſtante Cerbero. (II.).

XXVIII. 68. Α ΚΑΙ ΜΑ ΑΥΡ ϹΕΟΥΗΡ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥϹΕΒ. Caput laureatum cum lorica ad pectus.

LH. Serapis ſedens d. ſuper Cerberum extenſa, s. haſtam. (AR).

69. LH. Roma ſedens: palmae ramus. (II.) M. Arig.

70. *a*. LI. Roma ſedens. (I.) M. R. G.

70. *b*. LI. Figura militaris ſtans, d. elata ramum, s. ſignum militare: palmae ramus. (AR) M. Ainsl.

71. LI. Victoria ſedens: palmae ramus. (II.) M. Arig.

72. LI. Victoria gradiens: palmae ramus. (AR) M. Caeſ.

73. LI. Fortuna ſtans. (I.) M. R. G.

74. LI. Lectiſternium Fortunae. (I.) M. R. G.

75. LI. Spes gradiens. (I.) M. Theup.

76. LI. Nilum decumbentem circumludit puellorum agmen. (II.) M. Arig.

77. LI. Serapis ſedens adſtante Cerbero: palmae ramus. (I.) M. Caeſ.

XXIX. 78. Α Κ ΜΑΡ ΑΥΡ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum cum paludamento.

LI. Caput Serapidis: in area palmae ramus. (I.) *not.*

Alius

78. Illatus eſt imperante Alexandro in numorum aream ramus palmae arboris, poſthac adeo frequens ut ſinguli fere numi anno typoque iidem, ſemel eo abſente, iterum ipſo addito procuſi offendantur. Videtur enim res, quae forte ſub Alexandri initium gratulationis ſignificatum habuit, in monetale ſignum abiiſſe, ad diſcernendas officinas, uti ſub Aureliano aſtrum, ſub Diocletiano ſolitariae in imo numo litterae,

Digitized by Google

XXX. 79. Alius fere ſimilis, & ſolito maior.

80. L ΠЄΚΑΤΟΥ (sic). Caput Serapidis. (AR) M. Parm.

81. Α ΚΑΙ ΜΑΡ ΑΥΡ CЄΥ ΑΛΕΖΑΜΔΡΟC (sic) ЄΥC. Caput laureatum.

LI. Protome iuvenilis diademata cum modio in capite, ante quam caduceus, cui imminet palmae ramus, retro alter palmae ramus. (I. ſolito maior). M. Caeſ.

82. LI. Caput imberbe velatum, ante quod caduceus in palmam enaſcens, pone palmae ramus. (II.) M. Arig.

83. LI. Capita iugata Solis radiatum & Lunae cum luna bicorni: ante palmae ramus. (I.) & (II.) M. R. G.

84. LI. Caput Salutis laureatum & velatum; ante id ramus frondoſus, quem cingit ſerpens, pone palmae ramus. (I) M. R. Taur.

85. LI. Aeſculapius ſtans ad aram, d. tenet pateram, s. ſolitum baculum. (I.) M. R. Taur.

86. LI. Mulier galeata ſtans d. elata arcum, s. haſtam: palmae ramus. (II.) M. Arig.

87. LI. Aquila ſtans roſtro coronam: in area palmae ramus. (I.) M. Ver.

88. ΠЄΡΙΟΔΟC ΔЄΚΑΤΗ in corona. (II.) Harduin. ex M. R. G. *not.*

89.*a* LIA. Caput Solis radiatum: palmae ramus. (AR) M. Ainsl.

XXXI. 89.*b*. Adverſa, ut n. 78. Et ſic in ſubſequentibus.

LIA. Caput Iovis laureatum. (II.).

XXXII. 90. LIA. Providentia ſtans d. elata, s. duplex cornucopiae: palmae ramus. (II.).

XXXIII. 91. LIA. Spes gradiens: in area palmae ramus. (II.).

LIA.

88. Περιοδος δεκαετηρις, primi decennales, ſic in Mamaeae n. 20, Gallieni n. 44.

XXXIV. 92. LIA. Roma ſedens d. victoriolam, s. haſtam, ad ſellae fulcra clypeus. (II.).

93. LIA. Lupa cum gemellis: palmae ramus. (II.) M. Caeſ.

XXXV.* 94. LIA. Figura iuvenilis habitu militari cum proboſcide in capite ſtat d. elata tenens faſciculum papaverum & ſpicarum, s vexillum; ante pedes adeſt palmae ramus. (II.) *not.*

95. LIA. Vir galeatus ſtans d. elata, s. haſtam: in area palmae ramus. (III.) M. Theup.

96. LIA. Victoria gradiens: palmae ramus. (AR) M. Caeſ.

XXXVI. 97. LIB. Roma ſedens: palmae ramus. (II.).

98. LIB. Figura ſuccincta proboſcide ornata ſtat d. elata faſciculum ſpicarum & papaverum, s. vexillum. (II.) M. R. G.

XXXVII.* 99. LIB. Caput iuvenile cincinnatum tectum pileolo, cui inſiſtunt quatuor animantia, in quatuor orbis plagas converſa: pectus eſt chlamydatum vel ſtolatum: ante faciem erigitur palmae ramus. (AR) *not.*

100. LIB. Protome iuvenilis, ut n. 81.: palmae ramus. (AR) M. Caeſ.

101. LIB. Caput Palladis: palmae ramus. (II.) M. Arig.

102. LIB. Iſis ſtans cum capite Serapidis: palmae ramus. (II.) M. Arig.

103. LIB. Providentia ſtans d. elata, s. duplex cornucopiae: palmae ramus. (II.) M. Arig.

XXXVIII. 104. LIΓ. Idem typus, & palmae ramus. (AR).

XXXIX. 105. Alius fere ſimilis. (AR).

LIΓ.

94. Alexandriae genius ut in numis Flaviorum atque Antoninorum, figura nonnihil immutata.

99. Ad Mercurium ſpectare numum, dubium non eſt: iuvenilis facies, rotundus pileolus. De icunculis pileo ſuperimpoſitis certi quid nondum perſpicio, anne forſan iis adumbrari poſſint quatuor illae litterae in Aegyptiorum pompis circumlatae, accipiter nimirum, ibis, & canum par, de quibus Clemens *Stromatum* 5, 7; videant eruditi.

XL. 106. LΙΓ. Fortuna ſtans : palmae ramus. (AR).

XLI.* 107. LΙΓ. Tropaeum, ad cuius imum utrinque ſubſidet captivus : a ſiniſtris in area palmae ramus. (AR) *not.*

108. LΙΓ. Typus, ut n. 98. (II.) M. R. G.

109.*a*.LΙΓ. Caput Iſidis : palmae ramus. (II.) M.Arig.

109.*b*.LΙΓ. Caput Palladis: palmae ramus. (AR) M.Ainſl.

XLII. 110. LΙΓ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (AR).

XLIII. 111. LΙΓ. Aquila ſtans roſtro coronam, inter alas palmae ramum. (II.).

112. LΙΔ. Iuppiter ſedens adſtante aquila. (II.) M.R.G.

113. LΙΔ. Caput Iovis laureatum. (II.) M. Arig.

114. LΙΔ. Caput Nili : palmae ramus. (II.) M. Arig.

115. LΙΔ. Capita iugata, alterum barbatum alga coronatum, alterum muliebre ſpicis; pone cornucopiae. (II.) M. R. G. *not.*

116. LΙΔ. Lupa cum gemellis : palmae ramus. (II.) M. Arig.

XLIV. 117. LΙΔ. Victoria gradiens d. coronam, s. palmae ramum : palmae ramus in area. (II.) *not.*

118. LΙΔ. Tropaeum inter duos captivos. (II.) M.R.G.

119. LΙΔ. Imperator eques pacificatoris habitu. (II.) M. R. G.

Mm An.

107. A. U. 986 triumphatum eſt de Perſis, gente Romanis hactenus incognita, quorum rex Artaxerxes oppreſſis Parthis novum imperium in Oriente condidit, & Romanam Aſiam laceſſere coepit. Refertur hoc ad A. U. 984, atque inſecuta profectio imperatoris in Meſopotamiam ad 985. Varia eſt de belli eventu fama, coaevus quidem Herodianus Alexandrum timide ſe geſſiſſe prodit, nec parva clade accepta Romam reverſum eſſe, ſed Lampridius annales, ut ipſe ait, ſecutus ingentem imperatoris de Artaxerxe victoriam celebrat. Videtur veritas in medio poſita: Perſae Romanorum vires experti quieverunt, licet maiorem Romani exercitus partem periiſſe ipſa innuat populi apud Lampridium acclamatio : *Salva Roma, quia ſalvus eſt Alexander.*

115. Nilus & Ceres, quam & Iſidem vocant.

117. Si, quod ſupra adſtruere conati ſumus, Alexandrum circa novembrem U.C. 975 imperii habenas aſſumpſiſſe, non omni caret fundamento, ex praeſentibus numis, qui numero non pauci annum Aegyptiorum obiiciunt XIV, atque e Romanis, qui eumdem ſignant tribuniciae poteſtatis numerum, manifeſtum eſt, eum non ante novembrem 988 fatis ceſſiſſe; chronologis mortis diem varie ſtatuentibus. (Vid. Tillem. *Alex.* not. XI.)

Digitized by Google

XLV.* 120. An. detr. Capita iugata Serapidis & Iſidis. (II.).

121. An. detr. Capita iugata, Oſiris corona turrita & Iſidis. (AR) Poc. *not.*

122. . . . . ΠΙΟΥ. Serapis ſedens d. extendit verſus adſtantem ſphingem. (II.) M. Ainsl.

## BARBIA ORBIANA.

1. ΓΝ CΕΙ ΕΡΕ CΑΛΛ ΒΑΡΒ ΟΡΒΙΑΝΗ CΕΒ. Caput. LΕ. Roma ſedens cum victoriola. (II.) Pell. *not.*
2. LΕ. Aquila ſtans. (II.) M. R. G.
3. LΕ. Fortuna ſtans. (II.) Haym.
4. LΕ. Providentia ſtans d. elata & expanſa, s. duplex cornucopiae. (AR) M. Ennerii.
5. CΑΛΛΟΥCΤΙΑ ΒΑΡΒΙΑ ΟΡΒΙΑΝΑ CΕΒ. Caput. LΕ. Caput Serapidis. (II.) Vaill. ex M. Galland.

I.* 6. ΓΝ CΕΙ ΕΡΕ CΑΛΛ ΒΑΡΒ ΟΡΒΙΑΝΗ CΕΒ. Caput. Lϛ. Caput Serapidis. (II.).

7. Lϛ. Aquila ſtans, roſtro coronam. (II.) Pell.
8. Lϛ. Providentia ſtans. (AR) M. Ainsl.

## MAMAEA.

1. ΙΟΥ ΜΑΜΑΙΑ CΕΒ... Caput. LΓ. Spes gradiens: palmae ramus. (I.) M. Ainsl.

2.a. ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΜ CΕΒ ΜΗΤ CΕ Κ CΤΡ. Caput. LΔ. Caput Palladis: palmae ramus. (III.) M. Theup.

LΔ.

121. Quem habet Pocockius n. 2, Phoeniciae eſt reſtituendus. Ceterum quid Oſiridi cum corona turrita, expediat qui deſcripſit numum.

*Barbia Orbiana.*

1. Ignorant Barbiam Auguſtam veteres ſcriptores, quae ut primum numorum atque lapidum praeconio innotuit, antiquarii Decio Auguſto deſponderunt, mox alii Hoſtiliano, alii Severo Alexandro: hi quidem praeſertim nixi figurae ſimilitudine, quae in Barbiae numi poſtica eum referre videtur. Primum certum indicium non fuiſſe uxorem Decii, neque Hoſtiliani, praebuit moneta Alexandrina, dum annos ſignavit, quos horum nemo attigit.

2.*b*.LΔ. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. Arig.

3. LΔ. Providentia ſtans. (II.) M. Arig.

4. MAMЄA CЄB L TЄTAPTOΥ. Caput.
ΑΥΤΟΚ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ CЄΥΗΡ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟC ЄΥC CЄΒ. Caput laureatum. (II.) Pell.

5. MAMЄA CЄB L ΠЄΜΠΤΟΥ. Caput.
ΑΥ ΑΥΡ CЄΟΥΗΡ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟC ЄΥC. Caput laureatum. (II.) M. Bracc.

6. ΙΟΥΛ MAMЄA CЄΒΑ ΜΗΤ CΤΡΑ. Caput.
LЄ. Caput Serapidis. (III.) M. Theup.

7. LЄ. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) M. Arig.

8.*a*.LZ. Capita iugata Solis & Lunae. (III.) M. Theup.

8.*b*.LZ. Caput Palladis. (AR) M. Parm.

I.* 9. ΙΟΥ ΜΑΜΑΙΑ CЄΒ ΜΗΤ CЄΒ Κ CΤΡΑ. Caput Mamaeae diadematum.
LI. Iuppiter decumbens d. pateram, s. ſceptrum, portatur ab aquila alis expanſis: in area palmae ramus. (I.).

10. LI. Iuppiter tenens aquilam. (II.) Hard. ex M.R.G.

11. LI. Caput Serapidis: palmae ramus. (I. ſolito maior) M. Theup.

12. LI. Capita iugata Serapidis & Iſidis: palmae ramus. (I.) M R. G.

13. LI. Capita iugata Solis & Lunae. (I.) M. R. G.

14. LI. Caput muliebre radiatum. (III.) M. Theup.

15. LI. Caput imberbe, ante quod caduceus palmifer. (I.) M. R. G.

16. LI. Caput Nili. (I.) M. R. G.

17.*a*.LI. Nilus amiculo tenus nudus d. ſpicas, s. cornucopiae hippopotamo inequitat; pone palmae ramus. (I.) M. R. G. *not.*



*Mamaea.*

17.*a*. Ut arieti inequitare ſolitus eſt Ammon Serapis, eidem & lupo Harpocrates, Iſis praeterea lupo, Sol Serapis equo, ſic Nilus hippopotamo vehi fingitur, quae bellua in aliis numis decumbentis fluvii figuram comitari aſſolet.

17.*b*.LI. Iuvenis militari habitu ſtans, caput proboſcide ornatus, d. elata ſuſtinet ſpicarum faſciculum una cum palliolo: pro pedibus palmae ramus. (AR) M. Ainsl.

18. LI. Spes gradiens. (I.) M. R. G.

19. LI. Hilaritas palmam tenet. (I.) Hard. ex M. Fouc. *not.*

20. ΠЄΡΙΟΔΟC ΔЄΚΑΤΗ intra coronam. (AR) Pell. (II.) M. R. G. *not.*

II. 21. Adverſa, ut n. 9.

LIA. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam gerit; in area palmae ramus. (II.).

22. LIA. Serapis ſedens; palmae ramus. (II.) M. Arig.

23. LIA. Caput Serapidis; palme ramus. (II.) M. Arig.

24. LIA. Caput Palladis; palmae ramus. (II.) M. Arig.

25. LIA. Fortuna ſtans; palmae ramus. (II.) M. Arig.

26.*a* LIB. Fortuna ſtans; palmae ramus. ((II.) M. Theup.

26.*b*.LIB. Serapis ſedens cum adſtante ſphinge: palmae ramus. (AR) M. Ainsl.

27. LIB. Caput muliebre turritum; palmae ramus. (II.) M. Arig.

III. 28. Adverſa, ut n. 9.

LIΓ. Caput Palladis; palmae ramus. (II.).

29. LIΓ. Providentia ſtans; palmae ramus. (II.) M. Arig.

30.*a*.LIΓ. Fortuna ſtans; palmae ramus. (II.) M. Arig.

30.*b*.LIΓ. Spes gradiens: palmae ramus. (AR) M. Ainsl.

31. LIΓ. Figura ſuccincta cum proboſcide in capite ſtat d. elata ſpicas & papavera, s. vexillum; in area palmae ramus. (AR) M. R. G.

32. LIΓ. Imperator eques pacificatoris habitu. (II.) M. R. G.

LIΓ.

19. Si quis pro Hilaritare reponeret Mercurium, eum non valde aberrare putaverim.

20. Negligentia monetarii pro περιοδος δεκαετηρις, qua formula haud raro decennales imperii ſignificatos deprehendimus.

33. LIΓ. Tropaeum inter duos captivos; in area palmae ramus. (II.) M. R. G.

34. LIΔ. Victoria ſtans; in area palmae ramus. (II.) M. Ver.

35. LIΔ. Caput Iovis laureatum: palmae ramus. (II.) M. Arig.

36. LIΔ. Capita iugata, barbatum alterum, laureatumque & flore ornatum, alterum muliebre cum ſpicis in fronte, pone cornucopiae; in area palmae ramus. (II.) M. Arig.

37. LIΔ. Lupa cum gemellis; palmae ramus. (III.) M. Theup.

38. LIΔ. Imperator eques pacificatoris habitu. (II.) M. M. D.

## MAXIMINUS.

I. * 1. ΑΥΤΟ ΜΑΞΙΜΙΝΟϹ ЄΥϹ ϹЄΒ. Caput laureatum cum paludamento. Et ſic in omnibus: modo quod nonnunquam ЄΥ ϹЄΒ.

LA. Serapis ſedens d. ſuper Cerberum extenſa, s. haſtam; ſellae ad humeros inſiſtit victoriola coronam ei impoſitura. (AR).

II. 2. Alius. (II.).

3. Similis abſque victoriola. (AR) M. Caeſ.

4. LA. Iuppiter ſedens d. pateram, s. haſtam: pro pedibus aquila. (AR) M. Caeſ.

III. 5. LA. Iuppiter ſeminudus ab aquila alis explicatis ſuſtinetur. (II.).

IV. *a.* 6.*a.*LA. Figura militaris ſtans d. elata tenet incertum quid, forte victoriolam, s. haſtam. (AR).

6.*b.*LA. Victoria gradiens. (II.) M. Arig.

7. LB. Victoria gradiens. Pat. ex M. Moroſ.

IV. *b.* 8. LB. Mulier ſtans d. elata ramum, s. haſtam tranſverſam. (II.).

LB.

Digitized by Google

XXIII. *39. LΔ. Victoria ſedens d. coronam, s. palmam. (AR).

40. LΔ: Victoria gradiens. (III.) M. Theup.

41. LΔ. Tropaeum cum captivis. Pat. ex M. Moroſ.

XXIV. 42. LΔ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).

## MAXIMUS.

1. LA. Caput Solis. (II.) M. Arig.

2. LB. Caput Serapidis, pone ſceptrum. (III.) M. Theup.

I.* 3. Γ ΙΟΥΛ ΟΥΗΡΟϹ ΜΑΞΙΜΟϹ ΚΑΙ. Caput nudum cum paludamento.

LΓ. Caput Palladis. (AR).

4. LΓ. Caput Deae coram Luna. Pat. ex M. Moroſ.

5. LΓ. Caput Solis. (II.) M. R. G.

6. LΓ. Iuppiter ſtans. (II.) M. R. G.

7. LΓ. Caput Anubidis. (II.) M. Arig.

8. LΓ. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. Ainsl.

9. LΓ. Victoria ſedens. (II.) M. R. G.

10. LΔ. Victoria ſedens. (AR) Pell.

11. LΔ. Fortuna ſtans. (AR) M. Ainsl.

12. LΔ. Figura Nili decumbentis, arbor pone, ſupra ſinum aquila ramum ore geſtans. (II.) Poc.

13. LΔ. Caput Iſidis. (AR) M. Ainsl.

## GORDIANUS AFRICANUS SENIOR.

I.* 1. Α Κ Μ ΑΝ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΜ ΑΦΡ ΕΥ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LA. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).

2. LA. Iuppiter ſedens: ante pedes aquila. (II.) M. Ver. (AR) M. Ennerii.

3. LA. Caput Solis radiatum. (II.) M. Caeſ.

4. LA. Pallas ſtans. (II.) M. R. G.

5. Α Κ Μ ΑΝ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΑΦΡ ΕΥ ϹΕΒ. Caput laureatum.

LA. Fortuna ſtans. (III.) M. Theup.

LA.

Digitized by Google

6. LA. Aequitas ſtans. (II.) M. Arig.
7. LA. Victoria gradiens. (AR) M. Parm.
8. LA. Victoria ſedens. (II.) M. R. G.
9. LA. Roma ſedens. (AR) M. Ennerii.
10. Epigraphe, ut n. 1. Caput laureatum.
LA. Nilus decumbens. (AR) Pell. (II.) M. Parm.

## GORDIANUS AFRICANUS IUNIOR.

I.* 1. A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝ ΑΦΡ CEB. Caput laureatum cum paludamento.
LA. Victoria gradiens d. coronam, s. palmae ramum. (II.).
2. A K M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΑΦΡ ET CE. Caput laureatum.
LA. Aquila ſtans retroſpiciens, roſtro coronam. (AR) Peller. (II.) M. R. G.
3. LA. Fluvius decumbens. (III.) M. Theup.

## B A L B I N U S.

I.* 1. A K ΔEK KAIΛ BAΛBINOC CEB. Caput laureatum cum paludamento.
LA. Nilus decumbens d. tenet cornucopiae, s. arundinem, innixus ut videtur urnulae. (II.).
2. A K ΔEK KAIΛ BAΛBINOC ET. Caput laureatum.
LA. Iuppiter ſedens d. pateram, s. haſtam; ad pedes aquila. (AR) Pell.
3. LA. Pallas ſtans. (AR) M. Ennerii. (II.) M. R. G.
4. LA. Providentia ſtans d. elata & expanſa, s. tenens duo cornua copiae. (AR) Neumann.
5. LA. Fortuna ſtans. (II.) Par.
6. LA. Victoria gradiens. (II.) M. Ver.
7. LA. Victoria ſedens. (II.) M. R. G.
8. LA. Roma ſedens. (II.) M. Ver.



Digitized by Google

## PUPIENUS.

I.* 1. A K M ΚΛΩΔ ΠΟΥΠΙΗΝΟC CΕ. Caput laureatum cum lorica ad humeros.
LA. Victoria ſedens d. coronam, s. palmae ramum. (II.).
2. A K M ΚΛΟΔ ΠΟΥΠΙΗΝΟC CΕ. Caput laureatum.
LA. Victoria ſedens. (III.) M. Theup.
3. A K M ΚΛΟΔ ΠΟΥΠΙΗΝΟC ΑΥΓ. Caput laureatum.
LA. Victoria gradiens. (II. plumbeus ſubaeratus) M. Caeſ.
4. A K M ΚΛΩ ΠΟΥΠΙΗΝΟC ΕΥC. Caput laureatum cum paludamento.
LA. Victoria gradiens. (II.) M. Ver.
5. LA. Fortuna ſtans. (AR) M. Ennerii. (II.) M. R. G.
6. A K M ΚΛΩ ΠΟΥΠ ΜΑΞΙΜΟC CΕΒ. Caput laureatum.
LA. Aquila ſtans roſtro coronam. (AR) Pell.
7. AY K M ΚΛΩ ΠΟΥΠΙΗΝΟC ΕΥC. Caput laureatum.
LA. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) M. Arig.
8. Adverſa, ut n. 1.
LA. Fluvius decumbens cum cornucopiae & arundine. (II.) M. R. G.

## GORDIANUS PIUS.

1. M ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΚΑΙC. Caput nudum.
LA. Pallas ſtans d. haſtam, s. clypeum ad terram. (AR) M. Ainsl.
2. LA. Aquila ſtans. (II.) M. R. G.
3. LA. Fluvius decumbens. Pat. ex M. Moroſ.
I. 4. A K M ΑΝ ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΕΥ CΕ. Caput laureatum cum paludamento. Et ſic in ſubſequentibus.
LB. Fluvius decumbens d. cornucopiae, s. arundinem. (II.).
II. 5. *a*. LB. Caput Solis radiatum. (II.).
5. *b*. LB. Vir ſeminudus ſtans d. extenſa, s. haſtam transverſam. (II.) M. Theup.

LB.

Digitized by Google

III. 6. LB. Spes gradiens. (AR).
IV. 7. LB. Providentia ſtans d. elata, s. cornucopiae. (AR).
V. 8. LB. Fortuna ſtans d. temonem, s cornucopiae. (IL).
9.*a*.LB. Victoria gradiens. (AR) M. Ainsl.
9.*b*.LB. Roma ſedens & victoriolam ſuſtinens. (IL) M.Parm.
VI. 10. LB. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (IL).
VII. 11. LΓ. Aquila ſtans alis explicatis, roſtto coronam. (AR).
VIII. 12. LΓ. Tropaeum inter duos captivos. (IL).
13.*a*.LΓ. Miles ſtans d. victoriolam, s. haſtam. (IL) M.Arig.
13.*b*.LΓ. Victoria gradiens. (AR) M. Ainsl.
13.*c*.LΓ. Roma ſedens. (AR) M. Ainsl.
14. LΓ. Iuppiter ſedens d. pateram, s. haſtam, ante pedes aquila. (IL) M. Arig.
IX. 15. LΔ. Iuppiter ſedens d. pateram s. haſtam, ante pedes aquila. (IL).
X. 16. LΔ. Aeſculapius ſeminudus ſtans ad aram, d. pateram, s. baculum cum ſerpente. (IL).
XI. 17. LΔ. Providentia ſtans. (AR).
XII. 18. Alius parum diverſus. (IL).
XIII. 19. Alius, ſed capitis epigraphe: A K M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΤϹ.
XIV. 20. Adverſa, ut in praecedente.
LΔ. Fortuna ſtans. (IL).
XV. 21. Eadem adverſa.
LΔ. Victoria gradiens d coronam, s. palmae ramum ad humerum. (IL).
XVI. 22. A K M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΤ ϹЄΒ. Idem capitis typus.
LΔ. Idem typus, ſed aliter converſus. (IL).
XVII. 23. Adverſa, ut n. 19.
LΔ. Victoria ſedens d. palmam, s. coronam. (AR).
XVIII. 24.*a*.Adverſa, ut n. 19.
LΔ. Roma ſedens. (IL).
24.*b*.LΔ. Lupa gemellos lactans. (AR) M. Ainsl.
XIX.* 25. Adverſa, ut n. 4.
LΔ. Nilus decumbens d. cornucopiae, s. arundinem. (AR).



Digitized by Google

26.*a*.LΔ. Caput Serapidis. (II.) M. Arig.
26.*b*.LΔ. Caput Iovis laureatum. (II.) M. Bracc.

XX. 27. Adverſa, ut n. 22.
LΔ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).
28. LΔ. Vir ſeminudus ſtans d. extenſa, s. haſtam transſverſam. (III.) M. Theup.
29. LΔ. Miles ſtans. (II.) M. Arig.
30. LΔ. Tropaeum inter captivos. (II.) M. Arig.
31. LE. Victoria gradiens. (II.) M. Caeſ.
32. LE. Victoria ſedens. (III.) M. Theup.

XXI. 33. Adverſa, ut n. 4.
LE. Roma ſedens d. victoriolam, s. haſtam; ad ſellam clypeus. (II.).

XXII.* 34. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum pectore loricato.
LE. Lupa ſtans retroſpicit, atque ablandit Romulum & Remum nudos humi deſidentes, & ubera eius ſugentes. (II.).

XXIII. 35. Adverſa, ut n. 4.
LE. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (AR).

XXIV. 36.*a*.Eadem adverſa.
LE. Iuppiter ſeminudus ſedens d. extendit cum patera, s. haſtam tenet: ante pedes aquila. (II.).
36.*b*.LE. Aeſculapius ſtans ad aram d. pateram, s. baculum cum ſerpente. (AR) M. Ainsl.
37. LE. Caput Palladis. (II.) Patin.
38. LE. Fluvius decumbens. (AR) M. Caeſ.

XXV. 39.*a*.A K M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥϹ. Caput laureatum cum paludamento.
LE. Pietas ſtolata & velata ſtans d. protendit pateram ſuper aram. (II.).

XXVI. 39.*b*.Eadem adverſa.
LE. Fortuna ſtans. (II.).

XXVII. 40. A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥ. Caput laureatum cum pectore loricato.
LE. Providentia ſtans. (II.).

Simi-

XXVIII. 41. Similis, ſed Lς. (II.).
XXIX. 42. Eadem adverſa.
Lς. Fortuna ſtans. (II.).
43. Lς. Mulier ſtans ſtolata d. tridentem, s. cornucopiae. (II.) Poc.
44. Lς. Victoria ſedens. (II.) M. Caeſ.
XXX. 45. Adverſa, ut n. 39. *a*.
Lς. Iuppiter ſedens d. tenet pateram, s. haſtam; ante pedes aquila. (AR).
XXXI. 46. Eadem adverſa.
Lς. Aquila ſtans, roſtro reflexo coronam. (AR).
XXXII. 47. Alius. (II.).
XXXIII. *48. *a*. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum paludamento.
LZ. Aquila ſtans alis expanſis unguibus tenet coronam. (AR). *not.*

Alius

*Gordianus Pius*.

48 Mortuum ſtatuunt chronologi Gordianum menſe februario vel vix coepto martio A. U. 997, nulla alia ratione, quam propter leges a die inde XIV martii nomen Philippi praeſeferentes. At infirmior eſt codicis in colligendis temporibus auctoritas, quem ſaepe ſaepiſſime fallere inter omnes conſtat, & praeter cetera probatur ipſius Gordiani lege diem aprilis XXV profitente: quam ut ullo pacto opponi poſſit numis, qui dum VII Aegyptiorum & VII trib. pot. annos produnt, imperatorem Alexandriae ſaltem menſe ſeptembri, Romae circa novembrem in vivis creditum docent: caeſus autem eſt in finibus Perſidis. Alia vero ſupereſt dubitatio non parvi in chronologia momenti, anne per aliquod temporis ſpatium imperii conſortium exſtiterit Philippum inter atque Gordianum. E ſcriptoribus ſolus innuit Capitolinus, ſed huic aevo proximus, dum reliqui Philippum caeſo Gordiano purpuram ſumpſiſſe aiunt. Inde Pagius ut legum ſubſcriptiones ſalvaret, cenſuit imperaſſe inſimul, ſed alterum ab altero diſſentientem leges ſolius ſui nomine inſcriptas tuliſſe, quam ſententiam ut plane abſonam explodit Tillemontius vol. 3. p, 493. Attamen aliquo modo Pagio accedere cogit novum argumentum, quo multum iuvatur ſequentium temporum ratio: nimirum moneta coloniae Viminacii cum in Gordiano tum in Philippo & IV & V deductae coloniae annum ſignans. Hoc quidem a monetali ſphalmate derivare ſolent rei numariae profeſſores, in medium adducentes alios eiuſdem coloniae numos in Decio X annum, in Philippo XI exhibentes, ac ſi errare eis eſſet ſolemne: at Neumannus optimus ſane Maeſiacarum antiquitatum magiſter (*num. ined.* vol. 1. pag. 91, 105.), licet parvi faciens huius pecuniae in chronologicis utilitatem, dum de Decii numo quem citavimus ſibi non conſtare confitetur, praeclarum tulit de coloniae monetariis teſtimonium. Nam ſi in re certa non errarunt, qua quaeſo probabilitate erroris eos incuſamus in re quam confuſam

XXXIV. 48.*b*.Alius parum diverſus.

XXXV. 49. Adverſa, ut n. 40.
LZ. Caput Iovis laureatum. (II).

XXXVI.*50. Eadem epigraphe. Caput laureatum cum paludamento: & ſic in reliquis.
LZ. Serapis ſtans d. haſtam. (II.).

51. LZ. Serapis ſedens, ad pedes gryphus. (III.) M. Theup.

52. LZ. Serapis ſedens adſtante Cerbero ante pedes, ſellae vero inſiſtente victoriola. (II.) M. R. G.

XXXVII. 53. LZ. Caput Solis radiatum cum pallio ad humeros. (II.).

54. LZ. Caput Nili. (II.) M. Arig.

55. LZ. Mulier tutulata ſtans d. haſtam. (II.) M. Arig.

XXXVIII. 56. LZ. Providentia ſtans. (II.).

LZ.

ſam tradunt ſcriptores, magis obſcurant adſcripti legibus dies, Romani autem atque Aegyptii numi eo modo ordinant, ut neglecto Viminacii indicio, valde difficilis evadat poſteriorum temporum ſeries? Dum enim Philippi annos a caeſo Gordiano, h. e. a novembre 997 numerare initium facimus, neceſſe eſt eos perducere uſque ad ſeptembrem 1003, h. e. anno amplius quam quo tempore ex faſtorum indicio ſtatui ſolet occupatum a Decio imperium: qua neceſſitate iuſto anguſtius fit intervallum a Philippo imperatore ad Diocletianum Auguſtum, de cuius initio dubium non relinquitur. At ſupponendo Philippum annuo fere ſpatio ante Gordiani mortem Auguſtum renunciatum eſſe, cadit exitus eius in octobrem 1002, anno ante quam Decium Auguſtum conſulem produnt faſti, imperii anno ſecundum Aegyptios VII, ſecundum aeram coloniae Viminacii VIII, tribuniciae poteſtatis anno ſexto elapſo & vix coepto ſeptimo, cuius numi inventi nondum ſunt. Erit igitur initium Philippi circa ſeptembrem 996: & ſalvatur fides Euſebii, Oroſii, & qui eos ſecuti ſeptimum imperii annum Philippo tribuunt. Inſimul autem colligitur Viminacium coloniam deductam eſſe ineunte octobre, ut annus eius Aegyptio tardius incipiat, ſed parva diſtantia ne longo intervallo Romana moneta quieviſſe videatur. Difficultas quidem relinquitur in codice collegas imperatores ſimul adſcribere ſolito; at neque communi ſententiae favet codex; ut vero noſtram tueamur, coniicere liceat Philippum poſt Gordianum deiectum militari iudicio, velut ſummae poteſtati imparem, huius nomen e ſui nominis conſortio proſcripſiſſe, inde natam confuſionem in codice, ut neglecto vero ordine aliae leges Gordiano, aliae Philippo tribuerentur. Advertendum praeterea circa Alexandrinae monetae annos novam hic iniri rationem. Etenim in Antoninis conſortium imperatorum annos a ſenioris Auguſti epocha deduxerant monetarii, at Philippus, qui praepotentia invaſit imperium, ſuos annos ab infirmioris collegae initio numerari noluit. Sic infra in uno eodemque numo ſignatos videbimus primum Aureliani & quartum annum Vaballathi.

Digitized by Google

XXXIX. 57. LZ. Aequitas ſtans. (II.).
XL. 58. LZ. Lectiſternium Fortunae. (II.).
59. LH. Serapis ſtans d. haſtam. (III.) M. Theup. *not.*
60. LΘ. Pallas ſtans cum victoriola. (III.) M. Theup. *not.*
61. ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΑΥΤ. Caput laureatum.
An. detr. Serapis ſedens d. ſpicas, s. haſtam, pro pedibus captivus ſedens ligatis poſt tergum manibus; retro palmae ramus. (I.) M. Caeſ.

## TRANQUILLINA.

1. ϹΑΒ ΤΡΑΝΚΥΙΛΛΙΝΑ ϹΕΒ.
LB. Caput Serapidis: e regione caduceus & lauri ramus. (II.) Hard. ex M. Chamill.
2. LΔ. Caput Ammonis. (II.) M. Caeſ.
I.* 3. ϹΑΒ ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput huius diadematum.
Lϛ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).
4. Lϛ. Providentia ſtans. (II.) M. R. G.
5. Lϛ. Fortuna ſtans. (II.) M. R. G.
6. Lϛ. Victoria ſedens. (III.) M. Theup.
7. Lϛ. Caput Anubidis. (II.) M. Arig.
II. 8. Adverſa, ut n. 3.
LZ. Serapis ſtans d. haſtam, s. pallio involuta. (II.).
9. LZ. Caput Solis radiatum. Pat. ex M. Moroſ.
10. LZ. Aquila ambobus pedibus coronam ſtringens. (II.) M. R. G.
11. LZ. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. R. G.
12. LZ. Providentia gradiens. (AR) M. Ainsl.
13. ϹΑΒΕΙ ΤΡΑΝΚΙΛΛΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput.
LIΔ. Spes gradiens. (III.) M. Theup. *not.*
14. ϹΑΒ ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput.
Α Κ Μ ΑΝ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ... Caput. (AR) M. Parm.

PHI-

59. 60. Corrige LA, LB.

*Tranquillina.*
13. Lege ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ, & LΔ.

## PHILIPPUS SENIOR.

I. 1.*a*. A K M IOΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄΥ ϹЄΒ. Caput laureatum cum pectore loricato.
LA. Lectiſternium Fortunae. (II.).
1.*b*. Similis, ſed epigraphe in adverſa: A K M IOΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄΥϹЄΥ ϹЄΒ. (II.) M. Ainsl.
II. 2. Adverſa, ut n. 1.*a*.: & ſic porro.
LA. Providentia ſtans. (II.).
3. LA. Aequitas ſtans. (II.) M. Caeſ.
4. LA. Victoria ſedens. (II.) M. Arig.
III. 5. LA. Roma ſedens. (II.).
6.*a*.LA. Serapis ſtans. (II.) M. Ainsl.
6.*b*.LA. Caput Iovis. Pat. ex M. Moroſ.
IV. 7. LA. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (AR):
V. 8. Alius. (II.).
9. Similis, ſed in antica ... ЄΥϹ ЄΥϹЄΒ. (II.) M. Caeſ.
VI. 10. LB. Idem typus. (II.).
VII. 11. Alius. (AR).
VIII. 12. LB. Aquila ſtans cum transverſo palmae ramo. (II.).
13.*a*.LB. Caput Iovis laureatum. Pat. ex M. Moroſ.
13.*b*.LB. Caput Solis radiatum. (II.) M. Ainsl.
14. LB. Caput Serapidis. (III.) M. Theup.
IX. 15. LB. Serapis palliatus ſtans d. haſtam. (II.).
X.* 16.*a*.LB. Pallas ſtans d. haſtam, s. victoriolam, ad pedes clypeus. (AR).
XI. 16.*b*. Alius. (II.).
XII. 17. LB. Providentia ſtans. (II.).
XIII. 18. LB. Aequitas ſtans d. bilancem, s. cornucopiae. (II.).
XIV. 19. LB. Fortuna ſtans. (II.).
XV. 20. LB. Victoria gradiens. (II.).
XVI. 21. LB. Roma ſedens. (II.).
22. LB. Lupa cum gemellis. (III.) M. Theup.
23. LΓ. Roma ſedens. (II.) M. Arig.
24. LΓ. Nilus decumbens. (II.) M. Arig.

LΓ.

Digitized by Google

25.*a*.LΓ. Serapis ſtans, d. haſtam. (II.) M. Arig.
25.*b*.LΓ. Capita iugata Serapidis & Iſidis. (II.) M.Parm.
25.*c*.LΓ. Aeſculapius ſtans ante aram d. pateram, s. baculum cum ſerpente. (II) M. Ainsl.
XVII. 26. LΓ. Lectiſternium Fortunae. (AR).
27. LΓ. Fortuna ſtans. (III.) M. Theup.
28. LΓ. Aequitas ſtans. (II.) M. Caeſ.
XVIII. 29. LΓ. Providentia ſtans. (II.).
XIX. 30. LΓ. Victoria gradiens. (II.).
XX.* 31. LΓ. Victoria gradiens & retroſpiciens d. retrorſum elata tenet coronam, s. palmae ramum. (II.).
XXI.*a*. 32.*a*.LΓ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).
XXI.*b*. 32.*b*.Alius. (AR).
33. LΓ. Aquila ſtans roſtro coronam, intra alas palmam. (II.) Pat.
34. LΔ. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) M. Bracc.
35. LΔ. Caput Iovis Ammonis. Pat. ex M. Moroſ.
36. LΔ. Caput Serapidis Ammonis radiatum cum adſtituto tridente ad collum, cui obvolutus delphin, atque ante pectus cornucopiae. (II.) M.R. Taur.
XXII. 37. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥϹΕ. Caput laureatum cum paludamento ad collum. Et ſic porro.
LΔ. Iſis capite turrito ſtans d. geſtat caput Serapidis, s. haſtam. (AR).
XXIII. 38. Alius nonnihil diverſus. (AR).
39. LΔ. Capita Iſidis & Oſiridis. Pat. ex M. Moroſ.
XXIV. 40.*a*.LΔ. Iuvenis habitu militari cum proboſcide in capite ſtans d. elata tenet ſpicas & papavera, s. vexillum. (II.).
40.*b*.LΔ. Miles ſtans d.victoriolam, s.haſtam & clypeum. (II.) M. Ainsl.
XXV.* 41. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥϹ. Idem capitis typus. Sic porro.
LΔ. Victoria gradiens ambabus manibus prae ſe fert coronam, d. inſimul palmae ramum ad humerum. (AR).



Digitized by Google

XXVI. 42. Alius. (II.).

XXVII. 43. LΔ. Victoria gradiens d. coronam, s. palmae ramum. (II.).

44. LΔ. Protome Victoriae alatae. (II.) M. R. Taur.

XXVIII. 45. LΔ. Spes gradiens. (II.).

XXIX. 46. LΔ. Aequitas ſedens. (II.).

47. LΔ. Fortuna ſedens. (II.) M. Arig.

XXX. 48. LЄ. Lectiſternium Fortunae. (II.).

49. LЄ. Providentia ſtans. (III.) M. Theup.

XXXI. 50. LЄ. Providentia ſedens. (II.).

XXXII. 51. LЄ. Victoria gradiens ambabus manibus fert coronam cum palmae ramo ad humerum. (II.).

XXXIII.*52. LЄ. Iſis capite turrito ſtans d. caput Serapidis, s. haſtam. (I.).

XXXIV. 53. Alius. (AR).

XXXV. 54. Alius nonnihil diverſus. (AR).

XXXVI.*55. LЄ. Caput Ammonis, cui impoſitus eſt globus cum duobus corniculis. (II.).

56. LЄ. Duo ſerpentes arrecti. (II.) M. Theup.

XXXVII. 57. LЄ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).

XXXVIII. 58. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ Ϲ. Caput laureatum cum pectore loricato.

Lς. Aquila ſtans alis explicatis, roſtro coronam. (AR).

XXXIX. 59. Alius, ſed Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥ. (II.).

XL. 60. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

Lς. Aquila ſtans, roſtro reflexo coronam: in area palmae ramus. (I.).

XLI. 61. Eadem adverſa.

Lς. Caput Iovis laureatum. (II.).

XLII. 62. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum cum pectore loricato.

Lς. Fortuna ſtans. (AR).

XLIII. 63. Alius.

XLIV. 64. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum cum lorica.

Lς.

Digitized by Google

Lς. Victoria gradiens ſolito more. (II.).

65. Lς. Providentia ſtans. (I.) M. R. G.

66. Lς. Mulier turrita ſtans cum capite Serapidis. (I.) M. R. G.

67. Lς. Serapis ſedens, victoriola ſellae inſiſtente. (I.) M. R. G.

68. Lς. Serpens craſſior aſſurgens prope temonem inverſum, capite ſuſtinet cymbam, cui inſidet Harpocrates nudus d. ori admovens, s. tenens caulem cum fructu, cui inſiſtit avicula: in area palmae ramus. (I.) M. R. G. *not.*

69. Lς. Caput Solis. (I.) M. R. G.

70. Lς. Aquila ſtans. (II.) M. R. G.

71. LZ. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) M. Arig.

72. LZ. Providentia ſtans. (II.) M. R. G.

73. LZ. Victoria gradiens. (II.) M. Parm.

## OTACILIA.

1. LA. Caput Romae. Pat. ex M. Moroſ.

2. LA. Pietas ſtans ſacra facit ſupra aram. (II.) M. Parm.

3. *a*. LB. Caput Iovis laureatum. (II.) M. Ainsl.

3. *b*. LB. Serapis ſtans d. haſtam. (II.) M. Arig.

4. LB. Providentia ſtans. (II.) M. Arig.

I. * 5. M ωT CEOΥHPA CE M CTPA. Caput diadematum. LB. Fortuna ſtans. (II.).

6. LΓ. Fortuna ſtans. (III.) M. Theup.

7. LΓ. Roma ſedens. Pat. ex M. Moroſ.

8. LΓ. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) M. Arig.



68. Eximius numus, in hac typorum ſterilitate unicus, neque ex Antoniniani aevi numis alteri ſecundus, proſtat quoque in muſeo Braccianeo, ſed recenti fraude adulteratus, inde male depictus in Havercampi theſauro, & hactenus pro anecdoto habendus. Argumentum eſt univerſa natura quatuor elementorum ſymbolis expreſſa quam ſuſtinet aeterni numinis potentia. Innocuus ſerpens quem eodem quo deum vocabulo Cnef ſive Nubin, i. e. Bonum appellabant veteres Aegyptii, numinis ſymbolum eſt non nati neque morituri. Cymba aquam innuit, Harpocrates ignem, avis aërem, & virens herba terram.

9.*a*.LΓ. Idem typus : palmae ramus. (II.) M. Arig.
9.*b*.LΓ. Serapis ſtans d. haſtam. (II.) M. Ainſl.
10. LΔ. Caput Iovis laureatum : palmae ramus. (II.) M. Arig.

II. 11. Eadem adverſa.
LΔ. Caput Serapidis. (II.)
12. M ѠT CƐOYHPA CƐ M CT C. Caput diadematum.
LΔ. Caput imberbe galeatum, ante quod baculus. (III.) M. Theup.
13. LΔ. Caput muliebre turritum. (II.) M. Arig.

III. 14. M ѠT CƐOYHPA CƐ M CT. Caput diadematum.
LΔ. Mulier ſtat velata d. granum thuris arae luculentae iniiciens, s. acerram. (AR).
15. LƐ. Idem typus. (II.) M. R. G.
16.*a*.LƐ. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. R. G.
16.*b*.LƐ. Aequitas ſedens. (II.) M. Ainſl.
17. Lς. Aequitas ſtans. (II.) M. R. G.
18.*a*.Lς. Providentia ſtans. (II.) M. Ver.
18.*b*.Lς. Victoria gradiens: palmae ramus. (II.) M. Ainſl.
19. Lς. Duo ſerpentes praegrandes arrecti mas & femina : hinc adſtituta ſpica, inde caduceus: infra palmae ramus. (I.) M. M. D.
20. Lς. Aquila ſtans : in area palmae ramus. (I.) M. R. G.
21. M ѠT CƐOYHPA CƐ M CƐB. Caput diadematum.
Lς. Aquila roſtro coronam : palmae ramus. (III.) M. Theup.
22. .... T CƐOYHPA CƐΠ CƐB. Caput diadematum.
Lς. (II.) Maffei ex M. Bianchini. *not.*
23. LZ. Mulier ſtans d. demiſſa ſpicas, s. caduceum. (AR) M. Ennerii.

PHI-

*Otacilia*.

22. Vir eruditus ex numo arguit Otaciliam etiam Septimiae nomine appellatam fuiſſe, ſed M in huius aetatis pecunia τω Π per quam ſimile feselliſſe videtur, cum vera lectio ſit CE M CTP, Cεβαςη Μητηρ CΤΡατοπεδων,

## PHILIPPUS IUNIOR.

1.*a*.LA. Imperator eques d. elata, s. baculum. (III.) M. Theup.

1.*b*.LA. Mulier ſedens d. temonem, s. cornucopiae. (II.) M. Ainsl.

2. LA. Iuvenis ſeminudus ſtans d. cornucopiae, comite cane. (II.) M. Arig.

3. LB. Caput Solis. M. R. G.

4. LB. Aquila ſtans cum tranſverſo palmae ramo. (II.) M. Arig.

I. 5. Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ Κ ϹΕΒ. Caput nudum cum paludamento.

LB. Aquila ſtans, roſtro reflexo coronam. (II.).

II. 6. Fadem adverſa.

LΓ. Idem typus. (II.).

III. 7. Eadem adverſa.

LΓ. Luna bicornis intra quam caput iuvenile eleganter compoſitum cum amiculo ad humeros. (AR).

8.*a*.LΓ. Caput Serapidis. (II.) M. Caeſ.

8.*b*.LΓ. Serapis ſtans d. haſtam. (II.) M. Ainsl.

9. LΓ. Caput Nili. (II.) M. Arig.

10. LΓ. Providentia ſtans. (II.) M. Ainsl.

11. LΔ. Fortuna ſtans. (III.) M. Arig.

12. LΔ. Fortuna ſedens. (II.) M. Caeſ.

13. LΔ. Imperator eques pacificatoris habitu. (II.) M. R. G.

14. LΔ. Mercurius ſtat d. tenens caduceum, s. oblongum palmae ramum: comes adeſt canis. (II.) M. Ainsl.

IV. 15. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥ. Caput laureatum cum paludamento.

LΕ. Typus, ut in praecedenti. (II.).

V. 16. Eadem adverſa.

LΕ. Providentia ſtans. (AR).

VI. 17. Alius, ſed epigraphe capitis: Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ Ε. (AR).

VII. 18. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum cum paludamento.
LE. Caput Serapidis. (II.).

VIII. 19. Adverſa, ut n. 15.
LE. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).

IX. 20. Adverſa, ut n. 17.
Lϛ. Victoria gradiens ſolito more. (II.).

X. 21. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum cum lorica.
Lϛ. Fortuna ſtans. (II.).

XI.* 22. Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum cum lorica.
Lϛ. Providentia ſtans. (AR).

XII. 23. Alius parum diverſus. (AR).

## TRAIANUS DECIUS.

I. 1. Α Κ Γ Μ Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. Caput laureatum cum paludamento.
LA. Serapis palliatus ſtans, d. haſtam. (II.).

II.* 2. Α Κ Γ Μ Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ ΕΥ. Idem capitis typus.
LA. Aeſculapius ſeminudus ſtans d. pateram protendit ſuper aram frugibus onuſtam, s. gerit baculum cum ſerpente. (AR).

III.* 3. Adverſa, ut n. 1.
LA. Mulier capite turrito ſtans d. elata tenet ramum, s. haſtam. (II.).

4. Similis, ſed capitis epigraphe: Α Κ Γ Ν Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ Ε. (II.) Band. ex M. R. G.

5. Alius: ΑΥΤ Κ Γ Μ ΚΥ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. (II.) Band. ex RE.

IV. 6. Adverſa, ut n. 1.
LA. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (AR).

V. 7. Α Κ Γ Μ Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ C. Idem capitis typus.
LA. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (AR).

Adver-

Digitized by Google

VI.* 8. Adverſa, ut n. 1.
LA. Victoria gradiens d. coronam, s. palmae ramum. (AR).
9. LA. Roma ſedens. (II.) M. Bracc.
10. LA. Caput muliebre pectore tenus cum modio, ante quod caduceus & ſpica. (III.) M. Theup.
VII. 11.*a*. Epigraphe, ut n. 1. Caput laureatum cum pectore loricato.
LB. Caput Solis radiatum. (II.).
11.*b*. LB. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. Ainsl.
11.*c*. LB. Providentia ſedens. (II.) M. Ainsl.
12. LB. Aequitas ſtans. (II.) M. R. G.
13. LB. Spes gradiens. (II.) M. Caeſ.
14. LB. Victoria gradiens. (II.) M. Arig.
15. LB. Tropaeum cum captivis. (II.).
VIII. 16. Adverſa, ut n. 11. *a*.
LB. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).
17. Α Κ Π Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ Ε. Caput.
LB. Aquila ſtans alis explicatis roſtro coronam. (II.) Band. ex M. R. G. *not.*
18. Α Κ ΚΟΥ ΜΕ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.
LΓ. Providentia ſtans. (III.) Banduri ex M. Fouc.
19. ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝ Μ ΔΕΚΙΟϹ ϹΕΒ. Caput.
LΓ. Duae mulieres tutulatae ſtantes adverſae, cum ſpicis & facibus oblongis. (I.) M. Ver.

## ETRUSCILLA.

1. ΕΡ ΚΟΥΠ ΑΙΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. Caput.
LA. Fortuna ſtans. (II.) M. Arig.
2. LA. Providentia ſtans. (II.) M. R. G.
I.* 3. ΕΡ ΚΟΥΠ ΑΙΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. Caput diadematum.
LB. Mulier velata ſtans d. ſacra facit ad aram, s. tenet acerram. (AR).

HEREN-

17. Adnotavimus ſupra ad numum Otaciliae, in huius aevi moneta Π & Μ eodem fere modo efformari, quae res erroris origo exſtitiſſe videtur etiam iis, qui Decio Publii praenomen Meſſii loco tribuere.

Digitized by Google

## HERENNIUS.

I.* 1. K ЄPЄ ЄTP MЄC ΔЄKIOC KAIC. Caput nudum cum paludamento.
LA. Miles ſtans d. elata, s. haſtam. (II.).
2. LA. Caput Lunae. (III.) M. Theup.
3. LB. Typus, ut n. 1. (III.) M. Theup.
4. LB. Figura militaris ſtans d. extenſa, s. gerit parazonium. (AR) M. Enner.
5. LB. Imperator eques ſpiculum vibrat, velut confoſſurus figuram muliebrem ſtolatam galeatam reſupine humi iacentem. (II.) M. R. G.

## HOSTILIANUS.

1. Γ OYAΛ OCTIΛIANOC K. Caput nudum.
LA. Victoria gradiens. (AR) M. Ennerii.
2. Γ OYAΛ OCT.... C K. Caput nudum.
LB. Mulier ſtans d. ſpicas, s. caduceum. (II.) M.R.G.
3. OYAΛ .... MЄC KOYINTOC K. Caput nudum.
LB. Caput Iovis laureatum. (II.) M. Arig.

## TREBONIANUS.

1. LA. Providentia ſtans. (II.) Band. ex M. Fouc.
I. 2. AY K Γ OY TP ΓAΛΛOC ЄYCЄB. Caput laureatum cum pectore loricato.
LB. Victoria gradiens. (II.).
3. LΓ. Providentia ſtans. (II.) Band. ex M. Fouc.
4. LΓ. Mulier capite turrito ſtans d. elata, s. haſtam. (II.) M. Caeſ.
II.* 5. A K Γ OYIB TPЄB ΓAΛΛOC ЄYCЄB. Caput laureatum cum paludamento.
LΓ. Serapis ſtans d. concionatoris more elata, s. haſtam. (AR).

A K

Digitized by Google

6. Α Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟϹ ΕΥϹΕΒ. Caput laureatum.

LΓ. Typus, ut n. 5. (III.) M. Theup.

7. LΓ. Caput Ammonis cum modio; in area ſerpens baculo circumvolutus. (II.) Band. ex RE.

8. LΓ. Caput Aeſculapii laureatum, ante quod baculus cum ſerpente. (II.) M. M. D.

9. LΓ. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) M. Arig. *not.*



9. Perdifficilem eſſe horum temporum rationem, abunde intelliges ex Tillemontii notis ad vitam Galli Auguſti in tertio hiſtoriae volumine a pag. 507, ſed quod mirum accidit in hoc imperatore, graviſſimi fere inter recentiores chronologi, Labbaeus, Pagius, Noriſius, Bandurius, & ipſe Tillemontius, indicio Dexippi apud Syncellum, qui XVIII menſibus circumſcribit Galli imperium, perſuaderi ſibi paſſi ſunt, erraſſe unanime & aliqua velut conventione Alexandrinos atque Romanos monetarios, dum illi ſignarent annum Treboniani atque filii tertium, hi trib. pot. III & IV in omnis generis numis. Neglexerunt autem, velut parvi momenti, Baronii ſententiam, quae ſtatuendo imperaſſe per aliquod tempus inſimul Gallos atque Valerianos, omnem ſolvit nodum: neque vehementer obſtante Dexippo, qui dum Treboniano ſolos tribuit menſes XVIII, more veteribus chronologis non inconſueto, communis imperii durationem a ſenioris principis annis reſecans omnem adiecerit ſuperſtiti imperatori (inſpicias Dodwellii Canonem Regum in append. diſſert. Cypr.). Nam quae obiicit Baronio Tillemontius, nihil legi apud auctores de civili bello Gallum inter atque Valerianum, ſed Victorem & Zoſimum teſtari Valerianum uſque ad Galli exitum in eius amicitia perſeveraſſe; ex faſtis vero conſtare Valerianum & filium initio A. U. 1007, dum conſules ſcriberentur, Romae pro amicis fuiſſe habitos; faciunt quidem adverſus eam opinionem ac ſi invito Treboniano Romae tunc imperante purpuram ſumpſiſſet Valerianus; ſed minime obſtant, quin pacifico conſilio Valerianus a Gallo nutanti imperio timente, forte & ad levandum ex Hoſtiliani morte ſibi conflatum odium, in imperii conſortium credatur cooptatus. Fuit enim Decio in primis carus, & cunctis ordinibus ita acceptus, ut non tumultuario populi concurſu, non militum ſtrepitu imperator factus ſit, ſed iure meritorum, & quaſi ex totius orbis una ſententia. Haec Pollionis verba dum noſtrae faveant opinioni, communi perſuaſioni omnino adverſantur; Valerianum, quo tempore Romae imperator agnoſcebatur Aemilianus, in Rheticis caſtris Auguſtum eſſe acclamatum: Petavius quidem ut vulgari chronologiae etiam numos conciliaret, coniecturam propoſuit, numerari iteratae tribuniciae poteſtatis annos a kalendis Ianuariis, ſed bene eum refellit Tillemontius, docens coniecturam nulla fundamenti ſpecie nixam, praeter quod univerſam turbaret chronologiam, ad explicandam Treboniani pecuniam non ſufficere. Nos in tanta dubitatione tempo-

# VOLUSIANUS.

1. Α Κ Γ ΑΦ ΓΑΛ Β ΒΟΛΟΥϹΙΑΝΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum.

LΓ. Caput Solis radiatum. (III.) M. Theup.

Eadem

temporum ſummam a caeſo Philippo ad Diocletianum Auguſtum, quod intervallum eſt omnium in Romana hiſtoria obſcuriſſimum, quo poſt infinitas prope ſummorum hominum diſquiſitiones adhuc ignoratur, quis, quot, & ubi, & quo pacto rerum ſummam tenuerint, potiſſimum ex numis Aegyptiis atque Romanis, auxiliantibus faſtis ita colligimus: Philippis exeunte octobre caeſis ſucceſſit A. U. C. 1002 Decius, quem conſulem & Auguſtum produnt faſti ad A. 1003, pecunia honorat Viminacium aerae ſuae annis XI & XII, quos circa octobrem incipere ſupra adſtruximus, Aegyptii vero numi tertium annum, i. e. ſeptembrem 1004 attigiſſe docent. In Romana moneta tribunicia poteſtas non legitur, cuius numeri ab hoc inde imperatore rarius ſignari coepere, poſt Claudium fere exulant. Attamen ſi fides eſt inſcriptionibus apud Bandurium vol. I. p.27, tertium tribuniciae poteſtatis annum inchoaſſe in provinciis creditus eſt, ſed re non inchoaſſe conſtat cum ex Viminacii numis, qui ante elapſum coloniae annum XII, i. e. ante octobrem 1004 Gallos rerum potitos eſſe teſtantur, tum ex mortis genere: nam qui communem ſententiam ſequentes credunt, Decium circa decembrem in ſeptentrionali regione paludibus praeterea & ſilvis impedita occubuiſſe in proelio; non magnam produnt de imperatoris prudentia opinionem. Quae autem colliguntur ex Pollionis narratione de Valeriano, die XXVII octobris a Senatu cenſore deſignato, parum pro re faciunt, dum de anno non conſtet, ſed iſta res omnino A. 1003 accidiſſe videatur. Neque ſcriptores nobis obſtant praeter Victorem iuniorem XXX menſes tribuentem Decio. Reliqui, excepto nimis parco Euſebio qui XVI menſes habet, pro nobis ſtant annos prodentes circiter duos (Aur. Victor, Eutropius, Syncellus). Praeter Decium uxorem quoque & filios in numis venerati ſunt Aegyptii, ſed utroſque Caeſares, primo & ſecundo anno imperii: quod enim alter ultimo patris tempore, alter poſt obitum Auguſti renunciati ſint, hactenus ignorat moneta Alexandrina. Poſt exitum Decii imperium occupavit Gallus cum filio Voluſiano Caeſare, quos A. 1005 eponymos habent faſti, imperii collega ipſis a Senatu addito Hoſtiliano Auguſto Decii filio, quem una cum matre Etruſcilla adhuc anno XIII in numis honoravit Viminacium, ſed qui poſt breve tempus vel peſtilentia vel Treboniani inſidiis periit. Trebonianum Gallum tribus annis ſolis agnoſcit Aegyptia pecunia, i. e. uſque poſt neomeniam Thoth 1006, ſed qui dum menſes conficiunt ſaltem XXIV, iam ipſi erroris arguunt Syncelli XVIII menſium calculum. At anno amplius ſuperſtitem fuiſſe evincunt numi Romani commatis prodentes tribuniciae poteſtatis annum IV, qui ante ſeptembrem 1007 coeptus eſſe nequit. Cur quartum annum non ſignaverint Aegyptii promta ratio eſt, quod Oriente ſub hiemem $\frac{1006}{1007}$ deficiente ad Aemilianum, etiam Alexandria ab huius partibus ſteterit. Eodem pacto Vimi-

2. Eadem adverſa.

LΓ. Caput muliebre. (III.) M. Theup.



Viminacium ocius ab Aemiliano occupatum iam anno XIV, i. e. ante octobrem 1006, vultum eius monetae intulit. Voluſiani Caeſaris numos non procudit Alexandria, ſed plurimos Auguſti cum anno tertio. Ceterum ſcriptoribus Gallorum durationem adeo diverſe ſtatuentibus a XVI menſibus uſque ad XXXII, advertendum eſt praeter Syncellum neminem ſecutum eſſe Dexippi ſententiam, quamquam eam noſtris rationibus non obeſſe modo innuimus. Nam XVIII imperii menſe, forte iam gliſcente Moeſiaca ſeditione, conſortes ſibi adſcivere Valerianum atque Gallienum, quos ante auguſtum 1006 in Oriente imperatores agnitos probat numus Aegyptiacus cum anno Gallieni XVI, qui nunc luce donatur; Romae autem ſaltem februario menſe tribunatum accepiſſe docet Romana pecunia hancce poteſtatem XVI vice iteratam exhibens, quod tamen non ante coeptum annum 1006 eveniſſe probabile ſit ex faſtis, qui imperatores ante kalendas ianuarias renunciatos mox ſequenti anno conſules notare ſolent. Caeſum autem eſſe Gallienum medio martio 1021, conſtat ex iiſdem faſtis ad annum 1022 Claudium Auguſtum conſulem praeferentibus, atque ex Pollione, qui Claudium ab exercitu prope Mediolanum interfecto Gallieno imperatorem acclamatum, Romae innotuiſſe refert IX kal. aprilis, qui eſt ſanguinis dies & ſacrum fit matri Ideae (confer kal. Lambecc. in Graev. Theſ. vol. VIII). Itaque cuſi ſunt in Alexandrina pecunia Valerianorum anni I & II ante uſurpationem Aemiliani, vel ante elapſum annum 1006; ſequentem urbis annum occupant primus & ſecundus Aemiliani ſaltem uſque poſt auguſtum menſem: tunc ad priorum imperatorum obedientiam reverſa Alexandria, ſignavit a tertio reliquos Valeriani annos uſque ad VIII: Gallieni ad XVI, qui coeptus die XXX auguſti 1020, nondum elapſus fuit cum interfectus eſt imperator. Etiam Viminacium coloniam ante rebellionem Aemiliani, anno XIV Valerianos honoraſſe videtur, mox Aemiliani vultum ſignaſſe, denuo quidem territam exercitu, quem adverſus uſurpatorem e Germania ducebat Valerianus circa ſeptembrem atque octobrem 1007, ipſi & filio pecuniam dedicaſſe, ſed ab hoc inde tempore, forte quia in Moeſia nata fuerat iſta rebellio, cum ceteris ornamentis tum monetandi iure fuiſſe privatam. Aemilianum tribus menſibus Romae imperaſſe ferunt, qui ſi computandi ſunt a caeſo Treboniano, i. e. a ſeptembre, figitur Aemiliani exitus ad decembrem 1007, poſtquam ex iterati tribunatus indicio anno & menſibus imperatorem ſeſe geſſerat. De Valeriani annis e moneta nihil certi eruitur, neque unquam eruetur, nam deficientes numi non probant captivum imperatorem, neque vultum ſignantes incolumem. Una cum Valeriano deſinunt & numi Salonini, quem a IV inde avi patriſque anno in Aegyptia moneta Auguſtum celebratum, necavit Poſtumus & novi in Gallia imperii fundamenta iecit, circa A.U. 1012, 1013; eodem tempore quo captum ſtatuunt Valerianum. Gallieno imperante Aegyptii per aliquod tempus Macriani partes ſecuti ſunt, cuius numi viſuntur cum annis primo atque ſecundo. Quieti autem cum anno ſingulari: ſed hi ad ſeditionis tempus colligendum nihil conferunt, neque, ſi modo exſtant genuini, numi Alexandri Aemiliani. Excipit Gallienum Claudius, qui tertio Aegyptiorum anno

3. Eadem adverſa.

LΓ. Protome Aeſculapii laureata, ante quam ſolitus baculus. (II.) M. R. G.

LΓ.

anno terque functus tribunicia poteſtate peſte abſumptus eſt, A. 1023, circa menſem aprilem, vel ſaltem ante auguſtum, ut ex Aureliani annis colligimus. De lege Claudii a. d. XXVI octobr. 1023 adeas Tillemontium vol. 3 p. 531. Aurelianus vero Auguſtus conſul proditur A. 1024, quem ante ſeptembrem 1023 in Aegypto imperatorem receptum docent ſex annorum numi, (nam Pocokianum LH non moror) quorum ultimum ante elapſum auguſtum 1028 cuſum ſtatuere iubet ſequentium temporum ratio: ſed a menſe inde aprili purpuram ſumſiſſe neceſſe eſt, ſi recte Euſebius, Victor, atque Eutropius ab eius initio ad electionem Taciti annos prodiderunt V cum dimidio. Etiam Quintilli vultum atque annum ſignavit moneta Aegyptia, quem poſt diem XVII periiſſe ferunt, licet Romanae pecuniae copia longiorem durationem innuere videatur. Inter haec novos dominos ſed pro brevi ſpatio accepit Aegyptus, ſcilicet Palmyrenos Zenobiam atque Vaballathum Athenodorum, qui provinciam aggreſſi ſub Claudio, ut Pollio auctor eſt, poſtea rebus fluctuantibus Quintillum inter atque Aurelianum totam occuparunt, & ſuo iure numos procudere, quorum exemplar nunc primum prodit e muſeo Enneriano, Zenobiae Auguſtae numus cum IV imperii anno, ſine indicio auctoritatis Romani imperatoris in Aegypto. Mox Aureliani potentiam veriti foedus cum eo iniere, atque in numis communi imperio percuſſis primum locum ei reliquerunt. Obvii ſunt cum capitibus Aureliani Auguſti, atque Athenodori Caeſaris, primo & ſecundo Aureliani annis ſignati, ſive IV & V a morte Odenathi, cui ſucceſſit una cum filio Zenobia. Ad idem tempus ſpectant capita Zenobiae atque Aureliani, quae in muſei Theupoli numiſmate iuncta extare perhibentur, annis forſan temporis iniuria exeſis. Primum autem honorem habitum eſſe Aureliano patet ex numo olim edito ab Harduino, Froelichio, & Pellerinio, a nobis autem inſpecto in muſeo regis Galliae, & Romae in collectione Taniniana, qui in antica habens Aureliani & Vaballathi adverſa capita, in poſtica laurea cingit quatuor literas ita concinnatas LA / LΔ, ut Athenodori anni, quem cum Vaballatho eumdem probat idem numus, ſuccedant annis Aureliani. At ſecundo foederis anno imminentibus Romano orbi a ſeptentrione barbaris, Palmyreni ſummum Aureliani imperium detrectarunt, atque Zenobia communicatis cum filio ſummi faſtigii ornamentis, ſuo atque ipſius nomine, neglecto Aureliano pecuniam ſignavit, quam quinto anno inſcriptam videſis in catalogo. Eodem verum anno Aegypto pulſi ſunt, mox ipſa Palmyra capta, & Zenobia Romae in triumpho ducta. Ceterum cur Bandurii LE )( LΓ: Harduini Lς )( LΓ: & Sellerii LZ ΠΑΛ: hoc loci negligo, infra dicetur ad numos Vaballathi. Devictis Palmyrenis novum in Aegypto rebellem ab Aureliano domitum prodit Vopiſcus Firmum ſive Firmium, Zenobiae olim familiarem, & qui Palmyrenae factionis reliquias collegerunt, cuius numus cum primo anno in muſei Pembrockiani iconiſmis exhibetur. Ad eadem tempora potius quam ad Diocletiani imperium pertinere ex fabrica & modulo colligo numos Domitiani Auguſti, hactenus cum ſolo

ſolo

Digitized by Google

4. LΓ. Serapis ſtans cum haſta pura. (II.) Hard. ex M.Fouc.

5. Adverſa, ut n. 1.

LΓ. Fortuna ſtans. (II.) M. R. G.

AKΓ

ſolo ſecundo anno repertos : aliquam anſam praebente Zoſimo dum inter caeſos ab Aureliano duces refert Domitium quendam, forte eumdem, quem Macrianos viciſſe narrat Pollio & originem a Flavio Domitiano repetiviſſe. Reliqui quos vocant tyranni, quorum Aegyptia pecunia ſoli Golzio conſpecta eſt, hic nobis negotium non faciunt. Caeſo Aureliano poſt ſemeſtre interregnum ſucceſſit Tacitus ſemeſtri itidem imperio, electus ſecundum Vopiſcum die xxv ſeptembris, ut annuum intervallum ſit a morte Aureliani uſque ad Probum Auguſtum, qui diadema ſumpſit in Oriente circa aprilem 1029, atque interempto poſt tribus fere menſibus Floriano aemulo Romae agnitus, A. 1030 ſolito imperatoribus more conſul proceſſit. Durante interregno Alexandrini viduae Auguſtae vultu anniſque inſignivere pecuniam, docentibus obviis Severinae annorum VI & VII numiſmatis, cuius cum minoribus annis nulla certa exſtant. Taciti imperatoris numi ut par eſt ſingularem annum praeferunt, Floriani praeter Golzium nemini viſi ſunt, neque exſtare credibile eſt. Probo octo annos tribuunt Aegyptii, quo probabilior ſit eorum ſententia qui novembri 1035 caeſum putant, quam quibus auguſto occubuiſſe creditur; licet fieri poſſit ut nuncius de imperatoris morte ante ſeptembrem Alexandriam non pervenerit. Adeas Eckelium in *anecd.* p.302, & Tillemont. vol.3. p.540. Sequuntur ultimi ante Diocletianum principes, Carus nimirum cum filiis, quorum in Oriente imperium finem capit circa autumnum 1037, initio minus certo. Conſul praeſcribitur Carus Auguſtus A.1036, itaque imperator renunciatus eſt anno praecedenti : de die haeſitatur. Numi unicum huius annum exhibent; filiorum tres, & quidem Auguſtorum. Horum ultimus & ſecundus incidunt in 1037, ſecundus & primus in 1036. Si igitur adſentimur inſcriptioni Gruterianae apud Bandurium volum. 1 p.500, qua poſt iteratam a Caro tribuniciam poteſtatem filii adhuc Caeſares appellantur, opus eſt ut Carus ſaltem circa auguſtum 1035 adeptus ſit imperium, quo ante neomeniam Thoth 1036 ſignari poſſit primus filiorum Auguſtorum annus. At praeter quod hoc pacto res nimis coarctentur, Probi numi anno octavo percuſſi & ſucceſſoris anno primo, ſtatuere cogunt Hiſpanis imperatoris in Orientem profecti conſilium, quo filiis ſumma dignitas communicata eſt, cum lapidem poſuere, nondum innotuiſſe. Sic pertinebunt numi Cari LA, & Carini Numerianique Caeſarum LA ad annos urbis 1035, 1036. Carini & Numeriani Augg. LA, LB ad 1036. Eorumdem LB, LΓ, ad 1037, quo caeſus eſt Numerianus, fratre ut videtur uſque ad adultum annum 1038 ſuperſtite, donec a ſuis interfectus totum imperium reliquerit Diocletiano. Huius vero initium figendum eſſe ad A.U.C. 1037, invicte probat Tillemontius volum. 4. p.594, adverſus Scaligerum qui annum ſtatuit 1040 : & hanc epocham a qua praeterea incipit aera Martyrum, qua hodie utuntur Copti & Abeſſini cum Africanis nonnullis, conſtituit firmum chronologiae cardinem. Dubio quoque caret coepiſſe Diocletianum poſt elapſum iſtius anni menſem auguſtum, quod rationibus noſtris ſufficit, licet ceterum nobis tutius creditum ſit ſtare cum coaevis Lactantio atque Euſebio, qui imperii na-

talem

Digitized by Google

6. Α Κ Γ ΑΦ ΓΑΛ Β ΟΥΟΛΥϹΙΑΝΟϹ ΕΥϹ. Caput laureatum cum paludamento ad humeros.

LΓ. Fortuna ſtans. (II.) Band. ex M. Fouç.

## AEMILIANUS.

1. Α Κ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟϹ ΕΥϹΕΒ ϹΕΒ. Caput laureatum cum pectore loricato.

LA. Caput Iovis laureatum. (II.) M. Arig.

2. Α Κ Μ ΑΙΜΙΛ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΥ ΕΥϹ ΕΥΤ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LB. Caput Serapidis, adſtituto pone ſceptro. (II.) M.R.G.

3. Α Κ Μ ΑΙΜΙΛ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟϹ ΕΥϹ ΕΥΤ ϹΕΒ. Caput laureatum cum paludamento.

LB. Aquila roſtro coronam. (II.) Band. ex ſchedis Vaill.

## CORNELIA SUPERA.

1. ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΟΥΠΕΡΑ ϹΕΒ. Caput.

LA. Moneta. (II.) Maffei ex M. Bianchini. *not.*

VALE-

talem celebratum produnt die XVII novembris, (nam XII kal. dec. in unico qui excuſus eſt Lactantii codice eoque valde depravato Tillemontio iudice ſpalma eſt pro XV), quam cum ipſo Tillemontio, Noriſio & Petavio, qui chronico Paſchali & legis ſubſcriptioni innixi apponunt ad diem XVII ſeptembris: adſtipulante priori ſententiae numorum copia tertium annum cum Carini tum Numeriani exhibente, ideoque poſt diem XXIX auguſti A.U. 1037 percuſſa. Imperante Diocletiano ceſſavit Graeca Alexandrinorum pecunia, quae noviſſima percuſſa eſt A.U.C. 1048, Diocletiani quidem cum anno XII & Maximiani cum XI poſt coeptum ſeptembrem, Conſtantii autem atque Galerii cum IV ante elapſum auguſtum. Cauſam reputant nonnulli ſeditionem Aegypti duce Achilleo, quam coeptam notat Euſebius ad IV annum Diocletiani, oppreſſam ad XI: etſi univerſis iſtis annis nullo omiſſo Alexandriae ſignati proſtant numi Auguſtorum atque Caeſarum. Sed cum ab hoc inde tempore magna Latinorum numorum vis Alexandriae percuſſa ſit, ſicut Antiochiae, & in aliis civitatibus principibus, non poenae loco illud novatum videtur circa Aegyptiam monetam, ſed prudenti aliquo conſilio, ut per totum Romanum orbem eadem eſſet pecuniae ratio.

*Cornelia Supera.*

1. Typus erit quem nos aequitatem appellare conſuevimus. Cornelia autem Supera ſcriptoribus ignorata, atque ex ſolis numis cognita, aliquando credita fuit uxor Treboniani Auguſti, a Bandurio quoque in conſortium ei tributa. Sed hodie convenit inter antiquarios, praeſertim Aegarum & Parianae coloniae numis edoctos, Corneliam coniugem fuiſſe Aemiliani Auguſti.

Digitized by Google

# VALERIANUS.

1. LA. Spes gradiens. (II.) M. Arig.
2. LA. Aquila roſtro coronam. (II.) Band. ex M.Fouc.
3.*a*.A K Π AI OYAAEPIANOC CEB. Caput laureatum.
LB. Roma ſedens: Aſtrum. (II.) M. Caeſ.
3.*b*.LB. Mulier ſtans d. elata, s. tenens haſtam tranſverſam. (II.) M. Parm.

I. 4. A K Π AI OYAΛEPIANOC, EY EYC. Caput laureatum. Et ſic in omnibus, modo cum lorica ad pectus, modo cum paludamento ad humeros.
LΓ. Aquila ſtans alis expanſis, roſtro reflexo coronam. (AR).
5. LΓ. Victoria ſtans adverſa d. lauream, s. palmam. (AR) M. Caeſ.
6. LΓ. Victoria gradiens. (II.) M. Arig.
7. LΓ. Spes gradiens. (III.) M. Theup.
8. LΓ. Providentia ſtans. (AR) M. Caeſ.
9. LΓ. Mulier ſtans d. elata ramum, s. haſtam. (II.) Band. ex M. R. G.
10. Similis, ſed pro ramo adſunt ſpicae (III.) M.Theup.
11. LΓ. Serapis ſtans d. haſtam. (II.) M. Arig.
12.*a*.LΓ. Caput Iovis laureatum. (II.) Band. ex M. R. G.
12.*b*.LΔ. Caput Serapidis, retro haſta. (II.) M. Ainsl.
13. LΔ. Caput Solis radiatum. (II.) Band.
14. LΔ. Mulier ſtans d. ramum, s. cornucopiae. (II.) Band. ex M. Fouc.

II. 15. LΔ. Providentia ſtans. (II.).
16. LΔ. Providentia ſedens. (II.) M. Arig.

III. 17.*a*.LΔ. Fortuna ſedens. (AR).
17.*b*.LΔ. Victoria gradiens. (II.) M. Ainsl.

IV. 18. LΔ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).

V. 19. LE. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (AR).
20. Π AIK OYAAEPIANOC KAIC CEB. Caput nudum cum paludamento.
LE. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) Band. ex M.Fouc.

LE.

Digitized by Google

21. LЄ. Providentia ſtans. (III.) M. Theup.

VI.* 22. LЄ. Fortuna ſtans. (II.).

VII. 23. LЄ. Iſis ſtans cum capite Serapidis. (II.).

VIII. 24. Lς. Iſis ſtans cum capite Serapidis. (II.).

25. Lς. Serapis. (II.) Harduin.

IX. 26. Lς. Caput Iovis laureatum. (II.):

X. 27. Alius. (AR).

28. Lς. Victoria gradiens. (II.) Band. ex M. Fouc.

XI. 29. Lς. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).

XII. 30. LZ. Idem typus. (II.).

XIII. 31. LZ. Roma ſedens d. victoriolam, s. haſtam. (AR).

32. LH. Mulier paludata ac ſtolata ſtans d. expanſa & elata, s. geſtat cornucopiae. (II.) Band. ex B.

## GALLIENUS.

1. LA. Spes gradiens. (II.) M. Bracc.
2. LA. Lectiſternium Fortunae. (II.) M. Arig.
3. LA. Aquila ſtans roſtro coronam. (II.) M. Caeſ.
4. LB. Imperator eques pacificatoris habitu. (II.) M. Arig.
5. LB. Mulier ſedens d. extenſa victoriolam, s. haſtam tenet. (II.) Poc.
6. LB. Pallas ſtans d. haſtam, s. clypeum. (II.) Band. ex M. Fontaine.

I. 7. Α Κ Π ΛΙ ΟΥ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ЄΥ ЄΥϹ. Caput laureatum, ut ſemper, cum paludamento, pro quo in aliis nonnullis ſola lorica pectus obtegens conſpicitur.

LΓ. Caput Serapidis. (II.).

II. 8. Eadem epigraphe.

LΓ. Mulier ſtans d. elata ramum, s. haſtam. (AR).

9. Similis, ſed addito in area palmae ramo. (II.) M. Caeſ.

III. 10. Eadem epigraphe.

LΓ. Providentia ſedens. (AR).

11. LΓ. Providentia ſedens, d. elata, s. cornucopiae. (II.) M. R. G.

12. LΓ. Spes gradiens. (II.) M. Arig.

13. LΓ. Victoria ſtans obverſa. (II.) M. Arig.

14. Α Κ Π ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹЄΒ. Caput radiatum.
LΓ. Victoria gradiens. (II.) Band. ex M. Font.

15. LΔ. Providentia ſtans: palmae ramus. (II.) Band. ex M. Bau.

16. LΔ. Fortuna ſedens. (II.) Band. ex M. Fouc.

IV. 17. Epigraphe, ut n. 7.
LΔ. Victoria gradiens. (AR).

18. LΔ. Venus victrix. (II.) Hard. ex M. Chamill.

19. LΔ. Caput Lunae. (II.) M. Arig.

V. 20. Epigraphe, ut n. 7.
LΔ. Aquila ſtans roſtro reflexo coronam. (II.).

VI. 21. Alius. (AR).

22. LΔ. Aquila roſtro coronam: palmae ramus. (II.) Band. ex M. Fouc.

23. LЄ. Aquila roſtro coronam: palmae ramus. (II.) Band. ex M. Fouc.

24. LЄ. Mulier tutulata ſtans d. avem cum ramo in roſtro; s. haſtam. (II.) M. Arig.

25. LЄ. Fortuna ſtans. (III.) M. Theup.

26. LЄ. Caput Solis: palmae ramus. (II.) M. Arig.

27. LЄ. Canopus. (II.) M. R. G.

| Phamenoth | februarii | 25 | biſsexto |
| Pharmuthi | martii | 27 | 27 |
| Pachon | aprilis | 26 | 26 |
| Payni | maii | 26 | 26 |
| Epiphi | iunii | 25 | 25 |
| Meſori | iulii | 25 | 25 |
| Picuthi | auguſti | 24 | 24 |

APPEN-

Digitized by Google

# APPENDIX NUMORUM
## CATALOGO INSERENDORUM.

### M. ANTONII.

I.* 1. *b.* Similis, ſed (II.)

### AUGUSTI.

1. *b.* ΑΥΤΟΚΡ LB. Manipulus ſpicarum. (Æ) Bellori.

I. *b.* 6. *b.* ΚΑΙΣ .... Caput Auguſti laureatum.
LI. Crocodilus çum cauda devexa. (IV.).

III. *b.* 20. Caput Auguſti nudum anepigraphon.
LMB. Victoria gradiens. (II.).

IV. *b.* 24. ΑΥΓΟΥΣΤ. Caput nudum.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Aquila fulmini inſiſtens: in area cornucopiae & M. (II.).

### CLAUDII.

1. *b.* ΑΥΤΟΚΡΑ LA. Bos cornupeta. (II.) M. Parm.

### NERONIS.

5. *b.* Triremis ſub qua duo delphini: in adverſa LΓ. (AR) M. Parm.

X. *b.* 30. ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ ΚΑΙC CEB. Caput laureatum.
LH. Vir galeatus & paludatus ſtans d. clypeum tenet, s. globum. (III.).

XXII. *b.* 59. *b.* Adverſa, ut n. 58.
LIΓ. Aquila ſtans. (II.).

OCTA-

Digitized by Google

## OCTAVIAE.

1. *b.* Similis, ſed ΟΚΤΑΟΥΤΑ (sic). (AR) M. Parm.

## POPPAEAE.

9. *b.* Similis, ſed LIB. (AR) M. Parm.

## VESPASIANI.

XXVI. *b.** 51. ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙΣΑΡΟΣ *reliqua*. (I.).

## DOMITIANI.

X. *b.* 32. *b.* Caput Domitiani anepigraphon.
LΔ. Crocodilus cum cauda devexa. (IV.).
65. *b.* LH. Imperator in quadrigis lentis. (II.) M. Farn.
XVIII. *b.* 73. *b.* ΑΥΤ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤ ... Caput laureatum.
LI. Apis ſtans ad aram, ut ſupra. (II.).
XXVI. *b.* 99. *b.* Alius nonnihil diverſus. (IV.).

## TRAIANI.

V. *b.** 28. Caput Traiani laureatum anepigraphon.
LZ. Elephas ſtans. (IV.).
47. *b.* Similis, ſed ante ſerpentem palmae ramus, pone caduceus. (II.) M. Parm.
79. *b.* LIB ΜΕΜΦ .... Oſiris ſtans d. ſiſtrum, s. haſtam pro pedibus bos apis. (I.) M. Ainsl.
79. *c.* LIB .... NOM .... Oſiris ſtans d. florem. (I.) M. Ainsl.
117. *b.* LIΔ ... ΦΕΙΤΗΣ. Oſiris ſtans d. leonem, s. haſtam. (I.) M. Ainsl.

HADRIA-

## HADRIANI.

XXXI. *b.** 86. *b.* Caput Hadriani laureatum anepigraphon.
L EN. Aries ſtans. (IV.).

XXXV. *b.** 106. *b.* Caput Hadriani laureatum anepigraphon; adſtituto ante collum velut parvo cippo.
LI. Cornu Amaltheae. (IV.).

168. *b.* LIA ΓΥΝΑΙΚ. Mulier ſtans d. canem ſuſtinet, s. veſtem colligit. (III.) M. Ainsl.

170. LIA ΠΡΟϹѠ. Protome Harpocratis d. ori admota. (III.) M. Ainsl.

LXV. *b.** 183. Adverſa, ut n. 154.
LIA ΜΕΝΔ. Serapis ſtans d. extenſa ſuſtinet hircum, s. haſtam. (III.).

244. *b.* LIA ΑΠΟΛΛѠΝ. Oſiris ſtans d. capiti admota, s. aquilam. (III.) M. Ainsl.

334. *b.* LIZ. Victoria in bigis citis. (II.) M. Parm.

365. *b.* LIH. Sphinx ſtans ſine alis, cuius caput loto ornatum eſt, & tectum velo ad medios pedes dependente; ex pectoris medio exiſtit caput crocodili, ipſa ſerpenti inſiſtit caput erigenti, ſuper dorſo gryphus pedem rotae imponens. (I.) Eckhel. e M. Caeſ.

415. *b.* L ЄΝΝЄΑΚΔ. Mulier tutulata & velata ſtans ante aram, dexterae digitum ori admovet, s. clavam erectam tenet. (I.) Eckhel. e M. Caeſ. *not.*

CLXXVIII. *b.** 482. *b.* ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ... Caput Hadriani laureatum cum paludamento.
LKA. Caput Serapidis diadematum baſi impoſitum. (I.).

415. *b.* Eckhelio Angerona eſt, nobis Harpocrates; inſpice notam ad Marci n. 7.

## ANTONINI.

XIV. *b.** 52. *b.* Epigraphe detrita. Caput Antonini nudum cum paludamento.

LΔ. Caput imberbe cincinnatum cum lunula & globulo ſupra verticem: ante id, ut videtur, caduceus ſive ſiſtrum. (I.).

83. *b.* LΞ ΤΙΒΕΡΙC ΟΜΟΝΟΙΑ. Tiberinus barbatus ſtans, s. arundinem, d. iungit cum adſtante Nilo, d. ſpicas, s. cornucopiae tenente, in cuius d. brachio exultat puellus, altero pro pedibus adſtante. (I.) Eckhel. e M. Caeſ. *not.*

XXVIII. *b.** 96. Epigraphe detrita. Caput Antonini laureatum cum paludamento.

LΕ. Aquila ſtans alis expanſis, roſtro coronam: ſuper ea caput Serapidis. (I.).

XLI. *b.** 137. Epigraphe detrita. Caput Antonini laureatum cum paludamento.

Eadem adverſa. (I.).

207. *b.* Similis, ſed omiſſa ara. (I.) M. Ainsl.

211. *b.* LΗ ΠΡΟCⲰΠΙΤΗC. Harpocrates ſtans d. ori admota, s. cornucopiae. (I.) M. Ainsl.

CXXXVI. *b.** 446. *b.* Epigraphe detrita. Caput Antonini laureatum cum paludamento.

Annus detritus. Caput Serapidis ſupra arietem arae adſtantem: in capite arietis globus inter duo cornua tortuoſa. (I.).

83. *Elegans imago concordiae Romanos inter Aegyptioſque durantis, utroque populo ſuis fluminibus indicato. Stat Tiberis ad dextram, non quod Nilo nobilior, ſed quod populi imperantis vicem fungitur. Nili nomen reticetur, quod hunc ſatis ſui eubiti, puellos intelligo, definiunt.* Hiſce verbis quibus nec brevius nec iuſtius quid dici poteſt, numum decorat Eckhelius pag. 72. *Sylloges primae*, quam ante impreſſos numos Antonini inſpicere non obtigit.

## SALONINAE.

24. *aa.* Similis, addito in area palmae ramo. (I.) M. Farn.

ADDEN-

# ADDENDA

*Ad notam in num.* 1 *M. Antonii pag.* 1.

Similis numus, ſecundae quidem magnitudinis, qui triennio poſt quam haec ſcripſiſſem Muſeo Borgiano illatus eſt, dubitationem iniecit, ſitne iſtud numiſmatum genus extra Aegyptum percuſſum. Nam numi illius metallum atque fabrica Antiochiam potius quam Alexandriam reclamare videntur.

*Ad notam in num.* 6 *Auguſti pag.* 8.

Inter alia quae huic catalogo appendicis inſtar ſubiicere cogitaveram, ſed quae prudentiori conſilio ſepoſui, fuit & diſſertatio *de varia apud Aegyptios anni ratione*, qua probaviſſe mihi videbar, Aegyptios ab hominum memoria eadem uſos fuiſſe anni communis civiliſque forma, quam inde a Iulio Caeſare receperunt Romani, praeter quod Aegyptii initium eius obſervarent ab incipiente retroceſſu Nili, qui circa initium Thoth menſis evenire ſolet: ideoque hunc menſem Thoth appellatum fuiſſe, i. e. caput, initium, primum. Alium praeterea apud eos fuiſſe annum ſacrum & myſticum, cuius natura ſolis ſacerdotibus probe perſpecta, cuius primus menſis Epiphi nomen acceperit ab avi, quam peculiari inſtituto Theuth ſive Mercurio ſacrorum praeſidi dicatum rebantur, cuiuſque initium ſecreta ratione ex Nili aeſtuatione, e Solis ingreſſu in ſidus Cancri, atque ex Sotheos ſive Caniculae ortu colligerent. Tertium denique incipientem a Sole in Arietem, Zodiorum principem, intrante. Illum autem annum, quem Aegyptium vocant ſcriptores Graeco-Romani, ſolis diebus 365 conſtantem abſque quadrante, neque ab ullo pendentem certo principio, prorſus alienum eſſe, ut a genio ſacrorum huius gentis, ita a regionis indole, neque aliud eſſe quam commentum aſtronomorum Chaldaicorum, poſtea ab aſtronomis Graeco-Aegyptiis cum reliqua Chaldaeorum doctrina acceptum; itaque Aegyptium appellatum a ſcriptoribus, quo diſtinguerent ab anno Romano-Aegyptio, ſecundum quem res Aegypti civiles ordinabantur, quique idem ac vetus annus civilis Aegyptiorum. Geminum, cuius teſtimonium tanti facere ſolent recentiores, fidem nullam mereri, dum Aegyptiorum celebritates per totum annum vagari affirmat, contrarium enitentibus reliquis auctoribus, quicunque de Aegyptiorum ſacris aliquid prodidere, in primis Plutarcho & Macrobio qui data opera de eorum celebritatibus diſſeruerunt. Ceterum ſcripſiſſe Geminum non Syllae temporibus, quod ex male intellecto loco Simplicii opinati ſunt plerique, in his noviſſimi aſtronomicae hiſtoriae ſcriptores Weidlerus atque Bailly; ſed ut ex eodem loco veriſimile ſit, haud diu ante Alexandrum Aphrodiſienſem, qui primus eius meminit; hominis nimirum incertae patriae, incertae aetatis, neque Baillio iudice in aſtrorum ſcientia, quam profitebatur, probe eruditi, licet valde diverſe de eo iudicent Petavius, Boniurius, aliique. Cenſorinum

de Aegyptiis annis atque epochis confuſe & ἀσυςάτως locutum iam ab aliis notatum eſſe, ſic corruere quae ex eo de anno civili vago apud Aegyptios collegerunt eruditi. Theonem ſummum aſtronomum nihil facere ad figendum initium intercalationis apud Aegyptios, ſive Auguſtae epochae principium; qui de ſola apocataſtaſi aſtronomica ſollicitus, circa annos civiles nihil ſtatuit: neque diem intercalarem in ſextum annum aerae Auguſtorum incidiſſe ait, ut Dodwellio placet, ſed annum vagum aſtronomicum eo anno exacto in idem initium conveniſſe cum anno civili, i. e. in xxx diem auguſti Iuliani, qui illo anno fuit neomenia Thoth. Latinum praeterea ſcholiaſten Arati, docentem veteres reges Aegypti iureiurando ſe obſtrinxiſſe, nullum diem ſe fore intercalaturos, ita interpretandum eſſe, ut ſacerdotes ius ſibi reſervaverint intercalationis. Denique Dionis teſtimonium non ita accipi debere, ac ſi S. C. decretum fuiſſet, ut ab ea die, qua capta fuit Alexandria, ſingulorum annorum initia ducerentur, ſed ut tempus iſtud eſſet epocha, a qua numerarentur anni ſubſequentes; ſicut in urbibus Aſiae & Syriae ab adventibus Pompeii Caeſariſque annorum ordines ducebantur, nullo pacto immutato Aſiatici anni initio. Nam praeter quod in ſe parum ſit probabile, voluiſſe Romanos ſine aliqua utilitatis ſpecie, mera inſultandi libidine, novum anni initium obtrudere Aegyptiis, probari etiam poſſe calculo inito ex epiſtola S. Proterii epiſcopi Alexandrini ad S. Leonem M. exſtante apud Bucherium, eo anno qui primus eſt Auguſtorum in Aegypto, non a die xxix menſis auguſti coepiſſe menſem Thoth, ſed a die xxx. Haec, quae fuſe expoſueram in diſſertatione, hic breviter indicanda duxi, ne quis oſcitantia factum credat, ſi in annorum ſerie catalogo ſubiecta diem intercalarem aliis quam fieri ſolet annis adſcriptum deprehenderit. Meliora quidem nondum edoctus ſum, ſed diffidere mihi didici, neque opiniones a magnorum virorum placitis abhorrentes alio modo proponere, quam ut dubia olim accuratius perpendenda.

### *Ad notam in num.* 18 *Claudii pag.* 17.

Eckhelius ſimilem numum proferens e muſeo Caeſareo in *Syllog. I. num. vet. anecd.* pag. 67, agnoſcit in eo vultus Britannici, Octaviae, & Antoniae ſororum, cui totus ſubſcribo, & quae in eum commentatus eſt, omnino huc transferenda cenſui. *Inſignis*, ait, *huius numi averſa Claudii propaginem ſiſtit, qualis ea fuit anno eius imperantis tertio ſecundum cognitum Alexandrinorum calculum. Caput puerile medium eſt Britannici in imperii tum adhuc ſpem ſuccreſcentis; inter capita ſororum Antoniae & Octaviae, ſed quae omnis illuſtris familia Neronis & novercae Agrippinae fraude interiit. Simillima averſa eſt in numo coloniae Patrenſis cum capite Claudii, ſed epigraphe*: LIBERIS . AVG. (Vaillant.). *Utrumque hunc numum praeclare illuſtrat numus coloniae incertae, quem edidere Morellius* (numi impp. ſub Claudio) *& Liebeus* (Goth. num. p. 451) *in quo hinc caput Claudii, inde*: ANTONIA . BRITANNICVS . OTAVIA, *typus*: *Britannicus togatus ſtans inter ſorores Antoniam & Octaviam cornucopiae gerentes. Etiam in Druſi iunioris numis huius filiorum capita ex cornucopiae prominent, placuitque deinde idem typus Antiocho IV. Commagenes regi, binis ſuis filiis Epiphane & Callinico eodem modo propoſitis cum epigraphe*: ΒΑCΙΛΕΩC . ΥΙΟΙ.

*Numum hunc iam vulgavit Urſinus* (in fam. Antonia tab. 2.), *ſed qui in parte antica caput M. Antonii videre ſibi viſus eſt, quo factum, ut in typo averſae huius IIIviri ex Cleopatra liberos videret. Urſini ſphalma propagavit*

*vit Morellius. Quapropter veterem errorem ut abſtergerem, alioſque noſtris ſtudiis deditos monerem, adcuratius & verius reſtituendum duxi.*

### *Ad notam in num.* 1 *Galbae pag.* 32.

Quae ad hunc numum de Galbae nominibus diſputavit Eckhelius *Syllog. I. pag.* 68, apud ipſum velim inſpicias. Nam idem fere dixit quod ego, ſed eruditius & clarius. Hoc ſaltem, inde edoctus, hic advertam, iam a Toinardo editum fuiſſe Galbae numum Aegyptium cum iiſdem nominibus, teſtante Tillemontio *not.* 2 *ſur Galba*, ſed cuius diſſertationem neque Eckhelio neque mihi inſpicere licuit.

### *Ad notam in num.* 16 *Galbae pag.* 38.

Eandem formulam Graecam, ſed Romanis litteris exaratam habes apud cl. Abb. Marinium in *Iſcrizioni de' palazzi Albani* p. 129: indicato praeterea altero epigrammate, quod exſtat in Maffei *Muſeo Veronenſi* p. 316: *ψυχρον υδωρ δοιη σοι αναξ ενερων αιδωνευς*. Idem Marinius p. 176 indigitat inſcriptionem Borgianam occaſione vocis *εποει* pro *εποιει*.

### *Ad n.* 8 *Veſpaſiani pag.* 42.

Similem numum praeter quod victoria dextra gerat ſpicas, inventum eſſe in columna coloſſali Alexandrina, quam Pompeii vocant, a nob. Anglo Edv. Wortlei Montacutio, & in *comment. philoſ. reg. ſoc. Lond.* vol. 57 art. 42 publici iuris factum, edoceor *bibliothecae criticae Amſtelod.* anni 1777 parte 2 p. 109; cuius auctor, duce Montacutio, eo utitur argumento ad probandum, columnam erectam fuiſſe in honorem Veſpaſiani imperatoris, contra Michaëlis, qui in notis ad Abulfedae Arabis *deſcriptionem Aegypti* p. 21 eam Severo imp. vindicare ſtudet. Michaëlis opinionem inanem coniecturam vocat Batavus, neque Abulfedae verba vertenda contendit *columna Severi*, ſed *columna porticus*: at vereor ne inanior adhuc ſit coniectura, columnam tribuere Veſpaſiano propter numum imperatoris forte fortuna in eo ipſo loco repertum. Sed neque Michaëlis iudicio ſubſcribere lubet, neque ipſius Abulfedae, ſi quidem recte verterit Michaëlis. Potuit columna vulgari errore tunc appellari Severi, ſicut hodie Pompeii. Nec video, quin olim Ptolemaeus rex a Gabinio, iubente Pompeio, in regnum reductus, benefactorem columna honoraſſe potuerit. Sed omnia iſthaec nimis incerta. Quid ſi locus ubi ſtabat columna *πομπειον* erat, ubi pomparum apparatus adſervabatur, ut celebris illa porticus Athenis Pompeum dicta: *ἡ τοῦ πομπειου στοα*, poſtea ab indocto vulgo pro magni Pompeii monumento venditata? Vel ſi ipſi columnae nomen fuit *πομπαιος*, a deducendo, viam monſtrando; dum per univerſas urbis portuſque regiones conſpicienda ad quemcumque velles locum deduceret. Talis columna fuit in acropoli Alexandrina Ptolemaeorum opus, quam ſic deſcribit Aphthonius: *μεσον ανεχει τις κιων, μηκος μεν υπερεχουσα, καταδηλον δε ποιουσα τον χωρον· ου που τις προβας, ἐπη προσεισιν μη εγνωκε, σημειῳ τῃ κιονι των οδων χρωμενος· και περιφανη ποιειται την ακροπολιν προς γην τε και θαλατταν. αρχαι δε των οντων τῃ της κιονος κορυφῃ περιεστηκασι* (*Progymn.* p. 13. inter rhetores Aldi). Haec ubi legi, & quae de columnae ſitu narrant Pococke atque Norden, contuli cum loco quem arci tribuit Aphthonius, fere pro certo habui, eum de ea loqui columna, quam nunc Pompeii appellant, quaecumque fuerit vulgaris appellationis origo.

*Ad notam in n. 1 Traiani pag. 60.*

Quae de amne Traiano & nomorum, quae vocant, numiſmatis in eius memoriam cuſis diſputavi, ſi una deles litura, iuvabis librum. Falſus enim ſum, dum credidi, hoc genus anno Traiani XIII procudi coepiſſe. Praeter numum muſei Theupoli ΝΑΥΚΡΑΤΙΣ LIB, cuius auctoritatem elevare fruſtra conatus ſum, proſtant in muſeo Ainsleyano bini eiuſdem anni, qui fidem faciunt illi, licet typothetae incuria deſigurato. Ceterum totum iſtud genus non in praefecturis Aegypti ſignatum reputo, ſed ubi reliqua Aegyptia numiſmata, in urbe quae totius provinciae caput: praefecturarum autem urbiumque vocabula eodem pacto illis inſcripta, quo aliis deorum virtutumve nomina. Ratio cur hoc illudve certis annis potius quam aliis factitatum ſit, quo modo erui poſſit, non video, neque in ea inveſtiganda ut tempus terat, alicui auctor ero. Univerſe mihi Aegyptia moneta parum facere videtur pro ſingulorum factorum inveſtigatione, quorum diligentiores teſtes proſtant Romani commatis numi. Aegyptia pecunia contenta imperatorum ſeriem & annos obſervare, magis elegantiae atque antiquitatis, quam temporis ſui hiſtoriae ſtudioſa deprehenditur.

*Ad notam in num. 52 Traiani pag. 67.*

Poſthac illatum eſt muſeo Borgiano ſimilis argumenti opus, pala nimirum ſignatoria ex aere: ſed ſtellarum loco bini pueruli antennae extremitatibus inequitant, quales Caſtores conſpici teſtatur Arrianus in *periplo Ponti Euxini* (p. 23 in Hud. *geogr. min.*) τοις πλωιζομενοις επι ακρων τυ κερως φαινομενοι, και φανεντες σωτηρες γινομενοι. Stellas autem illas, quae in gemma cernuntur, ipſe in navi vidiſſe docet Maximus Tyrius (*diſſert.* 15, 7): ειδον εγω και διοσκυρυς επι νεως, αςερας λαμπρυς, ιθυνοντας την ναυν χειμαζομενην. Iſtas flammulas in navium extremitatibus frequenter obvias, de quibus & Seneca diſputat in *quaeſtionibus naturalibus* (1, 1.), hodie quoque pro bono augurio accipere ſolent nautae, *fuoco di S. Elmo* appellantes.

*Ad n. 78 Traiani pag. 71.*

Perperam diſſenſi a Pocockio: aedificium in numo omnino Aegyptium eſt, & idem cenſeo de eo quod in lithoſtroto Praeneſtino conſpicitur. Nihil Romani habet, omnia Aegyptia: nam aquilis ornari conſueviſſe Aegyptiorum templa e viatorum narrationibus dudum conſtat.

*Ad notam in num. 133 Traiani pag. 80.*

Non ſatisfaciunt quae dixi ad ſcriptorum loca, qui ante Ptolemaeos mentionem faciunt de Serapide, communi traditioni concilianda. Quo ſenſu Serapidi ſe comparaverit Diogenes, (ut narrat Laërtius 6, 63: non quidem Plutarchus, quem memoria lapſus citaveram) non liquet. Forte quia in dolio velut infernus aliquis daemon latitabat, forte quia malorum depulſores ſe praedicabant Cynici. Sed tota res incerta videtur. Maioris momenti eſt, quod Alexandro aegrotante a regis amicis conſultus narratur Serapis. (Plut. *Alex.* c. 76. Arrian. *de exped. Alex.* l. 7. p. 499. edit. Blancard.). Hanc hiſtoriam e Ptolemaei Soteris diario hauſiſſe videntur, quod ab Arriano εφημεριδων βασιλειων nomine hic citatur. Sed rem Babylone eveniſſe neceſſe eſt. Quo ergo accidit, ut in urbe, qua tam recenter potiti erant Graeci, eſſet templum Serapidis? Num patrius Babyloniis deus? Vel tanti eum faciebat Alexander, ut recepta urbe ſtatim templum eius conderet? Et ſi ita, hoc ignorare potuit Plutarchus,

chus, qui & de Alexandri rebus ſcripſit & data opera de Serapide? Spiſſas hic offendo tenebras. An fieri potuit, ut hiſtoriola in Ptolemaeorum gratiam adornata ſit? an, quod credere nollem, ab ipſo Sotere? Etiam in prodigiis quae Alexandri morbum praeceſſerunt, mentio eſt Serapidis (Plut. *Alex*, c.75). Sed iſtae quidem res pro lubitu ſingi ſolent. Quomodocumque vero haec ſe habeant, vetus ſane ſuit Graeciſque iam antiquitus cognitum numen. Apud Hippocratem *epidem*. 2, 2 legitur Σεραπις (forte Σεραπιας) nomen Graecae mulieris, quam ſanavit ipſe. Sic Dei vocabulum habemus in adeo vetuſto tempore Graecis venerabile, & a quo nomina ſibi adoptarent. Fuit & inter comites Alexandri Serapion, cum quo pila ludere ſolebat (Plut. *Alex*. c.39). Haec non tetigit Iablonsky, qui Serapidem ab Alexandro in Graeciam advectum coniicit. Nollem enim nomina illa derivare a Σαραπις, quod Perſicae veſtis genus habetur in libris Heſychii, ſed pro quo e Polluce Σαραγις ſubſtituendum videtur, Scythicum vocabulum, hodie quoque in variis linguis Europaeis pro variis indumentis uſurpatum. Ceterum Apidem dominum ſive regem ſignificare apud Aegyptios, advertit etiam Heſychius in voce απις; & Eudocia *ιωνιας* p.80. Eſſe autem Serapidem defuncti Oſiridis ſive Apidis ſymbolum, docet nobiſcum Pauſanias, aiens, Memphi eſſe templum Serapidis omnium vetuſtiſſimum, in quod ne ipſis quidem ſacerdotibus, niſi poſt ſepultum Apidem, intrare fas erat (*deſcript. Graec*. 1, 18).

### *Ad notam in num*. 134 *Traiani pag*. 81.

Nimis feſtinanter pro Perſea accepi caſſiam fiſtularem, quam veterum eſſe perſeam multa quidem ſuadent, ſed alia ſunt quae iudicium prorſus ſuſpendere iubent.

### *Ad n*. 222 *Traiani pag*. 92.

Ciſtam Cereris in pompa trahere ſolebat quadriga equorum alborum, ſecundum Callimachum in *hymno in Cererem* v. 121:

*χ' ὡς αἱ τον καλαθον λευκοτριχες ἱπποι αγοντι*
*τεσσαρες, ὡς ἁμιν μεγαλα θεος ευρυανασσα,*
*λευκον εαρ, λευκον δε θερος και χειμα φεροισα,*
*ἡξει και φθινοπωρον, ετος δ' εις αλλο φυλαξει.*

Loqui autem Callimachum de celebritate Alexandriae inſtituta a Ptolemaeo Philadelpho ad imitationem myſteriorum Atticorum, prodit ſcholiaſtes, cuius auctoritatem adverſus eos qui Callimachum de Argolicis ſacris ceciniſſe cenſent tuetur Spanhemius in commentariis ad locum Callimachi. Sed magis cum numo noſtro conſentit Probus ſcholiaſtes Virgilii ad *Georg*. I, 163:

*Tardaque Eleuſinae matris volventia plauſtra*,

docens, plauſtrum in Cereris Eleuſiniae myſtica celebritate a bobus duci: firmatque numus fidem ſcholiaſtae, quam l. c. elevare tentat Spanhemius. Mihi quidem intelligendus videtur Callimachus de peculiari pompa, quam καλαθω προοδον appellabant; Probus autem atque numi de vectione ſacrorum Cerealium in magna pompa Eleuſinia in Attica atque in Aegypto.

### *Ad notam in num*. 101 *Hadriani pag*. 109.

Male pro ſerpente ſemina accepi animal, quod luculenter deſcribit Alpinus *de reb. Aeg*. 4, 4, libro apud nos raro, cuiuſque in publicis bibliothecis

cis

cis fruſtra quaeſiti uſuram conceſſit comitas cl. Natalis Saliceti. Eſt autem ſerpens, quem ophylinum ſive velatum appellat Alpinus, *Aegyptii hodierni Tobham vel Tebban Naſſer, Aegypto admodum familiaris, uſque x pedes longus, brachii humani craſſitie, capite magno & lato, cui id peculiare, quod recto collo, ventre in velum rotundum catini modo expanſo, celerrimum curſum habet. Veteribus viſus eſt omnino ignotus. Ceterum ita eſt hominibus familiaris, ut non ſolum ab ipſis manſueſiat & cicuretur, ſed etiam ita erudiatur, ut rationis uſum atque rerum cognitionem habere videatur. In ventre obſcure albicat, reliquum corpus in aliquibus nigrum viſitur, in aliis coloris cinericii. Cum totus humi procumbit & ſerpit, totus rotundus cernitur; cum vero ipſi aliquis adverſatur, continue e terra capite recto, collo & ventre extollitur, eaque parte corporis, quae eius tres quartas partes capit, rectus manet, incedit, & reliquo corpore ſerpit. Rectus multo tempore manere & progredi in terra poteſt, plurimum efflat ſibilatque. Habet vero a collo uſque in ventrem eam partem membranaceam, quam dum rectus progreditur expandit in veli nodum, & ad libitum claudit. Naſcitur in antiquis ſepulchris, quae vulgus mumias vocat.* Hactenus Alpinus, quem loqui de eo ſerpente craſſo & erecto, qui in numis obvius eſt, praeterea in obeliſcis Aegyptiis, in ſtatuarum capitibus, & omnis generis huius gentis monumentis, dubitari nequit. An Graecis Romaniſque ſcriptoribus cognitus fuerit, quod negat Alpinus, nunc quidem inquirere non vacat: licet quae de baſiliſco narrant, certo reſpectu de hocce intelligendum eſſe ſuſpicor. Certe velatum ſerpentem Alpini Uraeum vocabant veteres Aegyptii, quam vocem etymologice vertit Horapollinis interpres βασιλισκον: quamque expungere fruſtra conati ſunt Pauwius & reliqui Horapollinis commentatores, pro ea ſubſtituendo ſterile vocabulum ουβαιον. Etenim dum ουραιον deducerent απο της ουρας, pro Graeca voce maluerunt barbaram, quae ex Hebraeorum idiomate, adde e Coptorum, ſerpentem ſignificare poſſet. Sed alia mens Horapollinis, cuius ουραιον venit ab ⲟⲩⲣⲟ, rex, unde Pharao ( Ⲫⲓ-ⲟⲩⲣⲟ ), atque adamuſſim reſpondet Graeco vocabulo βασιλισκος. Vera vox Aegyptia fuiſſe videtur ⲩⲣϩ-ⲩϥ, *rex-ſerpens*, *Ura-of*, vel *Ura-ov*, addita Graeca terminatione ουραιος, ουραιον. Cogitaſſe autem Horapollinem de eo quem hodie Tebham vocant, inde liquet, quod eum caudam ſub reliquo corpore abſcondere narrat, praeterea ſibilo ſuo occidere, ideoque velut vitae mortiſque dominum deorum capitibus imponi conſueviſſe. Multa habeo quae hic dicerem, neque ſpero ſine fructu ad inveſtigandum veterum Aegyptiorum ingenium, Aegyptiae religionis & ſcripturae indolem, necnon myſtidos Graeciae aenigmata: ſed locus deeſt.

### *Ad n. 229. 230. Hadriani pag. 125.*

Huic urbi tribuere ſolent numographi, & ad Hadriani imperium referre numos quoſdam autonomos aeneos ſecundi moduli, quos ad Aegyptum ſpectare non ſane eſt improbabile, ſed de quorum aetate & praeciſa patria ego ſaltem plane nihil perſpicio. Habent iſti ab altera parte epigraphon ΘЄΟΥ ΠΑΝΟϹ adſcriptam protome imberbi cum naſo adunco, pectore turgente, & flore in capite: ab altera rem rude affictam, mihi quidem aliiſque torcular viſam, editori muſei Hunteriani ſiſtrum, Harduino gammarus tripodi impoſitus. Adſunt praeterea in averſa hinc & inde ramus atque culter, una cum nota

nota anni quae in binis exemplaribus proſtantibus in muſeis Borgiano & Enneriano liquido eſt IC : in aliis quae habuerunt Harduinus, Arrigonius, Pellerinius IЄ : apud editorem muſei Hunter in iconiſmo IC, in catalogo LЄ : in duobus aliis quae conſpexi in muſeo Regis Galliae LN & LΞ. In epocham a qua pendeant anni iſti V. L. LX. CC, inquirant alii. Alios numos Aegyptios autonomos annorum nota inſignitos invenio : in muſeo Regis Galliae : *Ibis ſtans*. )( IB *Bos Apis ſtans* (IV) : quem olim publici iuris fecit Pellerinius. In muſeo Hunter ſimilem, ſed IΔ. Apud Neumannum ex muſeo ſuo : *Ibis gradiens* )( I.. *Crocodilus*, *ſuperius globulus*. (IV.). Hos Apidi & Ibidi Aegypti oppidis tribuunt : mihi nihil liquet.

### *Ad num.* 289, 290 *Hadriani pag.* 131.

De numulis iſtis cum diſſerere inſtituiſſem, in diſquiſitiones incidi prolixas & intricatas circa rem veſtiariam veterum Aegyptiorum, deorumque apud eos ornamenta atque attributa, quas, ne taedium adferrem legentibus, omnino duxi omittendas.

### *Ad n.* 343 *Hadriani pag.* 137.

Hic omnino citandus erat Athenaeus 5, 8 : *μονος ως αληθως ὁ χρυσορροας καλυμενος νειλος, μετα τροφην αφθονον, και χρυσον ακιβδηλον καταφερει ακινδυνως γεωργυμενον, ως πασιν εξαρκειν ανθρωποις, δικην τριπτολεμυ πεμπομενος εις πασαν γην*.

### *Ad notam in n.* 365 *Hadriani pag.* 140.

Subvenit poſthac coniectura, *φιξ* vel *βιξ*, quod antiquiſſimum eſt Sphingis vocabulum, ob euphoniam poſtea in *σφιγξ* mutatum, eſſe Copticum Ⲫⲓ-ⲓϭ, *ὁ δαιμων*, quod apprime conſentit cum reliquis quae de Aegyptia ſphinge diſputavi.

### *Ad eandem notam pag.* 143.

Graecos in templorum ſuorum aditu, & quidem vetuſtiſſimorum, nonnunquam ſphinges collocaſſe, evincunt bini numi Pergenſium ſub Marco & Vero imperatoribus percuſſi, quos aeri inciſos ſiſtit Blanchinius in *hiſtoria univerſali* tab. 3. ad p. 536. Horum alter, qui L. Veri caput praefert, nunc cernitur in muſeo Taniniano.

### *Ad eandem pag.* 145.

Pro incerto ſymbolo ſphingis pectori appenſo, in numo Caeſareo ab Eckhelio luce donato, caput crocodili adeſt, conſuetum Nili emblema ; ſed in muſei noſtri numiſmata nullo pacto pro tali accipi poteſt, quod oſtendit iconiſmus ſumma fide delineatus. Simile fere monſtrum in lignea tabula exſcalptum, ſed cui prope collum hinc inde adnata ſunt bina canum capita, publici iuris fecit Guaſco *de l' uſage des ſtatues* tab. 12. De ſuo numo ita diſſerit Eckhelius *Syllog.* I. pag. 70 *Effecit ingenio Aegyptus, ut Graecorum licentiam in fingendis animalium monſtris, Chimera, Pegaſo, Centauris, Sirenibus, Harpyis non aequarent modo, ſed & ſuperarent. Huius naturae abortus ea regio omni aevo facile parturivit. Sphinx, Anubis, Cynocephalus antiquiſſimae proſapiae. Medii aevi portenta haec ipſa numorum claſſis abunde ſuppeditat, inter quae praeſentis numi typus immanitate locum facile primum obtinet. Sed ne abieciſſe veterem facultatem videri poſſit, en tibi luculenta noviſſimae*

Digitized by Google

*mae ſuperſtitionis argumenta in infimi aevi monumentis hac compoſitorum animalium inſania refertis, gemmas intelligo & amuleta, quae huic potiſſimum tractui natales ſuos debent. In praeſente numo videtur effictum Pantheon, quod plura Aegypto ſacra numina complectitur, Sphingem, crocodilum, draconem Agathodaemonem, & per gryphum cum rota Nemeſin ſeu Fortunam.*

*Ad notam in n.* 495 *Hadriani pag.* 156.

Harpocratem Solem elegantiſſimo commento exprimit lapislazuli in muſeo Borgiano, hunc deum exhibens vectum flore loti velut curru, tracto a iugatis ariete atque leone, altero tenelli altero iam robuſti Solis ſymbolo, quos ipſe flori inſiſtens deus ſiniſtra habenis regit, dextra protenſa impellit.

*Ad eandem notam.*

Quem citavi obeliſcum Beneventanum idem ampl. Praeſul, cuius iuſſu hicce liber impreſſus eſt, aeneis typis incidendum curavit anno 1764. Eſt nimirum maioris obeliſci pars ſuperior, alta palmos Romanos 17, erecta ſupra triplicem baſem a S. P. Q. Beneventano anno 1598, ſedente Clemente VIII P. M. Operis indoles plane eadem quae in obeliſcis Pamphilio & Barberinio, & ſi bene intelligo Pocockium, in Arſinoite obeliſco. Hoſce reliquis qui Romae cernuntur, praeterea Alexandrinis, Conſtantinopolitano, atque Heliopolite, qui omnium forte quorum habemus delineationes vetuſtiſſimus eſt, longe recentiores eſſe; ſculpturam autem obeliſci Salluſtiani, glorioſiſſimis PII SEXTI auſpiciis montem Pincium mox decoraturi, Romanum eſſe opus, ideoque prae ceteris facere ad inveſtigandas hieroglyphicae ſcriptionis viciſſitudines; ſi otium dabitur, probare non deſperavi.

*Ad notam in num.* 62 *Antonini pag.* 171.

Cubicam baſem peculiari ratione Mercurio tribuit Galenus, in eleganti illa *oratione exhortatoria ad artem* c. 3: ἡ ἑρμȣ βασις το παντων σχηματων ἑδραιοτατον τε και αμεταπτωτον εχει, τον κυβον. Quam valde haec Aegyptum ſapiunt. Simile quid in Suidae lexico legiſſe memini.

*Ad notam in num.* 93 *Antonini pag.* 173.

Recenſet & Alpinus *de reb. Aeg.* 3, 13, inter *cerealia ſemina quibus abundat Aegyptus milium Aethiopicum, quod Dora appellant*. Eſt quoque, apud Forskal in *Flora Aegyptia* p. LIII inter Cerealia: *Holcus*; *Durra baelledi, paſſim. Ruſtici panem ex eo parant.*

*Ad notam in num.* 117 *Antonini pag.* 176.

Egregie falſus ſum, dum ſolum Apollodorum huius fabulae meminiſſe reputavi. Uberius eam exhibet Diodorus *bibl.* 4, 12, forte ſecutus integrum librum Apollodori, cuius hodie epitomen legimus. Meminit eius Steſichorus poeta apud Athenaeum 11, 14: Theocritus *idyll.* 7, v. 149, licet fabula, nonnihil mutata:

αρα γε πα τοιονδε φολω ανα λαινον αντρον
κρητηρ' ἡρακληι γερων εςασατο χειρων:

ut taceam ſequiores auctores uſque ad Tzetzen, qui in Chiliadibus plus ſemel enarrat; totque poëtarum loca quibus vinum celebratur, quod centauros domuerit. Verbo, res trita eſt, ſed monumentum inſigne, & quantum novi ſingulare.

*Ad*

Digitized by Google

*Ad notam in num.* 230 a. *Antonini pag.* 190.

Mire illuſtrant numum inſimul atque gemmam Plutarchus & Pauſanias. Alter in tractatu *de EI quod Delphis eſt* ( pag. 513. tom. VII. ) ita ſcribens: εικοτως τα πολλα των περι τον θεον εν δελφοις εοικεν αινιγμασι κατακεκρυφθαι, οιον . . . . και το δυο μοιρας ιδρυσθαι, πανταχου τριων νομιζομενων. Alter *Phocicorum* c. 24 ita: εστηκε δε εν τω δελφων ναω αγαλματα μοιρων δυο, αντι δε αυτων της τριτης ζευς τε μοιραγετης και απολλων σφισι παρεστηκε μοιραγετης. Quae ſi ex veterum mente explicueris, eodem redeunt, quo noſter commentarius. Habes nimirum Apollinem, Mithram, Solem μοιραγετην, qui idem Iuppiter eſt, Parcarum prima, dux incorruptae vitae, alio nomine Adraſtea appellatus. Reliquae quae adſtant Nemeſes, generationis corruptioniſque praeſides ſunt, Phoſphorus & Heſperus, ex mente Orphei. Praeclara ſane laus eſt monetae Aegyptiae, quod praeter Cyclicas fabulas, quibus abundant reliqua antiquitatis monumenta, tantum non tota ab iis occupantur, argumenta ſua non raro ex arcana petat veterum theologia, cuius adeo rara eſt memoria, cuiuſque aenigmaticum ſenſum ipſi veteres eruere ſaepe diffidebant. Huius rei illuſtre exemplum eſt Plutarchus, verbis ſupra memoratis. Pauſanias alio loco ( *Attic.* c. 19 ) citat epigramma inſcriptum ſtatuae Veneris in Hortis, cuius ſimulacrum quadratum prodit ut Hermae eſſe ſolent, quo epigrammate innuebatur την ουρανιαν αφροδιτην των καλουμενων μοιρων ειναι πρεσβυτατην. Eadem Rhamnuſia dea, Venus Nemeſis.

Migravit poſthac in muſeum Borgianum alius Sarda ſiſtens eundem lucis genium, equitem, ſed adſtituta ſingulari Nemeſi inter binas ſtellas; quibus innui Caſtores dubium non eſt. Praeterea & Iaſpis, in quo idem deus eodem plane modo fingitur, comitantibus Nemeſibus duabus, infra autem effictis Aegyptiorum deorum lectiſternio, tripode, candelabro, leone & gallo, tribuſque figuris humanis, quibus tres indicari reor anni tempeſtates, ut antiquiſſimis populis placuit, quam ob cauſſam etiam in Graecorum theogonia tres tantum oſtendimus deas Horas,

> περσεφονης συμπαικτορας, ηνικα μοιραι ταυτην
> και χαριτες κυκλιοισι χοροις προς φως αναγωσι.

Priſcos quidem Aegyptios probabile eſt annum trifariam diviſiſſe, creſcente, recedente, & quieſcente fluvio.

Incidi praeterea in Dorvillii *animadverſiones in Charitonem*, cuius verba ſunt pag 333: Νεμεσεις *plurium numero cultas fuiſſe Zmyrnae & aliis locis notiſſimum: miror viros doctos in eo haeſiſſe. Vide H. Valeſii emendationes* 2, 17, *atque ibi Burmannum iuniorem*. Conſului emendationes Valeſii, nihil inveni praeter Smyrnaeos duas Nemeſes colentes, rem omnibus cognitam. Citatam quidem inveni Dionis orationem 39, ſed qui de ſingulari loquitur Nemeſi. Laudat Dorvillius pag. 517 Eunapium in *vita Maximi philoſophi* duarum Nemeſium templum memorantem; ſed Eunapius eo loci vix de aliis quam Smyrnaeorum deabus locutus videtur. Evenere quae ipſe narrat in Aſia proconſulari, urbem non indicat, puto quia templi mentio, quod unicum erat, ad locum indigitandum ſufficiebat. Hactenus cum Pauſania fateri non pudet, nobis ſolos cognitos eſſe Smyrnaeos, apud quos Nemeſes duali numero populari cultu honoratae. Antiates quidem Fortunae, ubi rei naturam ſpectes & ſecretum religionis ſenſum, eadem ſane res, uti & bonus maluſque Genius, aliaque: ſed non ita ex vulgi opinione. Alia enim res vulgari ſermone Τυχη, Fortuna, alia Νεμεσις, cuius vocabulum, Auſonio teſte, Romani non habent, ſed vindictae deam atque invidiae circumſcribere coguntur.

Ad

*Ad notam in num.* 267 a. *Antonini pag.* 194.

Prorſus aberravi pro Camelopardali accipiens belluam quam numus ſiſtit, cuiuſque videſis ectypum in opere chalcographico, cuivis animali ſimilem praeter camelopardalem, cuius effigiem habes apud Alpinum *de reb. Aeg.*, apud Bellonium alioſque, hodie Giraffa appellatae. Quod in numo eſt, monſtrum videtur πολυμορφον, ut apud Aegyptios obtinet, ex leone & ſerpente compoſitum.

*Ad notam in num.* 282 *Antonini pag.* 106.

Alpinus *de reb. Aeg.* 4, 9, teſtatur *complures haberi in Aegypto cervos.* Neque cum Ariſtotele, animal hoc e Libya exulare iubente, conſentit Oppianus *Cyneget.* 2. v. 252.

*Ad eandem.*

Diſſentit a Macrobio, Gratiarum icunculas pro ſalutis emblemate accipiente, Plutarchus in tractatu *de muſica* (pag. 664. tom. 10. edit. Reisk), & ad muſices inventionem reſpicere ait, narrans Apollinis ſtatuam in Delo inſula dextera gerere arcum, ſiniſtra tres Gratias, quarum una lyram teneret, altera ſyringa, tertia tibias.

*Ad notam in num.* 134 *Marci pag.* 224.

Subveniunt coniecturae noſtrae ſextantes aeris gravis illiterati, cum in Borgiano tum in Zeladiano, quae vocant, aſſariis adſervati: qui citra dubium Aeſculapium reſpicientes, ab altera parte offerunt gallum, ab altera pedem humanum. De monumentis marmoreis, quorum alterum viſitur in muſeo Mediceo, alterum male ei tribui, videſis cl. Abb. Lanzium, *Giornale di Piſa* tom. 47. pag. 202.

*Ad num.* 44 – 46 *Claudii Gothici pag.* 318.

Quae de hiſce numis mea ſit opinio, colligitur e nota in num. 9 Treboniani p. 299, atque ex annalibus pag. 387. Hic monere oblitus ſum, Δ in catalogos irrepſiſſe pro Α, Ε forte pro Γ.

*FINIS.*

ER-

# ERRATA

*Pag.* 5. *col.*1. *lin.*39. *poſt* leg. 3. D ig. *adde* ſi pars haer. pet.
12. *lin.* 4. *adde* (II.).
16. *lin.* 2. ΚΛΛΥ *lege* ΚΛΛΥ
*lin.* 3. quoe *lege* quod
21. *col.*1. *lin.*14. fit *lege* ſit
31. *lin.* 6. *dele* cum aegide ad pectus
32. *col.*2. *lin.*10. CCCCXXXI. 2, 3. *lege* CCCCXXXI, 2. 3.
38. *col.*2. *epigramma accuratius ſic reſtitue:*

Θ . Κ .
ΑΥΡΗΛΙΑ . ΠΡΟCΟΔω
ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΗC . ΑΝΗΡ
ΤΗ . ΗΑΥΤΟΥ . CΥΝΒΙω.
ΧΡΗCΤΟΤΑΤΗ . ΚΑΙ . ΓΛΥΚΥΤΑ
ΤΗ . ΜΝΙΑC . ΧΑΡΙΝ.
ΕΥΨΥΧΕΙ . ΚΥΡΙΑ
ΚΑΙ ΔΟΙ CΟΙ Ο ΟCΙΡΙC
ΤΟ ΨΥΧΡΟΝ . ΥΔωΡ.
ΕΠΟΗCΕ ΕΑΥΤω.
ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡωΝ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙC

40. *lin.* 8. (II.) *lege* (I.).
41. *lin.* 3. ΚΛΙΣ *lege* ΚΑΙΣ
45. *lin.* 1. *tranſpone* XXV. 45. *in lineam* 2.
51. *lin.*16. *adde* (II.).
53. *lin.* 8. *adde* (II.).
56. *lin.*14. n.87. *lege* n.86.
57. *lin.*1. 5. 10. 18. n.87. *lege* n. 86.
70. *lin.* 2. *adde* (I.).
*col.*1. *lin.*23. exſclaptas *lege* exſcalptas
73. *col.*1. *lin.* 4. Titanidis *lege* Titanis
84. *lin.* 6. ſeminudus *lege* palliatus
86. *lin.* 4. ſtanſtis *lege* ſtantis
103. *lin.*17. epigraghe *lege* epigraphe

*



Digitized by Google

*Pag.* 108. *col.* 1. *lin.* 12. qui *lege* quae
intelligendus *lege* intelligenda
112. *lin.* 25. n. 130. *lege* n. 131.
114. *col.* 1. *lin.* 16. creſpuculo *lege* crepuſculo
115. *col.* 2. *lin.* 22. ⲡⲓⲣⲱϫⲡ *lege* ⲛⲓⲣⲱϫⲡ
118. *col.* 1. *lin.* 8. ϯ-ⲉⲡⲉⲥⲉ *lege* ϯ-ⲉⲛⲉⲥⲉ
122. *col.* 2. *lin.* 7. antiquatiorum *lege* antiquariorum
*col.* 2. *lin.* 15. Syenitae *lege* Syenitae lapidis
129. *lin.* 12. *adde* (I.).
*col.* 1. *lin.* 3. *ξευς lege ζευς*
133. *lin.* 11. *adde* (I.).
141. *col.* 2. *lin.* 21. *μιζοπαρθενος lege μιξοπαρθενος*
144. *col.* 1. *lin.* 12. *ανθρωποχειρεις lege ανθρωποχειρες*
145. *col.* 1. *lin.* 1. *αλεζικακῳ lege αλεξικακῳ*
150. *lin.* 19. *adde* (I.).
*lin.* 22. *adde* (I.).
152. *lin.* 22. ATT *lege* AYT
*col.* 1. *lin.* 10. *dele* eſt
158. *lin.* 1. EIPENΛ *lege* EIPENA
164. *lin.* 3. *dele* in
170. *col.* 1. *lin.* 34. ex *lege* de
176. *col.* 2. *lin.* 26. *σιληνου lege σειληνου*
*col.* 2. *lin. ult.* *ἡρακλεος lege ἡρακλεους*
181. *col.* 2. *lin.* 13. perfinire *lege* praefinire
184. *lin.* 3. cetram *lege* citharam
185. *col.* 2. *lin.* 4. impoſita *lege* impoſito
206. *lin.* 27. T8eup. *lege* Theup.
230. *lin.* 15. OYPOC *lege* OYHPOC
248. *col.* 1. *lin.* 31. IX. & X. *lege* X. & XI.
252. *col.* 1. *lin.* 2. U. C. 971. *lege* U. C. 970.
253. *col.* 1. *lin.* 38. nonam *lege* novam.
255. *col.* 2. *lin.* 9. exſtruenda *lege* exſtruendo
257. *col.* 1. *lin.* 34. compilatur *lege* compilator
258. *lin.* 3. *dele* M.
275. *lin.* 7. AY AYP *lege* M AYP

*Pag.* 276.

Digitized by Google

*Pag.*276. *col.*2. *lin.* 1. Aegyptium Mercurium ſive Antinoum *lege* Aegyptius Mercurius ſive Antinous

293. *lin.* 8. *adde* (II.).

299. *col.*1. *lin.*16. auguſtum *lege* ſeptembrem

303. *lin.* 4. ΟΥΑΑΛΕΡΙΑΝΟϹ *lege* ΟΥΑΛΛΕΡΙΑΝΟϹ

305. *lin.* 5. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ *lege* ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ

322. *col.*2. *lin.* 9. *αθηνοδορȣ* *lege* *αθηνοδωρȣ*

323. *col.*1. *lin.*18. Romanus *lege* Romanos

328. *col.*2. *lin.* 5. Aegyptias *lege* Aegyptios

344. *lin.*20. ΑΧΙΛΑΕΟϹ *lege* ΑΧΙΛΛΕΟϹ

394. *lin.*14. *dele* roſtro coronam

395. *lin.*26. acceptum *lege* receptum

*Aſteriſcum omiſſum adde ad*

Auguſti III. *b.* in app.
Neronis X. *b.* in app.
Galbae VII.
Othonis III.
Domitiani XV. XX. XXIX.
Traiani IX. X. XXIX. XXXIII. XLII.
Hadriani X. XXXIX. LV. LVI. XCVIII. XCIX. CXX. CXXII. CXXVIII. CXLIX. CLXXXII.
Antonini VI. XXXVII. LII. LV. LVIII. LIX. LXXIX. XCI.
Marci XXIV. XXV.
Commodi XXII. XXXVI. XLIX.
Alexandri XXIX.
Galliani II. XVII.
Claudii XII.

*Aſteriſcum dele adſcriptum*

Galbae I.
Hadriani C. CVIII.
Antonini CXXIV.

ADPRO-

Digitized by Google

# ADPROBATIO

QUae duo iamdiu in re numiſmatica deſiderabantur, unum ut Aegyptia numiſmata, quae prae aliis difficillima explicatu erant, luce tandem donarentur, alterum ut quae ſparſim habebantur, collectim uno in loco ederentur, ambo praeſtat eximium hoc opus. Cl Praeſul Stephanus Borgia bono litterariae reipublicae natus, cum in Cimeliarcho ſuo Veliterno, quod inſignem totius rei antiquariae theſaurum merito appellaveris, ſingularem numiſmatων Aegyptiorum ſeriem collegiſſet, quae adeo excreverat ut omnium prima haberi poſſet, quin & deberet, operae pretium ſe facturum exiſtimavit, ſi reipublicae commodo eam vulgandam provideret. Quae in colligenda ampliſſima hac ſerie contigerat, eadem ſors cl. Praeſuli obtulit virum eximium Georgium Zoëga Danum, cuius ingenio, ſcientiae, vigiliiſque praeſens opus debemus, quod quanti faciendum ſit, ii tantummodo intelligent qui hiſtoriam, qui geographiam, qui mythologiam, qui denique rem omnem antiquariam quaquà ſe extendit, perfecte attigerint. Itaque non modo dignum quod edatur, ſed ut quamprimum id fiat efflagitandum cenſeo, grateſque habeo quam maximas Rmo S. P. Magiſtro, qui me cenſorem operis, quod nulli legi opponitur, conſtituit.

Datum in Bibliotheca Caſanatenſi xv. kal. ianuar. anno MDCCLXXXVII.

*F. Philippus Angelicus Becchettius Ord. Praedic.*

Digitized by Google


Tab. I.
Augustus
Livia
Tiberius
Antonia
Claudius
ΚΑΙ ΣΑΡ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΣΕΒΑ ΣΤΟΣ
ΚΑΙΣΑΡ
ΛΑΘ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ
ΑΥΤΟΚΡΑ
ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ

Digitized by Google

*Tab. II.*




Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. III.


Octavia
ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΝΕΡΚΛΑΥΚΑΙΣ ΣΕΒΓΕΡΑΥΤΟ
Poppaea
ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ
ΝΕΡΩΚΛΑΥΚΑΙΣ ΣΕΒΓΕΡΑΥ
Galba
ΕΛΕΥ ΘΕΡΙΑ
ΚΡΑ ΤΗ ΣΙΣ
ΑΛΕΞΑΝ ΔΡΕΑ
Otho
ΑΥΤΟΚΜ ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣΣΕΒ
Vitellius
Vespasianus
ΡΗ ΕΙ ΝΗ
ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ
ΑΛΕΞΑΝ ΔΡΕΙΑ
ΑΥΤΟΚΚΑΙΣΑΡΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
Domitilla

Digitized by Google




Digitized by Google

Digitized by Google

*Tab. V.*



*Tab. VI.*

*Hadrianus*



*Tab. VII.*




Digitized by Google

Digitized by Google

*Tab. VIII.*




Digitized by Google

*Tab. IX.*




Digitized by Google



Digitized by Google

*Tab. X.*


L B
ΕΥΘΗΝΙΑ
L B
ΕΤΟΥ Ϲ Β
ΤΡΙΤ ΟΥ L
L Δ
L Δ
L Δ
Γ Δ L
L Δ
Δ L
L TE TAPTOY
L TE TAP TOY
L E
AVT K T AIΛ ΑΔΡ ANTWNINOC CEB EV
L E
E L
L E
E L
L E
L E

*Tab. XI.*


L Є
CЄBEYCЄB ANTΩNINOC
L Є
AYTOKPA KAI AΔP ANTΩNEINOC
LЄ
AI ΩN L S
LZ
LZ
LZ
L Z
LZ
L H
L H
L H
L H
LЄNA TOY
LЄNA TOY
LЄNA TOY
LЄNATOY
L ΔЄKATOY
L ΔЄ KATOY

Digitized by Google

*Tab. VII.*




Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. VIII.


LIH
LIH
ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ
ΑΥΤΚΑΙϹΤΡΑΙΑΝ
IH
L
LI
H
LI
H
LIH
LIH
L
IH
L
IH
LEN
NEAKΔ
LENN
EAKΔ
LENN
EAKΔ
LE
NNEAKΔ
LENN
EAKΔ
LK
LK
L
K
A
L
KA
LKA
LKA

Digitized by Google

Tab. IX.




Digitized by Google



Digitized by Google

*Tab. X.*




Digitized by Google

*Tab. XI.*




Digitized by Google

Digitized by Google

*Tab. XII.*




Digitized by Google

Digitized by Google

*Tab. XIII.*




Digitized by Google



Digitized by Google

Tab. XIV.




Digitized by Google



Digitized by Google




Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. XVI.




Digitized by Google

Digitized by Google

*Tab. XVII.*


Maximus
Gordianus Africanus ſen.
Gord. Africanus iun.
Balbinus
Pupienus
Gordianus Pius
Tranquillina
Philippus Senior

Tab. XVIII.




Digitized by Google

Digitized by Google


Salonina
ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ
Saloninus
ΠΟ ΛΙΚΟΡ ϹΑΥ ΑΛΕΡΙΑΝΟϹ Κ ϹΕΒ
Macrianus
ΑΚ Τ ΦΙΟΥΝ ΜΑΚΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ
Quietus
Alexander Aemilianus
Claudius Gothicus
ΑΥΤ Κ ΚΛΑΥ ΔΙΟϹ ϹΕΒ
Quintillus
Zenobia
ϹΕΠΤΙΜ ΖΗΝΟΒΙΑ ϹΕΒ
Vaballathus
Firmus
Aurelianus
ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ ΑΘΗΝΟΥ ΑΥΤ ϹΡΩΙΑϹ
ΑΥΤ Κ Λ ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ
Α Κ Λ ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ

Digitized by Google

*Tab. XX.*


Severina
ΟΥΑΠ CΕΥΗΡΙΝΑ CΕΒ
ΕΤΟΥC
Tacitus
ΑΚΚΛΤΑΚΙΤΟC CΕΒ
ΕΤΟΥC
Probus
ΑΚΜΑΥΡΠΡΟΒΟCCΕΒ
Carus
ΘΕΩ ΚΑΡΩ CΕΒ
ΑΦΙΕΡ ΩCIC
Numerianus
ΑΚΜΑΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟCCΕΒ
ΕΤΟΥC
Carinus
ΑΚΜΑΚΑΡΙΝΟC Κ
Diocletianus
ΑΚΟΥΑΛΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟCCΕΒ
Maximianus
ΕΝΑ ΤΟΥ L
ΜΑΞΙΜΙ ΑΝΟCCΕΒ
Constantius
ΚΩΝCΤΑΝΤΙ ΟC Κ
Galerius
ΓΑΛΜΑΞΙ ΜΙΑΝΟC Κ
Domitius Domitianus



Digitized by Google

# URBES AEGYPTI

*Hadriani*




*Antonini*




*Dei Panis*



Digitized by Google

*Tab. XXII.*

# SUPPLEMENTUM

*M. Antonii*




*Traiani*




*Hadriani*






*Antonini*



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google